



2 400 40  HAFSLOR
MILANO - IN - 1958

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31



PATRIS INSOMNIUM



GALENI DOCTORES



HEPATICI COGNITIO

GALENI

Extra ordinem Classium

LIBRI

IN QVIBVS BREVES RERV M
determinationes traduntur, quarum perceptio,
superiorum librorum lectionem requirit.

ET HVIC VOLVMINI IN HAC TERTIA
nostra editione, aliquis etiam accessit ornatus,
locis aliquot diligentius animaduersis.

Librorum series proximo folio habetur.
τὸ ἀπορρητόν.



Cum summi Pont. Senatusq Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS. MD LVI.



CRISIS PRACOGNITIO




AMANTIS DIGNOTIO



PALESTRITE CVRATIO





PATRIS INSOMNIVM



GALENI DOCTORES



HEPATICI COGNITIO

GALENI

Extra ordinem Classium

LIBRI

IN QVIBVS BREVES RERV M
determinationes traduntur, quarum perceptio,
superiorum librorum lectionem requirit.

ET HVIC VOLVMINI IN HAC TERTIA
nostra editione, aliquis etiam accessit ornatus,
locis aliquot diligentius animaduersis.

Librorum series proximo folio habetur.
τὸ ἀπορρισμὸν.



Cum summi Pont. Senatusq Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS. MD LVI.



CRISIS PRACOGNITIO



AMANTIS DIGNOTIO




PALESTRITE CVRATIO



Libri Extra ordinem Classium.

- GALENI Commentarij in aphorismos Hippocratis, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, ex plurium antiquorum codicum collatione à Iul. Martiano Rota & Augustino Gadaldino Mutinensi recogniti. 2
- Aduersus Lycum, quod nihil in eo aphorismo Hippocrates peccarit, cuius initium est, Qui crescunt plurimum habent caloris innati, liber, Iulio Alexandrino medico Tridentino interprete. 61
- Contra ea quæ à Iuliano in Hippocratis aphorismos dicta sunt liber, Iulio Alexandrino interprete. 66
- Linguarum, hoc est obsoletarum vocum Hippocratis, explanatio, Mario Nizolio Brixellensi interprete. 71



GAL. IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARII SEPTEM.

QVOS A NICOLAO LEONICENO TRANSLATOS

Iul. Martianus Rota & Augustinus Gadaldinus e cōs pluribus græcis codicibus illustrauerunt.

COMMENTARIVS PRIMVS.



Vita breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora.

Hanc orationem, siue vnus sit aphorismus, siue plures, esse proœmium totius operis, pro confesso habetur apud omnes ferè eius expositores. Quid vero sibi Hippocrates volens, tali vtendum proœmio censuerit: non parum sententiæ ambigunt. Forte vero id ipsum inuenimus, si singulas orationis partes prius diligenter considerauerimus. Quod quidem igitur vitam dixerit breuem artis comparatione, omnibus ferè libri expositoribus est manifestum. Artem vero ipsam hac ratione arbitror longam existi mare, quoniam omnium ferè operationum particularium occasionem habeat momentaneam, & ob id difficulter comprehensibilem: vt nemo eam possit agnoscere, nisi qui diu in hac fuerit exercitatus. Ac, cū duo sint instrumenta ad artes inueniendas necessaria, experimentū, & ex ratioe iudiciū: illud quidē periculosum est, hoc autē haudquaquam facile existit, imo, siquid aliud, maximā habet difficultatē. Est igit occasio præceps ob materiæ, circa quā versatur ars, fluxibili litatem. Corpus siquidem nostrum valde mutationibus obnoxium est: neque à causis externis tantum, sed ab internis etiam facile alteratur. Experimentum vero periculosum est, propter materiæ dignitatem, non propter transmutationis facilitatem. hæc. n. in momentanea occasione continetur. Iudicium vero siquis (vt ego assero) pro ratione accipiat, liquet ipsam esse difficillimam, cum ad hoc vsque æui ambigua permanerit. Si vero (vt non nulli, qui se ab experientia empiricos nominant, opinantur) per iudicium intelligat eorum, quæ experientia eueniunt, diiudicationē: sic quoque nō est obscura eius rectitudinis difficultas. Sed auctorem libri eē dogmaticum in tota ostendetur commentatione. Prima itaque proœmij particula ad hunc vsque locum terminatur. Secundam autem scribit non vt pronuncians, sed vt consulens: Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora. Quorum verborum vis talis existit: Si debes exquirere, & examinare veritatē eorum, quæ in hoc libro scribuntur, non modo teipsum medicum oportet omnia, quæ conuenit, agere: sed & ægrum, & ministros: atque insuper exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaque pars orationis hoc vnum caput complectitur: Vita breuis, ars longa. Nam reliqua, quæ sequuntur, artem esse longam demonstrant. Post hanc secunda pars quoddam veluti cōsiliū siue pactum affert illis, qui librum lecturi sunt, ac diiudicaturi. Sed quidnam sibi vult statim in libri principio hoc scribens, breuem esse vitam, si ad artis magnitudinem conferatur? Nam hoc ipsum indagare, ab initio proposueramus. Sunt itaque nō nulli, qui volunt id egisse Hippocratem, exhortandi homines gratia ad artem gnauiter exercendam: Non nulli contra, dehortandi causa: Quidam ad hunc finem, vt experiretur atque discerneret eos, qui gnauiter, & eos, qui secus, artem essent exercitaturi: Alij volunt ipsum causam attulisse, ob quam oportuit scribere commentationes: Alij adijciunt, aphoristicas: Quidam hoc sermone putant ipsum causas assignasse, propter quas hæc ars sit coniecturalis: Alij, ex quot causis contingat me-

Extra ord. Aa ij dicos

dicōs suo sine frustrari. Hi igitur, ut a postremis primum incipiam, mihi omnino videntur nihil E
consonum dicere. Quam enim prae se ferret sapientiam, aut quid Hippocratis sententia dignū, sta-
tim circa initia operis docere, vel quae ars quaedam coniecturalis sit medicina, vel quae eius frustramur
sine, siue hoc fiat ex nobis ipsis, siue ex magnitudine artis: Sed & verba illa: Nec solum oportet praes-
tare seipsum opportuna facientem, sed & egrum, & affidentes, & exteriora/contrariū omnino in-
dicant. Haec enim omnia illi magis scribere conuenit, qui profiteatur omnia, quae in libro continē-
tur, esse vera, qui fateatur ob multas causas non fortiri finem. Neque enim dixisset, Oportet autē:
sed post illa verba/Vita breuis, ars longa, occasio praeceptis, experimentum in periculosum, iudicium
difficile/hac alia subiunxisset, Et medicus ipse etiam delinquit, & aegri, & eorum ministri. Sed ne-
que illi, qui aiunt voluisse ipsum auertere lectores a studio medicinae, cum dicat vitam esse breuem,
artem vero longam, videntur mihi conuenientia dicere. Nam extrema foret dementia, simul scri-
bere commentationes, quae posteritati vtile quidpiam tradant, simul ab initio statim non solum
a legendo vel discendo ea, quae scripseris, dehortari, sed etiam ab arte vniuersa, cuius doctrinam
profitearis, abalienare. Qui vero aiunt voluisse ipsum homines ad artem impensiori studio ca-
passendā excitare (neque enim aliter posse totam tempore breui, cum sit longa, perdisci) si etiam ali-
quid veri dicunt, non tamen mihi videntur vel viri sententia dignum, vel ijs, quae hoc in libro F
scribuntur, congruens satis prooemium ostendere: Sicuti neque quicumque arbitrantur hoc ge-
nus sermonis fuisse ab Hippocrate usurpatum tentandi gratia illos, qui ad artem accedunt. Ve-
rum enim est, quod etiam a Platone dicitur, hac maxime via periculum fieri de illorum animo, qui
quamuis artem sunt percepturi, si magnam atque difficilem esse illis eam doctrinam ostenda-
mus. At qui hoc neque per librum aliquem, sed per mutuos sermones agitur, neque mihi con-
gruens videtur praesenti commentationi: siquidem prooemium oportet ijs, quae sunt in libro scri-
benda, esse accommodatum. Nisi forte quis sentiat, omnium librorum primos legendos esse apho-
rismos, atque ideo Hippocratem in prooemio commentationis communem fecisse vniuersae arti
sermonem: volentem per hunc ostendere, non posse vnumquemque suo arbitrio artem discere
medicinalem, longa cum sit, sed illos tantum, quibus suppetat tempus ad discendum, & natura
sint ad hoc aptiores. Quod si probabile prorsus appareat hanc totius artis communem esse praes-
fationem: neque illi sunt reprehendendi, qui aiunt Hippocratem causam assignasse, ob quam
commentationes scribere oporteat. Fecit autem & in libro, qui *περι τῶν κατ' ἰατρειῶν*, id est de
ijs, quae in officina medici fiunt, inscribitur, omnium lectionum commune prooemium, quem-
admodum in eiusdem libri expositione fuit a nobis ostensum. Illorum itaque sententia, qui vel G
doctrinam modi, vel certe commutationum vtilitatis causam volunt in prooemio assignari, mihi
praeferenda videtur. Nam & forma doctrinae aphoristica, quae omnes rei proprietates breuissi-
mis verbis circumscribit, est illis vtilissima, qui volunt breui tempore longam artem docere:
Et conscribere commentationes ob id, quod vita sit breuis, si ad artis magnitudinem conferatur,
summam habet praes omnibus alijs rationem. Nemo enim nostrum satis esse potest ad artem si-
mul & constituendam & absoluendam: sed satis superque videri debet, si, quae multorum anno-
rum spatia priores inuenerint, posterius accipientes, atque his addentes aliquid, illam aliquando
compleant atque perficiant. Vel enim propter istorum alterum, vel propter vtrumque, mihi
videtur tali esse usus prooemio, ac si ita scripsisset: Quoniam artis magnitudo vitam excedit ho-
minis, adeo ut ab homine quantumuis diligenti ac laborioso non possit & inchoari, & ad finem
vsque perducī: propterea operae pretium est, quae quisque cognouit, ea mandare literis, & tradere
posteritati commentationes, quae rerum docendarum naturam omnem diligenter, breuiter, &
dilucide interpretentur. Quod vero ars longa sit, verba haec, quae subsequuntur, ostendunt:
Occasio praeceptis, experimentum vero periculosum, iudicium difficile. Quasi ita dixerit: Vita
breuis, ars longa: quoniam & occasio praeceptis, & experimentum periculosum, & iudicium dif- H
ficile. Propter hoc enim & ars longa, quoniam occasio agendorum in ipsa est maxime praeceptis,
hoc est angustissima & breuissimi temporis. Praeterea, cum sint duo instrumenta, per quae reme-
dia inueniuntur, ratio, & experientia: haec quidem est periculosa, ratio vero difficilis, hoc est
non facilis cognitum. Vera autem esse, quae dicuntur, non est difficile paucis ostendere. Occasio
enim praeceptis est propter artis materiam: dico autem corpus, quod continue fluit, & momen-
to temporis transmutatur. Experimentum autem periculosum est & ipsum, materiae ratione.
Neque enim lateres, lutum, ligna, lapides, tegulae, coria, artis medicinalis, ut aliarum, materia
sunt: in quibus experiri & exercitari multis modis impune licet illi, qui se circa materiam exer-
ceat, & artis theoremata meditetur: id quod in lignis carpentarij, in corijs coriarij faciunt. Li-
gna siquidem & corium male tractantem corrumpere, nullum periculum est: at in corpore
humano illa experiri, quae non sunt experientia comprobata, non est citra periculum, cum ma-
la experientia ad totius animalis interitum terminetur. Iam vero & iudicium (sit autem ratio
ipsa iudicium, quoniam per eam, quae sunt facienda, iudicantur) difficile est, nec inuentu fa-
cile. de vero autem iudicio loquor: atque hoc sectarum multitudo in arte medicinali ostendunt.
Neque enim, si veritas esset inuentu facilis, tot ac tanti viri, qui illam perquisierunt, vnumquam in
tam

A tam repugnantes sententias deuenissent. Empiricis vero non videtur ratio dici iudicium, sed, quae
per experientiam inuenta fuere, auxiliorum diiudicatio. Nam, ut verum fateamur, & haec diffici-
lis est, nec exploratu facilis, quando multis remedijs aegrotati adhibitis, aliquod vnum illorum in
causa fuisse diiudicat, ut aeger vel melius se habeat, vel deterius: quem si forte contigerit bene dor-
misse, deinde vinctum fuisse, postea emplastrum adhibuisse, deinde clysterem, vel spontaneam ve-
tris deiectionem habuisse, deinde tales cibos assumpsisse, & post haec omnia sensisse iuuamentum
vel detrimentum: non facile dictum est, quidnam eorum, quae circa ipsum facta sunt, aut iuuerit, aut
nocuerit. His igitur ex causis omnibus iudicium est difficile. Sed iam sermonem totum vno capite
colligamus. Ars quidem est longa, si eam vnius hominis vita metiamur. Expedi autem relinquere
posteris commentationes, praesertim compendiosas, atque aphoristicas. Nam talis doctrinae modus,
& ad primam disciplinam, & ad illa, quae quis didicit, retinenda, quaeque oblitus postea fuerit, in me-
moriā reuocanda, vtilissimus est. Consonant autem his & verba sequentia. Nam, tanquam prooemium
fecerit & ipsi commentario, & his, quae in eo scribenda fuerunt, conuenienter subintulit. Nec solum
oportet praestare seipsum opportuna facientem, sed & aegrum, & affidentes, & exteriora. Siquis
(inquit) aliquando diiudicaturus est, quae in hoc libro scribuntur, quantum habeant veritatis: non
B solum seipsum praestare debet opportuna facientem, & nihil, quod aegro possit conducere, praeter
mittētem: sed & ipse aeger parere medico debet, & in nullo propriae indulgere voluptati: ministri
etiam idonei affideant, oportet: & exteriora omnia adsint apparatus. Nam propter illa plerumque vel
praecognitionem, vel curationem, vel vtraque interrumpi contingit. Exteriora autem sunt habita-
tiones idoneae, vel turbarum plenae, vel turbae vacantes, praeterea quae nunciatur & agitur, quaeque
iram, aut tristitiam, aut aliquem alium affectum aegrotanti infligunt, ad haec illa, quae nocturnum som-
num abrumpunt, quae prope infinita sunt. Si igitur (inquit) haec omnia bene & recte se habuerint:
nihil eorum, quae in hoc libro scribuntur, falsum esse inuenietur.

2 In perturbationibus ventris, & vomitibus spontinis, si talia purgentur, qualia purgari oportet: confert, & leui-
ter ferunt: sin minus, contra. Sic & vasorum inanitione si talis fiat, qualis fieri debet: confert, & bene tolerant: sin minus
contra. Inspecere itaque oportet & regionem, & tempus, & aetatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.

Non de quantitate eorum, quae euacuantur, sermo ipsi est (ut non nulli sunt arbitrati) sed de qua-
litate tantum, ut manifestant duo verba, qualia, & qualis. Nam in ijs, quae sponte fiunt, euacuatio-
nibus, ita dixit: Si qualia oportet purgari, purgantur: confert, & leuiter ferunt. In alijs vero, quae
C a medico, si qualis fieri debet, ita fiat. At qui potuisset dicere, Si, quantum purgari oportet, pur-
getur, & rursus, si tanta fiat, quanta debet fieri. Hoc idem ostenditur & ex verbo purgari. Neque
enim simpliciter dixit, Si, qualia oportet euacuari: sed, Si, qualia oportet purgari. Est autem purga-
tio, humorum, qui sua qualitate molestant, euacuatio. In his itaque multi delinquant expostores,
qui neque verba, neque mentem hominis recte percipiunt. Adhuc autem magis peccant, cum nomen
καταρρηξάν. i. vasorum inanitionem alij pro inedia accipiunt, alij pro venae sectione. Hippocrates
siquidem omnem euacuationem solet ab euentu nominare vasorum inanitionem: quoniam in omni-
bus euacuationibus contingit vasa inaniri. Sermo quippe nunc ipsi est de qualitate eorum, quae eua-
cuantur. Sicuti autem semper adhortatur, ut, quae recte a natura fiunt, medicus imitetur: sic & nunc
idem agit, a spontinis euacuationibus sua exorsus orationem: in quibus si, qualia oportet purgari,
purgetur, (hoc est ea, quae corpus infestant) confert, & leuiter ferunt. Quod si aliorum fiat euacua-
tio, & non eorum, quae corpora nostra molestant, contrarium euenit: neque enim confert, & graui-
ter ferunt aegrotantes. Eodem pariter modo, si medicus molatur aliquam facere euacuationem,
eorum esto, quae corpora nostra molestant: quemadmodum & in alijs locis humorem noxiū praes-
cipit euacuari, neque alterum illi in euacuatione praeferrī. Si igitur pituita superabundet, haec omni-
D no oportet euacuari: flaua autem bile vel atra infestante, abstinendum est a pituita, & bilem infes-
tantem euacuandum. Sic & si sanguis in corpore modum excesserit, sanguinem euacuari oportet:
et idem & ferosam eius partem, si haec fuerit superabundans. Humorem autem superabundantē ex
colore debemus coniectari, nisi aliqui forte in profundum recesserint. Color enim, similis efflorescit
humoribus, si non retro gurgitauerint. In ijs ergo praecipue, qui retrocesserunt, & non sunt a qua
portione per totum corpus diffusi, oportet inspicere tempus anni, & regionem, & aetatem, &
morbos, in quibus conueniat, aut non: hoc est in quibus conueniat, aut non, talis vel talis humoris
facere euacuationem. Habet enim & vnusquisque humor in corpore superexcedens indicia propria,
de quibus deinceps plenius dicemus. Perfectae tamen gratia cognitionis, inspicere oportet tempus
anni, quod praesens est, & regionem, in qua degunt aegrotantes, & eorum aetatem, & speciem egrit-
tudinis. Sint enim, si ita contigerit, flauae bilis in corpore abundantis indicia: simul cum ipsis in-
spiciendum erit, si tempus estiuum, si regio calida, si aeger in aetatis vigore consistit. Eodem mo-
do & in pituita considerandum est, si adlit hyems, si regio frigida, si homo senex. Et praeter haec
omnia, ipsam morbi speciem inspicere oportet: veluti quae tertiana (si ita contigerit) fit a flaua bile
modum excedente, quartana ab atra, quotidiana a pituita, cancer ab atra bile, erysipelas a flaua,
atque singulae aliae morborum species. Si enim haec omnia distinxerimus, firmiter atque stabiliter ad
Extra ord. a iij noxij

noxij humidioris euacuationem perueniemus. Illi igitur expositores præ alijs (veluti absurda dicētes) sunt repudiandi, qui putant ipsum de sola inedia, quæ adhibetur in febribus, sermonem habere. neq; n. ipse febres nominauit, sermoq; fit de omnibus in vniuersum, quæ sunt præter naturam intentiones nos docens, ad quas respicientes nos oportet inuenire non quantitatem, sed qualitatem euacuationis. Nā de quantitate, sequens differit aphorismus. Quo autem morbi tempore aggredi oporteat euacuationem, & quo modo ipsa sit facienda, in alijs deinceps dicet aphorismus, quare neq; nunc mihi de his dicere est necessarium. Sic. n. nostra doctrina non foret sapientior, & cōmōtationes ad immodicam minimeq; necessariam prolixitatem peruenirent.

Habitus exercitatorum, qui ad summū bonitatis attingunt, periculosi, si in extremo cōstituerint. Neq; enim possunt in eodē permanere, neq; quiescere. Cū vero nō quiescāt, neq; possūt proficere in melius: Reliquū est igitur, vt decidāt in deterius. His de causis, bonū habitū statim soluere expedit, vt corpus rursus nutrirī incipiat. Neq; compressiones, ad extremū ducēdas: (periculosum enim) sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculosæ. Et rursus refectiōnes, cum extrema fuerint, periculosæ.

Illum, qui antecedit, sermonem esse de eorum, quæ euacuātur, qualitate, docuimus. In hoc autē & sequentibus vult de quantitate docere: & ab immoderata repletionē atq; euacuationē initium sumit in hoc quoq; aphorismo proposito, sicuti in alio præcedente, quoddam exemplum supponens, & ad ipsum, vt consuevit, suum sermonem dirigens. Exemplum autē ipsi est, exercitatorū bonus habitus. Vocat autē bonum habitum exercitatorū, illorum, quibus hoc est totius vitæ institutum, assidue operam dare exercitationibus, vt alios deiciant, qui mos est athletarū. Qui. n. simpliciter bonus habitus nominatur, quē plurimī agricolæ habent, in fodienda terra, merendis fegetibus, & alijs ruralibus laboribus occupati, ad immodicam repletionē non attingit. Athletarū autē bonus habitus non paruam culpam habet, studere magnitudinē molis corpori adijcere, & (vt liquere potest) humorum multitudinem. Hi. n. apparatus sunt toti corpori nutriendo, qui si ipsi p̄sio non ad sint, fieri non potest, vt corpora ad molem immodicam perducantur. Quare necessarium est huiuscemodi dispositionem esse periculosam. Cum. n. vasa cibus ac potibus fuerint supra modum repleta, periculum est, ne aut ipsa dirumpantur, aut calor natius suffocetur extingatur: vt sicuti etiam subita morte interierunt athletæ quidam, cum ad summam repletionem venissent. Qui autem ad naturæ opera utilis est bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius est, quā nunq; ad extremam peruenit repletionem: quare neq; ipsum soluere oportet, sicuti habitum athletarum, cum ad extremum peruenit. Hunc. n. soluere oportet, haudquaquā morantes, sed anticipantes solutione periculum. Causam vero, ob quam soluere ipsum oporteat, talem ipse subiicit dicens: Neq; n. possunt in eodem permanere, neq; quiescere. Nam, cum semper natura cōtionem, distributionem, sanguinis generationem, adiectionem, agglutinationem, atq; assimilationē operetur: quando nihil adijci solidis corporis partibus potest, neq; venæ amplius habēt cōceptaculū, in quod alimētum distributum recipiatur, tūc necessario periculum imminet, ne aut vas aliquod dirumpatur, aut subita mors obuēniat. Vt igitur corpus rursus habeat locū, quo nutriatur, bonū habitū oportet sine mora soluere. Eius autē solutio est euacuatio, vt liquet. Et hanc quoq; oportet non vltra modū facere: cū sit immodica euacuatio nō minus immoderata repletionē periculosa. Intentio autē quantitatis euacuationis, non solū humorē superabundantem respicit, sed & naturā, hoc est vires hominis, qui debet euacuari. Alij. n. alijs magis minus ve perferunt euacuationes. Hæc itaq; ab ipso de bono habitu athletarum dicta fuere, quæ quidem ipsa per se ipsa possunt cōducere ijs, qui tale vitæ institutum elegerunt: medicis autē sunt veluti exēplum sermonis postea subiungēdi. Inq; n. Sic & euacuationes, quæ ad extremū deducūt, periculosæ. Et rursus, refectiōnes, cū extrema fuerint, periculosæ. Tale quid in toto hoc sermone indicare volens, quod nimirū neq; euacuare, neq; replere supra modum oporteat: cuius rei documento esse potest bonus habitus athletarum, qui alioqui inculpabilis existens (nam & bonis abundant humoribus, & vires robustas athletæ habent) hoc solum malum maximum continet, qd ad extremam venit repletionē: quapropter statim eum soluere oportet. Et, sicuti rursus, qui sunt tali habitu præditi, non sunt ad extremam euacuationem perducendi: sic, & qui alia quauis egent euacuatione, nō sunt supra modum euacuandi. Nam, vt in vniuersum dicamus, in omni euacuatione vires ægroti oportet attendere: & donec tolerant, nec laborant, tentandum est humorem exuperantem educere. cum vero dissoluantur vires, etiam si restent aliqua superfluitates: cauere oportet earum euacuationem. Quod autē ait, Et rursus refectiōnes, cum extrema fuerint, periculosæ: si quis debeat sermonē hūc ad exemplum referre, ne sit decurtatus, de vltima dictus repletionē videbitur, quam iubet cauere, & non vsque adeo reficere corpora, vt ad extremam veniant repletionem. Si vero sermonis figuram attenderit, vt non nulli expositores fecere: de eadem re bis ipsum dicere, sed aliter atq; aliter, cogitabis. Cum igitur ita dixerit, Sic & euacuationes, quæ ad extremum perducunt, periculosæ: per hoc ipsum solum putabis præcipere, fugiendas esse immodicas euacuationes, qm̄ sint admodum periculosæ. Cum vero postea subiungens dixerit, Et rursus refectiōnes, cum extrema fuerint, periculosæ: ob hoc vetare immodicas euacuationes, quoniam & refectiōnes poss. ipsas factæ, haudquaquā

A haudquaquā securē existūt, cū sit natura iā facta imbecillis, & neq; iā possit sufficēter coquerē, neq; distribuere alimentū, neq; assimilare. Verū, si quis ita sermonem acceperit: altera doctrinæ pars de extrema repletionē, manifeste relinquet, et frustra exēplū de bono exercitatorū habitu erit allatū. Quid, qd & hoc ipsum verbū rursus in tota adiectū oratione, sententiam, quā diximus, videt manifestare, cum ita dicat: Et rursus refectiōnes, cum extrema fuerint, periculosæ. Vt enim? qui de altera re sermonem faciat, ita verbū rursus apposuit.

4 *Victus tenuis atq; exquisitus, in passionibus quidē lōgis semper, in acutis vero, in quibus nō cōuenit, periculosus. Et rursus, qui ad extremū deuenit tenuitatis, grauis est. Nā & repletiōes, qd ad extremū deueniūt, graues sunt.*

Cū in superiori aphorismo de qualibet in vniuersum immodica repletiōe atq; euacuationē locutus fuerit: in hoc de ægroti vīctū sermonē habet, p̄cipiēs nobis, in passionibus lōgis semp vīctū cauere tenuē, in acutis vero nō semp, plurimī. n. horū vīctū tenuē exigere vident: qdā vero eorū & illū, qd ad extremū tenuitatis deuenit. Et sero aut vīctus tenuis in extremo, qd p̄ solā inediā vel melicratū, vsq; ad iudicationē p̄cedit: Tenuis vero, qd p̄ pauca, aut parū nutriētia edulia, qualis est ptissanæ succus. Eius aut terminus est vīctū diminutio, quarū gratia nutrimus. In sanis itaq; corporibus semp oportet robur seruare vīctū, vel augere alimētis, nō diminuere. Ac augēs qdē alimētum est, quod plenū vocat: cōseruās aut, quod mediocre existit: diminuēs vero, qd tenue dī. Hoc igit semp fugere oportet: alijs vero, vt p̄sentia exigūt, vti. In ægrotiatibus ā raro qdē accidit, vt robur corporis maius reddere, qd acceperimus, studeamus: magna vero ex parte studemus in lōgis qdē morbis seruare vires, in acutis aut moderate debilitatas cōseruare. Nā, si eas i istis tales, quales accepimus, vel seruare, vel augere semp studuerimus, morbū augebimus. Qui vero morbi acuti vīctū exigāt tenuissimū in extremo, quīq; tenuissimū qdē, nō tñ in extremo, & qd tenuē: in libro de vīctū acutorū (qui de ptissana a nō nullis inscribit) plenius Hippocrates docuit: & nos nostris in eūdē librū expōnibus, totū sermonē absoluimus. Nūc vero tñ hoc dixisse sufficiat, in oībus morbis, in qbus summus vigor & iudicatio primis quatuor diebus futura ē, mō vires sint fortiores, integrā inediā seruādā esse, qd est in extremo tenuissimus vīctus. In quibus vero nō vltra primā septimanā p̄rahētur, fortibus existentibus viribus, solo melicrato vti sufficit. Solus autē hic vīctus tenuissimus esset, nō tñ in extremo. Quod si viribus nō fidamus, ptissanā vt mur succo. rōnabiliterq; huiusce modi vīctus tenuis dicere: sicuti, qui per ptissanā hordeaceā, nō est qdē tenuis exquisitē, nisi oīno pauca assumpta fuerit: nō tñ propterea plenus, qualis qui fit per ova, & alicā, & pisces, atq; alia huiuscemodi. Quod igitur adiectum est sermoni de acutis, in quibus nō cōuenit, haudquaquā dicit propter peracutos, de his. n. ipse mox inquit: Vbi igit morbus peracutus est, statim & extremos labores habet, & vīctū extreme tenuissimo vtendum est.

* Dicitio hæc nō est in codicibus graecis.

5 *In tenui vīctū ægri delinquant: quo fit, vt magis lædantur. Quicunq; enim error committitur, maior in hoc fit, quam in paulo pleniori vīctū. Propterea etiam sanis periculosus existit valde tenuis & constitutus & exquisitus vīctus, quoniam errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis vīctus atq; admodum exquisitus, eo, qui sit paulo plenior, magis periculosus.*

Huius initium aphorismi est aliter scriptū inuenit, hoc mō: In tenui vīctū magna ex parte bifariam peccant, qui ægrotiat: quo fit, vt magis lædantur. Et hæc scripturā pleriq; magis altera probant, hoc putātes Hippocrate voluisse dicere, qd in tenui vīctū bifariam ægri delinquentes, magis lædantur. Nā inscijs medicis ob hoc ipsum cogunt cibari, qm̄ tenui vīctū ab ipsis reguntur: & hinc maius detrimētū suscipiūt, qd si vīctū tenui non regerēt. Adhuc aut delinquit, scilicet & iā natura existente imbecilli, vt qd antea alimenti inopia laborauerit. Mihi aut vī prior scriptura melior, vt quæ hæc quoq; cōplectitur, & sermonē facit generaliore, cū de omni delicto doceat, siue volentibus, siue inuitis ægrotiatibus accidat: vt talis sit sermo. Quicunq; error accidit ægrotiatibus, qui tenui vīctū reguntur, hic maius affert periculum, quia & natura a tali vīctū debilis facta est, & ad eū transitus est infuetus. Confirmant antedictā scripturā ea, quæ de sanis dicunt, in qbus tenuē ait vīctū esse periculosum, qm̄ errores grauius ferunt, nō quia propter vīctus tenuitatem cogantur delinquere. Quæ vero de aphorismo sequuntur, sunt manifesta.

* Codic. multi antiqui habent d̄x̄w̄g, vt Leonicensis vertit. imp̄si dictionem hanc non habent. & ita ē paulo post codi. graeciani qui habent d̄x̄w̄g vt Leonicensis. imp̄si non habent. † Codices qdā antiqui habent ē̄ti d̄ ē̄μαρτάουσι. i. Adhuc aut delinquant &c. vt Leonicensis. Imp̄si habent ē̄ti d̄ ē̄μαρτάουσι, δ̄λλοι, ὄτι &c. vt postea ita sit verendum: Quod aut delinquit, manifestū est, qm̄ vires habēt imbecillas.

6 *Extremis morbis, extrema exquisite remedia optima sunt.*

Extremos morbos noiauit Hippocrates summos, vltra quos non sunt alij. Quare præcipit in ipsis tota curatione exquisitissima nos vti, ac proculdubio vīctū quoq; adhibere tenuissimū. tales aut prorsus sunt morbi peracuti, i peracutus aut, qui tertio die ad summū vigore perueniūt, vīctus summe tenuissimus optimus est. Vnde sequentē subiungens aphorismum, ait.

7 *Vbi igitur morbus peracutus ē, statim et extremos habet labores, et extreme tenuissimo vīctū utēdū est. Vbi vero nō, sed pleniorē vīctū cōtingit adhibere: tantū cibi indulgendum est, quantum morbus extremis est mollior.*

Sicuti superius morbos, qui maximi sunt, extremos nominauit: ita & nunc labores, qd maximi sunt, extremos appellat: labores autem, (græce τ̄δ̄ουσι) vel accessiones, vel simpliciter casus vni-
Extra ord. Aa iij uersos.



verfos. Etenim accessiones, atque omnes simpliciter casus maximos possidet morbus peracutus statim in primis morbi diebus: nam in ipsos statim morbi incidit vigor: qui nihil aliud est, quam morbi, quantum ad casus attinet, maximum. Iam vero morbus ille est peracutus, qui statim in summo vigore consistit. Statim autem, est intelligendum, circa primos quatuor dies, vel paulo ulterius. Idcirco autem extreme tenuem victum adhibere conuenit, si modo victus tenuissimus morbis consistentibus est necessarius: quemadmodum docuit in libro de victu acutorum, & in hoc ipso aphorismo. Consistit autem extreme morbus peracutus statim in primis diebus. Quod autem sit rationi consonum in morbi vigore tenuissimo uti victu, alibi est a nobis plenius ostensum. Nunc id tamen dixisse sat erit, quod, si quis propter inflammationes, vel febres (quae a morbis acutis sunt inseparabiles) quispian ve retur effatu dignum afferre alimentum: hoc ipsum morbo in suo vigore consistente magis verebitur facere. Tunc enim phlegmasie, ut appellat ipse in libro de victu acutorum, maximam existit: siue quis per phlegmasias velit intelligere illas, quae proprie dicuntur phlegmonae: id est inflammationes: siue et libeat febres vna complecti, sicut antiquam vocabuli acceptionem. Accedit ad haec, quod melius est naturam permittere vacare circa morbi coctionem, morbo in suo vigore consistente, neque distrahare ipsam ad cibos recenter assumptos cooscendos. His rationibus itaque, cum morbus consistit, victu tenuissimo oportet uti. Hoc ergo supposito, in alijs morbis, qui suum vigorem sunt posterius accepturi, non licet afferre statim ab initio extreme tenuissimum victum. Nam sic prius homo morietur, quam morbus in vigore consistat. In quibus vero morbi vigor statim futurus est, hoc est in primis quatuor diebus, in ijs possumus victu extreme tenuissimo uti: cum vires tolerant & inedia omnimoda, et solius melicrati exhibitionem, & ptisanam succu paucum oino. talis quidem tenuissimus est victus. Qui vero hoc minus tenuis existit, quem etiam plenior nominauit, illis conuenit morbis, qui posterius in suo debent vigore consistere: in quibus praecipit tamen a victus tenuitate declinare, quantum morbus ab extremis recedit, hoc est a vigore summo. Hoc enim proximo existente, minus plenum victum afferemus: longius vero distante, magis plenum: & quanto tardior fore summum morbi vigorem expectabimus, tamen & victus forma commutabimus.

Quando morbus in suo vigore consistit, tunc victu tenuissimo utendum est.

Hic pariter sermo pars quaedam est artis diaeteticae, id est, quae docet victum conuenientem adhibere: qui a non nullis seorsum scribitur per verba nunc dicta: ab alijs vero antecedenti annexitur aphorismo, eo modo, quo antea scriptus est. Docet autem nos, ut cuique scribatur, vnum & idem theorema, antiquo magistro praecipiente, ut, cum morbus in suo vigore consistit, victu tenuissimo utamur, tum propter casum magnitudinem, tum propter morbi coctionem. Neque enim distrahare oportet naturam ad alteram nouam coctionem, cum eo tempore humorum morbum facientium coctioni fortiter vacet, & haud ita multo post ipsos sit euitura: Sic enim a nobis ostensum est in tractatione de Crisibus: de ijs videlicet tantum morbis sermone transacto, in quibus omnino & curationem & victus rationem intendimus. In vero sunt, in quibus post vigorem sequitur declinatio. Nam, quorum summum vigorem excipit mors, in his ea sola parte artis utimur, quae prognostica nominatur, id, quod futurum sit, praenunciantes, ne euentus rerum nostro ascribatur errori. Haec igitur tibi sit vna indicatio, sumpta ex morbi temporibus ad victus formam, altera vero a viribus egrotantis, quam in sequenti docet aphorismo.

Coniectari autem oportet, an aeger cum victu sufficiat perdurare, donec morbus consistat: & nunquid prius ille deficiat, nec possit cum victu perdurare: vel morbus antea deficiat, atque hebetescat.

Quia in superiori aphorismo tantum iussit ab eo, qui extreme tenuis victus nominatur, declinare, quanto morbus mollior extiterit suo vigore, hoc in loco nunc alteram adijcit intentionem, ut quantitate declinationis exquisita noscamus. Est autem haec intentio, vis ipsa agrotantis: cuius gratia nutrimus, neque enim morbi causa. Cum enim vis ita robusta fuerit, ut speremus ipsam posse perdurare totum tempus intermedium usque ad summum morbi vigorem, cum tali victus figura: tunc exquisitam habebimus declinationis, quam diximus, quantitatem. Quod si imbecillior extiterit, adijciendum est aliquid victui, & plenior est adhibendus, tanto, quantum virium imbecillitas exoptulat. Quocirca aliquando in ipso etiam morbi vigore, ubi casus aliquis interuenerit robur naturae dissoluens, nutrire cogimur. Est autem hic quoque sermo pars totius offerendi alimenti rationis. Vnde, si quis & hunc, & priorem, atque sequentem aphorismum vnum fecerit, non aberrabit. Ego vero in partes seorsum expono, quoad fieri potest, doctrinae gratia clarioris.

Quibus igitur statim morbus consistit, ijs etiam statim tenuis victus adhibendus est: quibus vero posterius debet consistere, ijs & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud, cibis subtrahendus: prius vero verius victus adhibendus est, ut aeger sufficiat.

Hic pariter sermo eandem sententiam habet cum priore, nisi quod est illo vniuersalior. Prius enim in peracutis morbis dicebat, quod statim in ipsis tenuissimo victu uti oporteret. Hic vero simpliciter de omnibus morbis pronunciat, quibus statim consistendi tempus futurum est, hoc est, non multo

A multo post primam inuasionem: iubens ob id tenuem adhibere victum. Quae vero sequuntur, manifesta: cum eidem haereant sententiae.

In accessionibus abstinere oportet: nam cibum dare nocuum est: quibus per circuitum sunt accessiones, in ipsa accessione abstinere oportet.

Totius quidem victus rationem in vnoquoque morbo a duabus intentionibus iussit sumere, ex futuro totius morbi vigore, & ex viribus agrotantis. Quo modo vero quispiam particulares ciborum oblationes faciat conuenienter, in hoc docet sermone, cauere iubens morborum accessiones. Ipse vero manifestius libro de victu acutorum dixit, quod neque, cum iam adfuerint, neque, cum haud ita multo post affuturae sunt accessiones, cibus dandus est, sed cum declinant & cessant.

Accessiones vero, & constitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, et circuituum successiva incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora intervalla fiat. Sed ex ijs, quae mox apparet, indicia sumuntur: quae admodum in morbo laterali si circa initia statim sputum appareat, morbi breuiat: si vero postea appareat, producit. Et vrinam, & alui excrementa, & sudores, quacumque apparuerint, vel bonam morborum iudicationem vel malam, vel breues aut longos fore morbos ostendunt.

Si, quae prius dicta fuerunt ab eo de victus ratione, ad memoriam reuocemus: eorum, quae nunc dicuntur, utilitas fiet nobis manifestior. Quae autem prius dicta fuerunt, haec sunt. Totius victus figuram ad duas respiciens intentiones faciebat, quarum altera erat vis egrotantis, altera constitutio morbi. Nam considerare, an morbus sit acutus, vel peracutus, vel longus, & quando maxime in vigore consistit: morbi constitutionem est considerare. Particulares autem ciborum oblationes, ex accessionibus particularibus coniecurabatur. Cum igitur tres essent intentiones ad perfectam & absolutam victus rationem instituedam, primaque ex viribus agrotantis, secunda ex morbi constitutione, tertia praeter has ex particularibus accessionibus sumerentur: vires quidem sub primo statim ingressu dignoscere medicus potest, ex pulsibus scilicet & alijs, quae ipse in libro prognostico latius scripta uult: quamuis forte quis dixerit virium magnitudinem esse incomprehensibilem. At, si non possumus earum quantitatem exquire inuenire, posse tamen nos artificiosa quadam coniectura ad veritatem proxime accedere: nemo inficiabitur. Morbi vero constitutionem, qualis nam sit, et particulares accessiones, multi medici existimant non posse dignosci: non tamen idem sensu Hippocrates: sed & in hac parte, sicut & in alijs omnibus saepe quidem exquire, & ut quispiam dixerit, perire atque scienter, saepe vero coniecturaliter quidem, non tamen inartificiose, neque longe a veritate, sed propinque ac proxime peruenimus ad praecognoscendum futurum consistendi tempus & accessionum reciprocationes. Verum haec omnia latius & in libris, qui Prognostica, & in alijs, qui Epidemiae inscribuntur, Hippocrates docuit: nosque iuxta antiqui magistri sententiam, ipsius verba cum decenti expositione apposimus in primo libro de Crisibus: in quo ostendimus, quomodo quispiam futurum morbi vigorem possit praecognoscere. Nunc vero sunt omnia ab Hippocrate per capita tradita: nosque ipsa, quae breuissime fieri poterit, dilucidabimus. Quibus vero curae est omnem de his disciplinam diligenter perdiscere, ad librum de Crisibus a nobis conscriptum, legendum accedant. Ipsi igitur quoque morbi & ipsas accessionum proportionem, & suas etiam constitutiones nihilominus ostendent: veluti in intermittentibus, quae tertiana cito iudicatur: quotidiana vero longa erit: quartana autem etiam hac longior existet. In continuis, quod caufodes quidem, id est incendentes, acutae sunt, quae vero typhodes, id est succedentes nominantur, longiores: mediae vero inter has, semitertiae. Quo modo vero quispiam has omnes febres statim inuadentes dignoscatur, secundo libro de Crisibus plenius edocuius: quare non oportet huc transferre, quae in alijs bene iam explicauimus: neque enim saepius eadem in pluribus libris sunt repetenda, sed solum ad memoriam reuocandam.

Quo modo, si possibile fuerit tertianam inuadentem statim ab initio cognoscere, ex ea comprehendere queamus, quod cito iudicabitur, & quod per tertium diem fient accessiones. & hoc est, quod ab Hippocrate dicitur: Accessiones autem, & constitutiones, morbi iudicabunt &c. Nos quidem, cum statim prima die febrim quartanarum initia saepe cognouissemus: non expectata secunda accessione formam victus ab initio constituimus, tanquam ad morbum, quod longo post tempore ad suum vigorem foret peruerturus, idem in quotidiana & tertiana fecimus, tempus futuri vigoris in vtrisque secundum proprium terminum metientes. Sicuti autem in febris, itidem in alijs morbis est faciendum. Morbus enim lateralis, & quod peripneumonia & phrenitis a Graecis nominantur, morbi acuti sunt. Angina autem, quae graece cynache dicitur: iuxta angina, quae cynache: & cholera, & distentio neruorum, tetanos graece dicta, pacuti. Aqua inter cutem, melancholia, suppuratio, & phthoe, id est tabes, diutini. Ac morbo quidem laterali, & phrenitidi magna ex parte per tertium diem accessiones fiunt: suppuracionibus autem, quae veteri eueniunt, aut hepatis, & tabi, quotidie, & magis ad noctem: quod vero ex liene laborat, & omnino melancholicis, per quartum. Quod autem subinde dicitur de anni temporibus, ad ea, quae antea dicta sunt, habet relationem. Nam & morbi constitutiones, & accessiones possunt ab anni temporibus vna cum morbo indicari. Neque enim sufficit hoc tantum scisse, quod quartana inuasit hoc die, ut ab initio praecognoscamus instituendam esse victus figuram, ut ad morbum futurum diutinum: sed et, si hieme, aut vere, vel aestate,

æstate, vel autumno sursum fecit initium, prospicere oportet: id cognoscens, quod æstate quarta. **E**na magna ex parte breues sunt, autumnales longæ, & magis, quæ hiemem attingunt. Nam hæc eadem ipse nos in sequentibus edocebit. siquidem & tertiana febris est quidem & alioqui celeris iudicij, sed æstate longe magis, quam hieme. Atque alijs singulis morbis æstas addit celeritatem, hiems vero tarditatem. Sed & accessiones, per tertium quidem maxima ex parte æstate fiunt, per quartum vero autumno, singulis vero diebus aut noctibus hieme. Sicuti autem in anni temporibus, sic & in temperaturis ex proportione res se habet: de quibus & ipse Hippocrates sæpe differuit, non tamen hic quidquam dixit, ut quod ex vno alia nobis ad memoriam reuocandam reliquerit. Quæ enim tempus æstiuum, eadem & ægræ temperatura, si fuerit natura calidior & liccior: & ætas, si in suo vigore constiterit: & locus, si calidus & siccus, vna indicabunt. Liqueat autem, quod & industria vite, & assuetudo eodem modo se habet, & præsens aeris nos ambientis constitutio: de quibus postea docebit. Sic, & quæcumque de tempore autumnali ad morbi constitutionem, & accessionum reciprocationem assumebantur: hæc eadem & de ætate ægrotantis atque natura, & vitæ industria, & assuetudine, & regione, in qua ægrotat, & aeris ambientis, quæ tunc vagatur, temperatura assumere licet. Ex his quidem iam constare potest, quod & morbi constitutionem, & accessiones cognoscemus: Constitutionem quidem, si morbus fuerit peracutus, vel diutinus, quod ad consistendum tempus præcognoscendum est necessarium: Accessiones vero, an per tertium, vel per quartum, vel singulis diebus, siue qua hora diei aut noctis sint inuafura. Quod vero circa finem aphorismi scribit, deinceps videamus, si ad eorum, quæ nos diximus, faciat declarationem. Sic enim Hippocrates inquit: Et circuituum successiuam incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora intervala fiât. Clarum est autem ipsum intelligere per circuituum incrementa, accessionum, quæ in ipsis eueniunt, augmenta: quæ & modum, quo morbus augetur, & futuri vigoris tempus præfinitum ostendit. hinc autem præcipue discas. Secundæ accessionis ad primam accremetum, in hisce tribus conspiciuntur, in hora, qua fit accessio, in longitudine accessionis, & in magnitudine. nihil autem differt, si in vehementia dixeris, quia hæc duo nomina sunt apud medicos vilitata, ipsaque sæpius de re eadem pronunciant, cum aliquando dicunt maiorem fuisse febrem ea, quæ præcessit, aliquando vehementiorem. Contingit autem hanc febrem vehementem vel æquales horas cum præcedente obtinere, vel pauciores, vel plures: quod ad magnitudinem siue vehementia accessionis non pertinet, sed ad proximitatem accessionis. Per accessionem autem te nunc oportet intelligere deterius tempus totius circuitus, quod est à primo insultu usque ad tempus consistendi: sicuti reliquum tempus declinationis est melius. Cum itaque accessio, siue per tertium, siue per quartum, siue quotidie fiat, anticipauerit proportionem, atque ita anticipando ad longius extenditur tempus, atque insuper vehementius affligerit: tunc manifestum est morbi augmentum. Quantum autem augeatur, vnumquodque ex dictis sua quantitate monstrabit. siquidem accessio pluri tempore anticipans, & longius atque vehementius affligens, effectus dignum indicabit augmentum, & velocem esse morbi motum, atque haud ita multo post in suo vigore futurum. Neque enim fieri potest, ut magna incrementa suscipiuntur accessionibus, non proxima sit morbi consistencia. Contraria autem accessio, quæ, si parua faciat incrementa omnium eorum, quæ diximus: quantum ad hoc attinet, longius distare futurum morbi vigorem ostendit. Hoc igitur ipsum per circuituum incrementa discemus, coniectura scilicet assequi, post quantum tempus morbus in suo vigore consistet, ac præterea horam præfinitam, qua accessio inuafura sit. Conducit autem prima cognitio ad formam totius victus constituendam: secunda vero ad cibum dandum in particularibus temporibus, quorum intentiones ipse ab initio docere proposuit. Quod autem circuitum (græce periodum,) vocet similem ad idem reditum, neminem puto dubitare. Sed & ex his, quæ mox apparerit, aut coniecturandum esse de accessione, & totius morbi constitutione. Siue autem casus (græce symptomata) siue signa, velit quæpiam illa, quæ mox apparerit, noiare: nihil retulerit. Illud autem de omnibus casibus signis ve est cognoscendum, quod non nulla quidem eorum significant passionem, aliqua affident, aliqua decernunt ac iudicant: aliqua coctionem, aliqua cruditatem, aliqua salutem, aliqua perniciem ostendunt. Passionis significatiua sunt, quæ vna cum morbo inuadunt. Quæ vero affident: aliquando simul inuadunt, aliquando superueniunt, non nunquam vero neque omnino veniunt, neque enim sunt à morbo inseparabilia, neque eorum velut substantiam constituunt, sed proprias faciunt differentias. Quæ vero ab Hippocrate crisima, id est, decernentia siue iudicantia vocantur: cum primo quidem exquisite morborum principio non sunt apta inuadere: cum duobus alijs autem apta sunt, de quibus paulo postea dicemus: Aliquando vero neque in his, sed, cum morbi augentur, aut iam consistunt, apparent. Signa vero coctionis contingunt quidem & ista nunquam in primo statim morbi principio: terminant autem illud principium, quod est pars totius morbi. Signa vero cruditatis cum primo morbi principio statim inuadunt, et non nunquam posterius apparent, sicuti & mortis signa. Nam & horum generatio, morbi principium subsequitur. Morbi autem principium intelligi volumus (ut in commentarijs de Crisibus manifestauimus) & primum eius insultum, quod nullam habere latitudinem dicitur: & id, quod est sicuti pars totius morbi, quando in principium diuiditur, augmentum, & tempus consistendi, & declinationem: & aliud, quod usque ad tertium extenditur diem. Sed & in eadem tractatione docuimus. omnium casuum potestates:

Astates: & simul, quæ expositione indigere videbantur verba Hippocratis ad hoc pertinentia, exposuimus. Sed & nunc per modum compendij de ipsis à nobis dicitur. Qui vero voluerit totam Hippocratis artem circa ista perdiscere, ad illam vadat tractationem. Ex mox apparentibus igitur totam iubet morbi constitutionem coniectari: deinde quandam morbi speciem in medium adducens, ita inquit: Veluti, in laterali morbo si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat: si vero postea appareat, producit. Perspicue vero, quod docet, assequeris, si ex tertio libro Epidemiarum apponam, quæ ipse de Anaxione scribit, morbum lateralem patiente: quem etiam ægrotum ego in primo libro de Crisibus, mea expositione patefecit. Verba autem Hippocratis hæc sunt: In Abderis Anaxiona, qui iuxta portas Thracias habitabat, febris acuta inuasit, lateris dextri dolor continuus, tussis sicca: neque primis diebus expuebat aliquid: sitibundus, peruiuil: vrina bene colorata, multæ, tenues. Sexto die delirauit: neque calefacientia aliquid proficiebant. Septimo die magis laborabat, quia febris intendebatur, & dolores non minuebantur, tussisque infestabat, & difficulter spirabat. Octauo venam in cubito secuit. sanguis multus fluxit, qualem oportuit. dolores remissi sunt, verum tussis sicca subsequēbantur. Vndecimo die febres minores factæ sunt: parum circa caput sudauit: tussis, & quæ à pulmone, humidiora. **B**ra. Die decimo septimo coepit pauca quædam cocta expere: leuatus est. Vigesimo die sudauit, & delit febricitare. Post crislum leuatus est: siticulosus vero erat, neque à pulmone bonæ erant expurgationes. Vigesimo septimo die febris redijt, tussis, multa concocta eduxit: vrinis adfuit multum sedimen album: sitis cessauit, & bene spirauit. Trigesimo quarto die sudauit totus, per crislum febris omnino soluta est. Hic igitur Anaxion ab initio morbum lateralem patiebatur, non tamen ab initio expuebat, sed & octauo die adhuc tussis sicca subsequēbantur, ut inquit Hippocrates. Quare rationabiliter totius morbi solutio ad trigelimum quartum diem extenta est: cum tamen magna ex parte lateralis morbus terminum suæ iudicationis habeat quartumdecimum: & si non hunc, saltem omnino vigelimum. Quod si ante tertium diem expuisset: vel circa septimum, vel nonum, vel omnino vndecimum diem iudicatio esset subsequēta: & si in ipso die tertio spuere coepisset, quartumdecimum diem non transcendisset. Hoc enim accidit in omnibus inflammationibus, quæ non teguntur operculo densiore, ut in ijs, quæ exteriorem occupant cutem, qualesdam sanies (græce ichoras) resudare, ab initio tenues, postea vero, si coctionem accipiant, & ad melius proficiant, crassiores: & ex his ipsis crassioribus aliquas esse magis concoctas, aliquas vero minus. Hoc idem in omnibus inflammationibus, quæ vel os, vel oculos infestant, licet intueri: nec minus in quacunque alia corporis parte, quando pars aliqua interior simul cum cutis diuisione patitur inflammationem. Nam ex huiusmodi vlcibus sanies profluunt tales, quales ego dixi. Quando igitur aliqua fuerit inflammatio cum tanta meatuum angustatione, ut nihil extra effundatur, necesse est illam esse & coctum difficilem, & longo tempore perdurare. Hac igitur ratione & in morbo laterali (qui & ipse est ex genere inflammationum) attendere oportet signa coctionis. Nam crudissimus morbus est, in quo nihil omnino expuuit: secundum ordinem obtinet ille, in quo sanies tenues: tertium, in quo crassiores: & quartum, in quo perfectam habent coctionem. Verum, si hæc circa tertium, vel quartum diem apparuerint, non contingit morbum transcendere septimum diem. In alijs vero singulis necesse est, ut pro coctionis modo mensura temporis consequatur. Sicuti igitur sputum, perfectæ coctionis signum est, quando album fuerit, & lenè, & æquale consistentia, neque nimis humidum, neque nimis crassum: eodem modo integram cruditatem ostendit, quod nullo modo expuuit. Quod si expuatur quidem, sed tamen adhuc tenuè sit, debilis coctionis est signum. Quod si impermissum fuerit, vel flauum, vel rufum: haudquaquam bonum. Quod si liuidum fuerit, aut ærugini simile, aut nigrum: perniciosissimum existit. Cum itaque à nobis distincta sint signa coctionis & cruditatis, & præter ea tertium genus **D**exitiale: illud scire oportet, quod signa coctionis semper sunt bona, ut quæ morbi solutionem haud ita multo post futuram ostendant: sicuti genus signorum exitiale, mortem ægræ citam prænuntiant. At vero signa cruditatis diutinum quidem ex necessitate morbum significant: sed, quantum in ipsis est, neque moriturum, neque euasurum è morbo hominem ostendunt: Tibi vero prius ægroti vires expendent, etiam ex his licet præcognoscere. Aliud est signorum genus, quæ iudicatoria ab ipso nominantur: sunt autem hæc, sudores, sanguinis fluxus, rigores, multum alui profluuium, & similis vomitus, dolor capitis repente inuadens, difficultas spirandi præter rationem & vehemens, vel cordis morsus, vel quædam in hypochondrijs citra dolorem tensio, vigilie vehementes, delirium, & nox absque ratione molesta, & accessio anticipans, & lacrimarum inuoluntarum nihil patientibus oculis neque ex tristitia provenientes, rubor faciei, & labrum inferius agitata, lucida vel obscura & tenebrosa, quædam ante oculos obuerfantia, & hallucinationes quædam, & malæ vel nasus repente rubefcentes, parotides, aut omnino alicuius in articulum decubitus generatio. Hæc igitur omnia, & præter hæc alia multa huiusmodi secundum propriam eorum substantiam casus nominata, quatenus vero subitam mutationem ostendunt, signa iudicatoria appellata, duplicem tibi præstabunt præcognitionem. Si quidem morbo iam cocto superuenerint, futuram statim sanitatem denunciant: Si vero crudo

crudo adhuc morbo, iudicationem non bonam, quæ aut perniciem agat, aut in longum tempus morbum producat. Quod vero alia sit natura horum signorum, quæ iudicatoria nominantur, alia vero eorum, quæ coctionem significant: hinc discere possis. In primo libro Epidemiarum inquit Hippocrates: Coctiones, iudicationis celeritatem salutisque securitatem significant. Cruda vero & incocta, & quæ in abscessus malos conuertuntur, iudicationum carentias, vel dolores, vel temporis longitudinem, vel mortes, vel recidivas ostendunt: ita quidem hic in vniuersum collaudauit morbi coctionem. In libro autem, qui Prognostica inscribitur, particulatim in hunc modum simul docens ipsius indicia: Vrina autem optima est, quando sedimentum albi, lenis, & æquale fuerit per omne tempus, donec morbus iudicetur. Significat enim salutis securitatem, & morbum paucotempore duraturum. Sic rursus laudauit vrinam monstrantem coctionem in venoso genere. Rursus autem, cum dicit, Alui autem excrementum optimum est, quod est molle, consistens, & hora excretum, qua solet, cum sanitas adest: hic indicia coctionum ventris simul collaudat ac docet. Sic etiam, quæ fit in membris respiratorijs seruientibus, coctionem simul collaudans ac docens, in hunc modum scribit: Sputum oportet in omnibus doloribus, qui pulmonem & costas infestant, celeriter ac facile expui, flauitque valde sputo commistam apparere. Coctionis igitur signa semper bona sunt, iudicationis vero signa non semper. Sic ergo, inquit, signa iudicatoria, non iudicantia, aliqua mortem, aliqua difficilem iudicationem portendunt. Saneque, & cum ait, quæ ad melius iudicant, non confestim apparent: per hæc verba eandem indicat sententiam. Nam coctionis signa, quocumque tempore apparent, bona sunt. semper enim eorum vniuersum genus optimum existit. Non ergo repugnat illud, quod nunc dictum est, in morbo laterali sputum si statim appareat, illi alteri, quod dicitur, signa iudicantia ad melius, non statim appareant. Nam signa iudicatoria non nunquam mala sunt: signum vero coctionis nullum vnquam prauum fuit, sed oia optima semper: & tanto citius ægrum sanitatem recuperaturum ostendunt, quanto citius apparuerint. Hæc dixisse sufficiat per modum cõpendij, quantum ad præsentem attinet locum. Totam vero de istis antiqui magistris sententiam in libro de Crisibus exposuimus. Vt autem sermo, quem nuper diuidendo proposui, perfectus habeatur: quomodo à dictis differant, & quæ passionis significatiua, & quæ assidentia dicuntur signa, hinc volo transigere, vna in mediū adducens pro exēplo passionem, hanc ipsam videlicet, quam Hippocrates nominauit. In morbo igitur laterali, acuta quidem febris vna cum spirandi difficultate, & tussi, & dolore lateris pugnati, signa passionis significatiua nominantur. Quod autem dolor aut ad hypochondriū, aut ad clauim perueniat, assidentia dicitur: sicuti, quæ facilius lateris patiens, quam in alterū, decubabat æger, ad idem genus assidentium attinet. Scripsit autem & Praxagoras Nicandri filius duo volumina de assidentibus signis: de ijs autem, quæ superueniunt, vnum aliud, ac si de mox apparentibus inscriberetur. Hæc igitur mox apparentia inquit Hippocrates & bonam morbi iudicationem & malam: morbumque vel longum, vel breuem futurum ostendere. Meminit autem non solum sputorum, sed & vrinarum, & excrementorum alui, & sudorum: ea scilicet, quæ sunt in libro prognostico scripta, nobis exēplo subiiciēs: quæ ad hunc locum trāsferre superuacuum foret. nam de his in libris de Crisibus diximus, & in commentarijs in Prognostica: in quibus adhuc magis antiqui magistris sententiam explanauimus.

Senes facillime ieiunium ferunt: secundo loco, qui ætatem consistentem habent: minus adolentes: omnium minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt viuiores. 13

Differentia etiam ætatum confert aliquid ad capiendam victus rationem. Senes siquidem facile ferunt inedia, pueri vero difficulter. Est autem facilitas & in non appetendo, & nihil inde mali sustinendo: Difficultas autem in contrarijs oritur. Etenim pueri magis appetunt, & plus offenduntur in longis inedijs: Mediæ vero ætates inter senes & pueros, quanto alteri ipsorum proximiores existunt, tanto aut minus, aut magis molestantur atque offenduntur ex longis inedijs. Huius autem aphorismi causam ipse in sequenti docet, qui ita incipit: Qui crescunt plurimum caloris innati habent. Ita ut, si quis velit ipsum priori adiungere, & cum/enim/coniunctione proferre, tunc sermo vnus fieret, & manifestus, in hunc modum se habens: Senes facillime ieiunium ferunt: secundo loco qui ætatem consistentem habent: minus adolentes: minime vero omnium pueri: Qui enim crescunt, plurimum caloris innati habent. Appellat autem ætatem habentes consistentem, eos, qui mediā ætatem habent inter iuuenes ac senes, ita ut ab ætate quidem vigente recedant, nondum tamen sensum habeant senectatis manifestum. Sic autem & Thucydides quosdam in ætate dixit esse consistentes. Verum inter hanc ætatem, & adolescentium, altera quedam est, quæ, sicuti ætatum, ita facilitatis & difficultatis medium ordinem obtinet: ita ut neque tam facile inedia ferre possit, sicuti qui in ætate sunt consistente, atque senili: neque difficulter, sicuti adolentes & pueri. Eius tamen non meminit Hippocrates, cum possit eam vnusquisque ex illis, quas dixit, intelligere. Cum vero inquit Præsertim qui sunt inter ipsos viuiores/naturarum differentias manifestat, ex pueris enim, qui calorem innatum validiorē admodum habent, ij promptiores sunt ad cibos assumendos, & ipsos magis possunt concoquere: & si non assumpserint, plus offenduntur. Talis quidem est sermo Hippocratis: indiget tamen adhuc parua quadam additione ad perfectionem: 2

Afectionem: de ijs enim, qui sunt in principio senilis ætatis, recte dictum est, Senes facillime ieiunium ferunt: de ijs vero, qui ad extremam peruenerunt, non recte: quia hi non possunt tolerare longas inedias. Vel igitur addere oportet aphorismo quiddam, & hoc modo ipsum pronuntiare, Senes facillime ieiunium ferunt, præter eos, qui ad extremam senectatem peruenerunt: secundo loco, qui ætatem consistentem habent. Vel verbum/ieiunium/in ciborum paucitatem est commutandum, atque ita dicendum, Senes ciborum paucitatem tolerant: secundo loco, qui ætatem consistentem habent. Nam, et qui ad extremam senectatem attingunt, inueniuntur, et si non possunt longam inedia tolerare, paucis tamen cibis indigere. Tale enim quiddam patitur, quale lucernis, quæ extinguuntur, accidit, quæ & continuam exigunt olei suffectionem, & multā, ac subitam simul nequeunt sustinere. quoniam quidem & his exhibere oportet vniuersam multitudinem paucam: et hanc ipsam cibi paucitatem in multas partiri portiones: neque vna illis longa inedia est iniungenda.

14 *Qui crescunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur eget alimento: alioqui corpus absumentur. Senibus vero parum calidi innati inest: paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.*

B Dicitur est à nobis plenius etiam in cõmentarijs de tēperaturis, quo modo visum est non nullis medicis eos, qui in iuuentæ vigore consistunt: non nullis vero pueros esse calidiores. Habent enim hi quidem calorem acutiorem, hi vero abundantiorē. Nunc vero etiam necessarium est dicere, quantum ad præsentem locum conducit, sermones longos, quoad fieri potest, in pauca consicere. Hoc ipsum igitur verbum/calidum/aliquā transferimus ad qualitatem, cuius propriū nomen est caliditas: aliquā denominatiue totū corpus dicimus calidum, à caliditate: estque hic modus loquendi plurimus in omni vita, & fuit apud antiquos, veluti Theophrastus ostendit in eo libro, qui de calido & frigido inscribitur. Nam, cum substantia corporea contrarias qualitates, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem vicissim recipiat: Secundum substantiam quidem recipientem, cum calidum nominamus, corpus dicimus multumque vel paucum dicimus esse calidum, ad quantitatem substantiæ referentes. Et hoc dupliciter facimus: vno quidem modo in substantijs impermixtis, alio autem in mixtis. In impermixtis quidem, veluti si duo haberent aquam æqualiter calidam in duobus inæqualibus labris contentam: alterum diceremus plus habere calidi, qui maius labrum possideret: alterum minus. In mixtis vero, veluti si essent æqualia labra, sed inæquali mētura ex vino & aqua temperata: alterum ipsorum plus vini continere, alterum plus aquæ diceremus. Cui modo etiam ille esset persimilis, si duo labra inæqualia supponeremus aqua proportione temperata. Non nunquam vero non ad substantiæ multitudinem sermonem referentes, sed ad qualitatem solum, huic quidem alicui dicimus plus calidi inesse, huic vero minus: sicuti si ex duobus labris paræ prorsus magnitudinem habentibus, alterum, quod calidius esset, plus habere calidi diceremus: alterum, quod frigidius, minus: non tamen proprie verbo, plus/uteremur in hoc loco, melius enim est magis & minus, vehementius ac debilius omniaque eiusdemodi vocabula qualitibus accommodata: paucum vero & multum in sola substantiæ quantitate seruare. Verum non in hoc tantum huiusmodi sunt nominum abusiones, sed in quampluribus alijs, quæ per vitā sermone vsurpamus, idque non minime fit in arte medicinali. Omnes siquidem morbos, magnos aut paruos nominant, quāuis substantiæ non sint: febrem magnam, febrem paruam: apoplexiam magnam apoplexiam paruam: sic & pleuritidem, & phrenitidem, & peripneumoniam, & omnes itidem alios morbos. Aduertere igitur oportet æquiuocationes, & considerare, quid sibi velit semper vnaquæque dictio dicentis. Si enim in altero significato nomē protulerit, nos vero in alio accipientes, sermonem redarguimus: non illum, qui protulit (si verū fateri velimus) sed nostram potius existimationem redarguimus. quod non nulli proculdubio faciūt hoc in loco, qui Hippocrati student contradicere. Nā ad qualitatē nomen calidi trāsferentes, conatur ostendere hanc esse vehementiorē ijs, qui in ætatis vigore consistunt. Verum Hippocrates non ad qualitatem, sed ad substantiā in præsentī sermone refert id nomē. Nam substantia innati caloris aerea est & aquea, sicuti ex semine licet cõiectari, quod paucam omnino terrenā substantiam participat, plurimum autem aeris calidi humidique in seipso continet, quemadmodum in cõmentarijs nostris de semine ostendimus. Jam vero & alterum nostræ generationis principium sanguis menstruus, humidus natura est. Cum igitur magis terre efficitur animalis corpus (tale autem quotidie efficitur, dum augetur) tunc licet valde vehementer calidum existat & igneum: substantiā tamē innati caloris paucissimā habet: alioqui febricitates diceremus plurimum habere calorem innatum, qui nedum plus, sed nec priori æqualē habet. Bene enim temperata est caloris innati substantia: ignea autem aduētitijs. Sed & effluxus, qui è toto corpore fit, caloris quidem aduētitijs, sunt fumē, fuliginosi, aridi & acres: Cõtra vero, vaporosi, suaves, & bene temperati, caloris natui. Hæcque ipse potes tactu discernere. Nam sanorum calor vaporosus est atque suavis, & tactu cõueniens, nihil triste, nihil asperum, nihil mordax præ se ferēs: Eorum vero, qui febricitant, et præcipue hæcicas febres, aut eas, quæ ex putredine humorum ortum habent, acris est et infuavis, ac mordax, & nostrum corrodēs tactum. Salubris vero eius qualitas in pueris exquisita habetur: sicuti plures eorum, qui in ætatis vigore consistunt, inuenire contingit calorem habentes mordacem,

mordacem, & non amplius humidum aut vaporosum, neque aereum. Neque mirum hoc videri debet. Oportet enim defluxum similem esse subiectae substantiae: ut, quando humida atque aerea substantia exiit, tunc, quod ab ea defluit, vaporosum est atque suaue. Cum vero terrestris atque arida: tunc, & quod effluit, fumeum fuliginosumque est & acre, quod et in exterioribus euenit. Nam, quae ex aqua dulci & calida euaporant, optima sunt & vaporosa: quae vero ex aliquo corpore solido exiit, fumea sunt & acra. Cum igitur duae substantiae sint, & haec quidem suaue habeat caliditatem, haec vero tristem: alteram quidem plurimam habent pueri, alteram vero ipsi, qui in aetate vigore consistunt, ut ad totius videlicet corporis proportionem. Ut autem haec physice magis adhuc pertractem, rem totam ad elementa traducam. Cum quatuor sint elementa, ex quibus omnia corpora sunt temperata: puerile quidem corpus, multum in seipso continet aereae atque aquosae substantiae, minimum terrestris: contra vero eorum, qui in aetate vigore consistunt, a terrestri siccitate vincitur, deficit autem aquosa atque aerea substantia: adeo ut, si quantum in vtriusque elementum, ignem scilicet, pari ratione posuerimus, atque aequaliter calida corpora esse voluerimus: non tamen similem substantiam calidam in ipsis esse dixerimus: cum puerorum quidem substantia humida sit: eorum vero, qui in aetate vigore consistunt, sicca. Humida, n. secundum innatum calorem maxime, quia ex humido nostra est generatio: sicca vero secundum aduentitium. Sic quidem infantes recenter nati, substantiam calidam & aquosam plurimam participantes, plurimum dicerentur habere calorem innatum. Qui vero aetate vigent, & iam declinant: quantum istae deficiunt, terrestris vero superabundat, tantum habere minorem substantiam natui caloris putarentur. Quod vero ex aquosa & aerea substantia plus defluere sit necessarium, quod ex terrestri, etiam si ambae sint aequaliter calidae secundum qualitatem: neminem arbitror dubitare. Hoc tibi etiam in exterioribus liquido licet intueri. Nam ex corporibus, quae ad similem perueniunt caliditatem, non aequa portio videtur defluere, sed ex siccis quidem minimum, ex humidis vero plurimum. Statim igitur aqua & oleo me diocriter calefactis, plurimum defluit atque dissoluitur: ferro vero, & ere, atque lapidibus, minimum: adeo ut, si tibi libuerit exponere ad solem ardentem aquam, (si ita contigerit) & ferrum aequo pondere, deinde transacto die ambo perpendere: aquam quidem inuenies multo seipsa minorem effectam, ferrum vero aequale. Sic, & si velis oleum eri, & ferro, & lapidi comparare: illud quidem absumptum inuenies, haec vero aequalem substantiae molem retinentia. Hinc vero ad ceram, picem, bitumen, & resinam transcensens, & quaecumque alia plurimam substantiam humidam obtinent: videbis & haec sub sole calente multo magis absumi atque defluere, quam lapidem, aes, & ferrum, & alia ad hunc modum sicca. Quare, si necessarium est alimentum, ut, quod effluit ex corpore, suppleatur: ex humidioribus vero, & plus aeris participantibus, plus effluit: sit, ut huiusmodi corpora plurius egent alimento. Puerorum vero corpus tale existit, plus humidae & aereae substantiae obtinens: non sicuti iuuenum, & declinantium, ac senum, sicca atque terrestris. Hippocrates igitur, cum hoc in libro proposuisset copiosam atque aphoristicam doctrinam facere: non ita sermonem ampliauit, quemadmodum ego nunc, sed loco istorum verborum, Qui crescunt, estis aequalem habeant substantiam calidam atque igneam cum ipsis, qui in aetate vigore consistunt, aquosae tamen atque aereae substantiae plus habent: Qui crescunt, dixit, plurimum habent innatum calorem: Simul memoriae subiiciens ipsorum substantiam, simul propositum suum demonstrans. Quia, n. humidam & calidam habent substantiam, qui crescunt, idcirco plurimum ab ipsis defluere necessarium est, & plurimum egent alimento: alioqui corpus, inquit, absumitur: & recte. Vbi enim id, quod defluit, plurimum est, quod vero influit, paucum: hic necesse est subiectam corruptam substantiam. Senibus vero paucum inest calidum: his sane iuxta vtriusque appellationis significatum paucum inest calidum, siue quod ad qualitatem sermonem referat, siue ad substantiam. Nam & qualitas debilis, & substantia minima est: si quidem eorum meminimus, quae supra diximus. Ob haec igitur, inquit, paucis fomitibus indigent. Nam fomites, graece hypocausta, alimentum nominauit, suum sequens dogma & omnium ferè nobilissimorum philosophorum, qui eorum, quae aialia constituunt, elementorum, ignem maxime vitae esse causam existimauerunt. nam, ut lucernarum flammae, quibus oleum alimento habeant, tamen, si quis id totum simul superinfundat, extinguitur potius, quam nutriantur, eodem modo & in senibus calidum, sui fomentum quidem habet alimenta: sed si repente eorum multitudine & cumulo suffocetur, periculum est, ne extinguatur: non aliter, ac si paruae scintillae ignis lignorum multitudinem superacerues. Quod autem subinfertur, Et propterea febres senibus non similiter acutae sunt, signum re vera est & hoc, quod corpora senum frigida sunt, & quod ob innati caloris maxime conversionem ad igneam naturam accenditur febris. Verum tantam euenire senibus conversionem, ut aqua sit ei, quae iunioribus accidit, vix fieri potest. Multum, n. calidum propterea in immensum attollitur, paucum vero non facile, sed maximam exigit causam, quae cogat ad hoc. Ob haec igitur causam neque senes magna ex parte febricitant acutas febres, sicuti iuniores: & si aliquando, quauis raro, talis his accidat febris, qualis iuuenibus, omnino haec ad interitum aegrotantis terminatur. Indicio, n. est immensam quandam esse magnitudinem causae febre facientis. Haec sufficere possunt ipsis, qui secundum naturam se habent ad intelligentiam & fidem eorum, quae scripsit Hippocrates. Ad eos vero, qui per calumniam Hippocratem reprehenderunt, e quorum numero vnus fuit Lycus, nos vnus integrum volumen scripsimus

A mus aduersus ea, quae contra aphorismum perperam obijciuntur. Huic autem titulum fecimus, Aduersus Lycum, quod nihil erratum sit in aphorismo, cui principium est, Qui crescunt plurimum habent innatum calorem. Datus autem est mihi Lyci liber post scriptos a me hosce commentarios, unde ego postmodum his haec verba subiunxi, quae non sunt in ipsis, quae prius edideram. Seorsum autem in alio volumine defendi Hippocratem in ipsis, in quibus fuerat a Lyco reprehensus.

15 Ventres hyeme & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus copiosior est, unde & pluribus egent alimentis: indicio sunt aetates & athletae.

Non parum etiam tempora anni conducunt ad victus rationem inueniendam. Nam hierno tempore plus appetunt homines, & cibum facilius concoquunt: contra in aestate: cuius rei causam ipse Hippocrates reddidit, inquiens ventres hyeme & vere natura calidissimos esse. Quid autem sit, quod natura dicitur, & quod non frustra id verbum adiecerit in hoc aphorismo, ipse paulo post explanauit, inquiens, Etenim tunc calor innatus, multus: plurimum igitur indiget alimento. Ventres itaque hyeme & vere calidissimi sunt, non simpliciter, sed calido naturali: cuius substantiam antea ostendi. Causam vero, ob quam hic idem calor hyeme augeatur, etiam Aristoteles explicuit. Refugit, n. propter circumstantem extrinsecus frigiditatem, sicuti rursus aestate ad sibi affinem protenditur. Atque ita contingit dissolui quidem ac dissipari eius substantiam tempore aestiuo: contineri autem ac cohiberi & in profundum secedere hyemali. Ob hoc igitur & coctiones, & sanguificationes, & nutritiones hisce temporibus sunt meliores. Addidit autem & aliud ipsis contingens, nempe quod somni longissimi sunt, ob noctium videlicet longitudinem: quod neque ipsum parum confert ad naturales operationes. Quod vero in fine adijciuntur Indicio sunt aetates & athletae pro argumento ponitur, quod plurimum alimentum sit necessarium, ubi calidum superabundat. Pueri siquidem, quia calidum plurimum habent, idcirco & pluribus indigent, & plura concoquunt. Athletae etiam, quia exercitijs augent calorem natuum, ob id multis frui possunt alimentis. Quae igitur in aphorismo dicuntur, sufficienter exposuimus. Si quis vero ipsorum veritatem diligentius examinet, non ad omnia aialia sermonem extendat, sed ea excipiat, quae in latebris degunt. Haec, n. cum se recondunt, non egent plurius alimento: quoniam quidem & sine cibo possunt perdurare. Et, si supposuerimus ea tanto uti cibo, quanto, antequam recederentur, male ipsum concoquerent. Quale, n. hominibus, qui aqua frigida lotis, tale etiam aialibus accidit hyeme. Contingit autem hominibus, qui aqua frigida perluuntur, si debile corpus habuerint, refrigerari, atque offendi: si vero robustum, primum quidem innatum calorem ad interiora refugere, ibique seipsum colligere: postea vero ad exteriora remeantem, multo, quam prius erat, fieri fortiolem. Sic & aialium quaecumque sunt natura frigidiora, ipsi calor innatus a frigore hierno superatur, adeo ut ferè extinguantur. Quare plurima ipsorum, similia mortuis conspiciuntur, cum sine sensu ac motu in latebris iacent: quaedam vero profus in hoc ipso affectu moriuntur. Quae autem plurimum sanguine abundant atque calore, tale quiddam hyeme patiuntur, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis. Nam calor eorum ad interiora se colligit, non (per Iouem) carnibus ad haec, prima sede derelicta, refugientibus, sed spiritu vna cum sanguine. Tria autem erant corpora, quae archigonon, hoc est primogeniam nostram substantiam compleuerunt, spiritus, sanguis, & seminalis humiditas, ex qua in primo ortu, veluti in libris de semine diximus, fiunt partes aialis solidiores: mox vero augmentum & nutritio in istis perficitur. Quod igitur melius hyeme cibum concoquimus, sanguine ac spiritu ad profundum corporis retro cedentibus, vnicuique est manifestum. Non modo igitur hoc ipsum dicit Hippocrates, sed quod plura accipere confert. In hisce, n. temporibus, inquit, hoc est hyeme et vere, plures cibi dandi sunt. Atqui, si parum defluit ac diffilat hierno tempore ad exteriora, multum alimentum non est corporibus necessarium: si quidem nutritio est eius, quod euacuatur, repletio. Oportet igitur alimentum quantitatem esse eius, quod diffilat, quantitati proportionalem. Verum igitur esse, quod quiddam hyeme non modo melius concoquunt cibum, sed etiam quod pauca assumentes refrigerantur, atque ideo offenduntur: si vero plura assumpserint, in nullos plethoricos incidunt morbos, ipse euentus ostendit manifeste. Causa vero inquisitio in commune proponatur. Neque, n. Hippocratem solum, sed omnes alios, huiusmodi obiectio fatigat. Nemo itaque est, qui non consentiat diffilari corpora animalium ea, quae fit per sensum occulta foramina, diffilatio. Idcirco enim ad hoc deueniunt, ut egeant alimento, quoniam euacuantur: ita ut, si nihil a corporibus nostris efflueret, sed semper aequa moles substantiae seruaretur, nulla foret alimenti necessitas. Tu vero animaduerte, nunquid hac in parte alijs quidem omnibus ratio sit inexplicabilis, soli vero Hippocrati atque eius sectatoribus explicabilis. Neque enim aliud gequam, animal ab initio affirmavit, sicuti neque rursus adauxit, aut vsque ad mortem enutriuit, praeterquam iste calor innatus, de quo nunc habetur sermo. Hic igitur, cum sit omnium operum naturalium causa, quia copiosior est hierno tempore, idcirco cibi appetentiam intendit, coctiones auget, & plus sanguinis accumulatur, & crassius corpus efficit, & ut superfluitates excernantur, prouidentiam habet. At calor circumfusus non modo superfluitates, sed aequaliter omnia euacuat, materiam inutilem, & ea etiam, quae in corpore secundum naturam continentur, vna dissolvens per eam, quae a medicis occulta diffilatio nominatur, quam calor innatus operatur. Neque

Neque enim aliud quicquam est natura animalium præter hoc calidum, secundum Hippocratis opinionem. Ostensum autem à nobis est in commentarijs de viribus naturalibus, naturam non solum appetere, concipere, agglutinareque singulis partibus proprium alimentum, sed & huius quoque superfluitates diffilare: Ac, quanto fortius extiterit calidum innatum, tanto magis diffilatio effugit sensum. Et ob hanc causam Diocles inquit sudores esse præter naturam, quoniam omnibus, quæ ad corpus attinent, recte administratis, & alimento à natura subactis, nunquam sensibilis humor per cutem excerneretur. Quæcumque enim in balneis aut vehementibus exercitijs, vel propter æstivum calorem exudant homines, ex causis violentis originem habent. Bene igitur omnia tempore hierno in corpore animalis administrantur, quoniam hiems mediocritatem servauerit. Nam immoderatas intemperaturas & ipse Hippocrates in sequentibus damnat. Quod autem omnia bene hierno tempore in corpore animalis administrantur, indicio non parvo sunt naturæ opera fortiora. Nam cibi in ventriculo bene concoquuntur, quoniam calor innatus plurimus est: & vna superfluitates somnis longioribus expurgantur, quæ quidem exquisitè extenuata sunt, per cutem: quæ vero in vapores conuersa sunt, per expirationem: quæ vero sufficientem habent crassitudinem, per vrinas. In his enim plus est sedimenti, quam per æstatem, præter id quod etiam tota vrinarum multitudo hyeme sufficienter augetur. Iam vero magis nutriunt, & carnem augent corpora hyeme, & plus boni sanguinis cumulant, nisi malo profus vtiuntur victu. Nam, si consideraueris, ut corpora nostra paucum habentia sanguinem autumni tempore, atque extenuata, suscipiens hyems bonis implet humoribus, & crassiora efficit, percipies, puto, nos gubernantis robur facultatis, quæ est calor innatus. Verum, nisi hic abundans habeat, quo fruatur, alimentum, primus ipse à circumstante frigore superabitur, tam ab eo, qui extrinsecus ingruit, quam ab illo, qui per inspirationem attrahitur: cum ipso vero & coctio ciborum debilitabit, & boni sanguinis generatio, & partium animalis nutritio & superfluitatum vacuatio. Si vero tamen abunde habuerit alimentum, quantum potest euincere, & ipse magis augebitur, & omnia, quæ antea diximus, circa corpus animalis perficiet. Cæterum, ut ex pluri alimento oblato, quod non solum bene in ventriculo conficiatur, sed etiam in venis & omni animalis parte, vnum quodque multo seipso carnosius reddat, & plus sanguine abundet, habent homines satis ipsa experientia cõpertum, non in seipis tantum, sed etiam in iumentis. Nam ante æstatis initium, circa vltimam veris partem, & sibi & illis sanguinem detrahunt, in memoriam reuocantes, quibus capiuntur morbis, quoniam repente calor æstiuus superuenerit. Hic enim adeo sanguinem extendit atque diffundit, ac quodam modo efferuere facit, ut, qui hactenus moderatus fuerat, non possit amplius in venis contineri, sed vel dirumpat ipsas, vel exedat: & quando impetum fecerit ad aliquam corporis partem alijs debiliorem, in ipsa vel inflammationem, vel erysipelas, vel aliquod aliud tale morbi genus operetur. Nam multo plures ac grauiores morbi, quibus plenitudo dedit occasionem, ex humorum sunt fusione. Hæc igitur omnia cum alijs astipulantur, quæcumque in præsentia aphorismo Hippocrates docuit: tum hoc probant, non solum posse calorem per id tempus multos coquere cibos, sed etiam multis indigere. Semper enim oportet alimenta esse innati caloris multitudinè proportionalia, nisi forte, ut dixi, natura ex aeris ambiens caliditate imbecillis facta cogat subtrahere. Quam ob rem, cum & de vere Hippocrates sermonem indistinctus habuerit, ipse distinguam: Ac primum quidem veris initium hyemi simile magis esse, quam æstatis: finem contra. Deinde quod non nunquam talè ver habet frigiditatem, qualem tempus hiernum: aliquando talem, qualem tempus æstiuum, caliditatem. In primis igitur partibus eius, si quando frigidum fuerit, hibernæ similem rationem victus adhibebimus: in posterioribus autem, si quando fuerit calidius, æstiuæ simile. Quod si mediam seruauerit temperaturam, victum illi proportionalem instituemus. Atque hæc omnia de victus ratione, quam sanis oportet adhibere, dicta sunt: deinceps autem de illa, quæ ægrotis conuenit, sermonem faciet.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime vero pueris, & alijs, qui tali victu vti consueverunt.

In præcedentibus aphorismis de victus quantitate doctrinam nobis tradidit: nunc vero de qualitate trahit, multa, quæ in arte conducunt, breuissimo sermone docens: ac primo qualis sit adhibendus victus febricitantibus: Deinde quæ victuum sanctorum indicationes in ijs quidem, quæ præter naturam sunt, contrarias: in ijs autem, quæ sunt secundum naturam, similes facere oporteat. Febris enim, quoniam calida & sicca passio est, (est enim conuersio naturæ caliditatis ad igneam) victum humidum conuulit. Humidioribus vero naturis, siue propter ætatem, siue propter consuetudinem, non contrariam, sed magis affinem seruandam statuit. Oportet enim naturam eorum fouere per humida, non eodem, quo morbos, modo demoliri. Qui vero aquam inter cutem, cui febris adiungitur, in medium adducentes, sermonem Hippocratis student per cauillum reprehendere, quoniam hic morbus non humidum exigit victum, sed siccum, ignorant ipsi artis curatiuæ caput in primis necessarium, quod nos vberius in illa tractatione transigimus: id autem est, simplicem quæque affectum propria egere curatione: plures vero inuicem copulatos tantum habere communem curationis indicationem, quantum copulabuntur, nobis vel ei, quod magis vrget, obuiantibus, non tamen alterius cura omnino posthabita,

H 16

*Non est in antiquis.

†Al. Ex antiquo clarius non contrarium victum, sed sibi ipsis ac comodatum, ac proprium constituit. conferuanda est enim (per victum) natura, non, ut morbus, destruenda.

A posthabita, vel omnibus pari studio succurrētib. Quod autem de aqua inter cutem & simul febre laborantibus meminere, non est ab simile morbo laterali, in quo sanguis expuitur. Nam & in his contrarias exigunt affectus curationes, educio sanguinis, & passio lateralis: quæ ubi cuiuspiam simul contigere, ad id, quod magis vrget, obuiari oportet, non oino posthabita est alterius curatio. Sic itaque, si quis simul febricitet, et ea labore dispositione, quæ aqua inter cutem nominatur: ad ambos affectus respicientes, qui contrariam exigunt curationem, vtrique eorum probe resistimus, quem admodum & alijs omnibus pari modo copulatis. Neque igitur ipsi tale quicquam dixerimus, neque alterum talia dicentem admiserimus: verum, siquid per verba sua Hippocrates in aphorismo non dixit, quod tamen idem habeat iudicium cum ijs, quæ ab ipso dicuntur: hoc quoque fuisse dictum potentia, debemus existimare. Nam & ætatis meminit, & consuetudinis: tu vero & naturalis temperaturæ, & temporis anni, & regionis non absque ratione memineris, quæ & ipse Hippocrates adijcit aliquando: non nunquam vero vnius, aut duorum mentione facta, reliqua, quæ sunt eiusdem naturæ atque ordinis, prætermittit. Fiunt autem & ab his indicationes, quemadmodum supra & ab ætate, & à morbo fieri diximus, seruantibus nobis, quæcumque inculpata sunt, per victum similem temperaturæ: quæcumque vero culpata sunt, per contraria corrigentibus. Diximus autem plenius de omnibus indicationibus in libris, quibus ars curatiua docetur.

17 *Et quibus semel, aut bis, & quibus plura, vel pauciora & particulatim oporteat afferre, considerandum. Condonandum autem aliquid tempori, ætati, & consuetudini.*

Quoniam de quantitate, & qualitate eorum, quæ offeruntur, sermonem habuit: mox docere proponit modum eorundem. Neque enim sufficit hoc solum cognoscere, quod huic plus, vel minus sit offerendum, vel quod victu exiccante, vel humectante utendum sit: sed, nunquid semel, an sæpius qualibet die, vel nocte cibum offerre oporteat, maxime necessarium est considerare: & ad hæc ipsa ab anni tempore, ab ætate, à consuetudine sumere indicationem: sicuti in qualitate & quantitate sumebatur. Nam ad hæc primæ erant intentiones, & morbi ipsi, & vires ægrotantis, & præterea ætas, & anni tempus, & consuetudo, & quæcumque his sunt proportionalia: & propterea ipse Hippocrates illud adiunxit, Condonandum est autem aliquid tempori, ætati, & consuetudini, liquido ostendens per verbum/condonandum quod neque totum, neque maximum à talibus accipit. Nam, si sæpius, aut raro, siue omnino nutrire oporteat: ab ægrotante & viribus primum & maxime accipitur: post hoc autem & ab anni tempore, & ab ætate, & talibus. Si enim vires laborantis debiles fuerint, & ea, quæ in corpore est dispositio, sit ex corruptione humorum vel defectu: parum alimenti sæpius talibus afferemus: Parum quidem, quia virium imbecillitas non potest totam simul multitudinem alimenti sustinere: Sæpius autem, quoniam multis indiget dispositio. Defectus siquidem exigit adiectionem, corruptio vero contemperamentum. Si vero cum virium debilitate neque defectus aliquis affuerit, neque corruptio, humores autem secundum naturam moderate se habuerint, vel etiam superabundauerint: his raro, & pauca afferemus. & multo magis istud agemus, si cum virium robore humores superabundauerint. Si vero cum humorum defectu, vel corruptione vires validæ fuerint: tunc multos cibos, atque multoties ijs, qui ita laborauerint, dabimus: utpote multos exigente dispositione, & natura robusta potente illos superare. Si vero accisiones non permiserint, neque multas alimenti offerendi occasiones præstiterint: raro plura exhibebimus. At, si vires validæ fuerint cum plethorica dispositione, raro pauca afferemus. Nam, est enim, qui cibum debet conficere, robustum habeamus: quia tamen dispositio multis non indiget, rationabile est, ut pauca afferamus. Sic quidem oportet & à morbo, & à viribus ægrotantis ad ea, quæ proposuimus, sumere indicationes. A tempore autem, ætate & consuetudine, & alijs, quæ his sunt proportionalia, hoc modo: Æstiuo quidem tempore, quantum ad temporis rationem attinet, sæpius pauca danda sunt: quoniam & pluri ægent adiectione, ut qui dissoluantur, & vires habeant imbecilles. Hierno vero tempore multa quidem propter robur virium, & vires habeant non valde multa indigent adiectione laborantes, ut quibus non multa fiat euacuatio. Nam sanos quidem antea ostendimus sufficienter hyeme euacuari, quoniam plus habeant innati caloris. Vere autem medio, atque adhuc magis ætati proximo, paucis, & ex longo intervallo nutriemus. Nam tempus id periclitatur, ne proxime accedat ad plethoricam dispositionem, propter humorum, qui hiberni temporis frigore concreuere, fusionem. Quemadmodum ergo in plethoricis dispositionibus, si vires validæ fuerint, paucum cibum, & ex longo temporis intervallo damus: sic & in vere faciendum est, præsertim in febricitantibus, de quibus nunc sermo habetur ab Hippocrate. Sanorum enim victum antea docuit. Autumnus vero morbis, qui ex corruptione fiunt, assimilatur. Quapropter, qui eo febricitant tempore, continua boni indigent adiectione: & si vires validæ fuerint, sepe, & multa dabimus: sin imbecilles, pauca, & sæpius afferemus. Simili modo quispiam & ab ætate, & à consuetudine, & à regionibus sumeret indicationes, ad duas primas redigens intentiones. Singula enim, quæ diximus, aut fortes, aut debiles vires efficiunt, & corpus reddunt, aut superabundans bonis humoribus, aut sufficientibus carens, aut vitio humorum deprauatum.

Extra ord.

Bb *Æstate*



Non bis, ut forte quispiam existimauerit, de eisdem differuit Hippocrates, cum superius illum scripserit aphorismum, cuius principium est, Vires hyeme et vere calidissimi sunt natura: nunc autem rursus, quod Aestate & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, & ver secundum habet locum: Verum, quoniam & ad quantitatem victus, & ad modum usus ciborum tam in sanis, quam in aegris, quandam accipit a temporibus indicationem: non absque ratione eorum in vtriusque comminatio: illic quidem ostendens cibos plures sanis dari hyeme oportere, quoniam plus inest innati caloris, quem nutrire oportet: nunc autem quod, si semel etiam multis ciborum attuleris, haudquaquam nocebis. Facile enim omnes ferunt ciborum multitudinem hyeme, difficulter vero aestate. Quapropter hyeme quidem raro, & multos cibos afferri concedendum est: aestate vero, quia cibos ferunt difficulter (siquidem is, cui eos coquendi ac conficiendi officium natura tribuit, calor innatus scilicet, exiguus est) cauedum omnino est, ne totum simul cibum exhibeamus: sed studere oportet, ut frequentius pauca afferamus. Nam corporis dispositio similis istis, qui ex humorum defectu morbi consistunt, existens, exigit adiectionem. Hyems quidem atque aestas talem naturam habent: reliqua vero duo tempora, autumnus quidem aestatem subsequitur, ver autem hiemem. Et causa aperta est. Nam refrigerari, & cogi in vnum, atque densari corpora autumno: laxari vero, & rara fieri verno tempore incipiunt. Ob hanc igitur rationem, non idem bis de temporibus enunciauit: & ob illam etiam, quia in altero aphorismo de sanis sermo habebatur.

Is, qui per circuitus accessiones habet, nihil dare oportet, neque cogere, sed subtrahere adiectionem ante indicationes.

19

Cum igitur tria sint capita, quibus victus ratio comprehenditur, quantitas ciborum, qualitas, & vtendi modus: ad duo quidem priora capita ex accessionibus nullam habemus utilitatem, ad tertium vero ex accessionibus aliquid sumere possumus. Quare non temere Hippocrates earum in tertio capite meminit. Nam tempora commoda ciborum particularium, praecipue docet accessiones, in morbis tamen, in quibus ordinatum obueniunt, hoc est per circuitus: atque ideo ipse quoque Hippocrates inquit illis, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, ut qui non ignoraret alios esse, quibus fierent in morbis accessiones, non tamen per circuitus, hoc est non ordinatum. In hisce igitur ratione exquisita inueniendi temporis, quo cibos offerat, haberi nequit. In quibus vero accessionum ordo seruat: principia earum oportet obseruare, hoc est, ne eis iam factis, vel non multo post futuris, nutriamus. Quod autem dicitur ante indicationes vel ante accessiones, hoc est simpliciter, vel ante morbi vigores, vel ante illas, quae proprie indicationes nominantur, est intelligendum. Nam hic triplex intellectus, verus est. Primus autem magis verum ad propositum pertinere, si videlicet ante accessiones intelligamus. Nam de morbi vigore, retro dictum est: et, si de hoc intelligatur, et de indicatione intelligatur: quoniam maxima ex parte morbo in suo vigore consistente sunt indicationes.

Quae iudicantur, & iudicata sunt integre, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.

20

Iam perfectio de victus ratione sermone, ad alterum caput transcendit: in quo docet, quoniam sit totum ipsi naturae permittendum, quod ad regimen pertinet aegrotantis, nihil aliud nobis agentibus, nisi victum convenientem instituentibus: quoniam etiam non sit totum naturae permittendum, sed & aliquid nos oporteat operari. Vbi igitur (inquit) vel integra iudicatio facta est, vel adhuc sit, totum naturae permittere, & nihil nos nouare oportet: vbi vero indeficienter iudicat, id, quod deficit, supplere nos conuenit. Hoc autem & ipse dicebat in libro de humoribus, per haec verba: Quae perfecte iudicantur, non mouere: neque medicamentis, neque aliter irritando, nouare quicquam. Nam, quod in aphorismis aegrius, i. integre dixit, hoc in illo libro commutans aegrius, i. perfecte noiauit. Est autem huius nominis aegrius apud alios antiquos significatum pro cumulate, plene, atque indeficiente: quae omnia etiam hoc loco per aegrius, i. integre, debemus accipere. Neque enim, per id verbum, dies pares oportet intelligere. esse enim in propatulo falsum, si quis in diebus paribus vel iudicatus est, vel iudicatur, nihil in his nouandum esse. Neque etiam haec dictio aegrius, hoc in loco significat nuper: quod maxime ostendunt verba sequentia. Neque enim simpliciter dixit aegrius, hoc est nuper, iudicata, sed quae iudicatur, & iudicata sunt: quorum alteri quidem iudicata aduerbium aegrius, i. nuper, posset conuenire: alteri vero iudicantur, nullo modo. Sed & hoc ipsa rerum euidentia demonstrat. Neque enim, siquid paulo antea sit iudicatum, hoc nouari non debet: sed si perfecte, si indeficienter, si plene, tunc verum est, quod dicitur. Si quid vero deficiat, id, quod deficit, oportet adiungere. Nam, quae post iudicationem relinquuntur, faciunt recidivas. Quanam igitur est perfecta & indeficiens iudicatio: nempe in qua cuncta bene procedunt, & cui nullus numerus deficit iudicatorius. Primum enim melior est iudicatio, quae fit per euacuationem inferiorem, quam quae per abscellum: deinde per quam humor noxius & redundans, quae per quam alter euacuatur tertio loco, quae nuper, i. secundum processum fit, quam quae secundum processum non fit: vocat autem ipse secundum processum id, quod recto tramite procedit: & quarto post has, quae facile toleratur: quae cum coctione fit, & in cretorio

nota crissis
by vordis
28. 2.

*Hac vox non est in grecis codicibus.

A cretorio die. Haec omnia adesse conuenit perfectae iudicationi: cui siquid desit, vel plura: neque exquilita, neque integra fuerit iudicatio.

21 Quae ducere oportet, quomodo maxime natura vergit per loca conferentia, eo ducere conuenit.

Quaenam sunt illa, quae ducere oportet: nempe quae neque iudicantur, neque integre sunt iudicata: haec igitur per quam partem sint euacuanda, docet, duplicem nobis dans intentionem, & ipsam partis naturam, & humoris inclinationem. Ad quem enim locum ex conferentibus vergit, eo ducere conuenit. Sunt autem euacuandi loca, intestina, veter, vesica, vterus, cutis vniuersa: ad haec, palatum, & nares, quoniam vel cerebrum expurgamus, vel per pluuium sanguinis fit excretio: praecipueque si nuper, hoc est per directum ad locum patientem. Nam, quae contra fiunt profluvia sanguinis, mala sunt. Inclinationes vero humoris noxii ad loca non conferentia fiunt, quoniam vel aliquem habuerint suprate natura principatum, & maius ex ipsis damnum est subsecuturum, quam morbi, qui iudicatur, dignitas exposituler: vel nullam habeant effluxionem. Exempli gratia, vbi hepar humores infestant, quos oportet euacuari, duae sunt ipsorum accommodatae inclinationes: prior per ventrem: cuius illa melior est, quae per inferiora, quae per vomitum: secunda per renes atque vesicam. Non tamen, quae ad pulmonem, thoracem, & cor est inclinatio, bona est. Oportet itaque medicum naturae inclinationem animaduertere: & siquidem idonea fuerit, subministrare & adiuuare: sin autem contrarie simul ac noxae fiat, prohibere, transferre, atque diuertere oportet.

22 Concocta medicari, atque mouere, non cruda neque in principijs, modo non turgent: plurima vero non turgent.

Conseueit Hippocrates dicere, medicari (graece φαρμακωσει) pro uti medicamento purgante. Verbum autem φαρμακωσει hoc est turgere, translatum est ab animalibus concubitu appetentibus, ad humores. Nam, sicuti illa stare loco non possunt, quadam titillatione impulsae, eoque affectu concitatae: sic & humores plerumque in motu vehementiore, atque transfluxu a partibus ad partes, in morbi principio hominem infestant, mouentes, titillantes, & quiescere non permittentes, cum & ipsi pariter moueantur, & transfluant, & tanta latere aegrum molestant. Tales igitur humores euacuare conuenit: hoc est, quod sunt in motu, & latere, & fluxu: eos vero, qui iam sunt in aliqua corporis parte firmati: neque alio villo auxilio mouere oportet, neque medicari ante coctionem. Tunc enim naturam quoque ipsam habemus euacuationi administrantem. conspicitur siquidem & ipsa post coctiones, & humores discerneret, & superfluitates expellere: quo in tempore fiunt & iudicationes. Sed, cum perfecte ipsa mouet, nullo medicamento opus est: cum mediocrius atque imbecillius agit, id, quod deficit, oportet supplere: ut ab vtroque noxii humoris fiat euacuatio, natura quidem expellente, medicamento vero attrahente. Ostensum enim est a nobis in commentarijs de potentijs naturalibus naturam vniuersam cuiusque particulae, quatuor uti potentijs, attractiua propriae alimentum, & eiusdem retentiua, praeterea quoque concoctiua, & quarta alienorum expulsiua. Singula vero medicamenta proprium sibi attrahunt humorem. Bene autem sermoni addidit Plurima vero non turgent, discereque oportet hoc ab experientia, raro contingere, ut humores ab vna parte ad aliam transfluant, sed frequentius accideret, ut in vna aliqua parte quiescant atque consistant: in qua et coquoquantur toto morbi tempore usque ad eius solutionem. Scire autem oportet, quod in quibusdam exemplaribus hic aphorismus scriptus non est: in libro autem de humoribus passim scriptus inuenitur.

23 Deiectiones non multitudine sunt estimandae, sed si talia deiciuntur, qualia conueniunt, et aegri facile tolerant. Atque, vbi usque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si aeger possit tolerare.

Siue a natura, siue a nobis euacuatio fiat, oportet omnino constitutere quandam ipsius mensuram. Sicuti enim qualitate pro humoris molestantis ratione vacuari: ita videlicet quantitatem multitudinem molestantis humoris respondere oportet. Sed qualitatis quidem indicia superius diximus, vbi illum aphorismum exposuimus, cuius principium est, In perturbationibus ventris. Quantitatis vero nullum tale habemus indicium. Ob hanc igitur causam nobis dedit Hippocrates de eadem quantitate iudicandi viam, ex facilitate tolerantiae. Nam, si humor superexcedens euacuetur, tunc ipsum seipso aegrotum fieri leuiorem, & melius tolerare est necessarium: quod si aliquid etiam ex istis, quae sunt secundum naturam, excernatur: dissolui ac debilitari aegri vires, & tolerantiae difficultatem sentiri. Quare non promptam eorum, quae euacuatur, quantitatis phantasia oportet attendere, sed duas, quae dicuntur sunt, notas, si qualia oportet euacuatur, & si facile tolerat. Quod autem postea ab ipso subiungitur, Atque vbi usque ad animi defectionem expedit ducere: recte quidem ab ipso dictum est, sed adiacere oportet versus notas: quas quia ipse praetermisit, nos, ex quibus ipsa experientia & ratione videmus inuenisse dispositiones, in quibus expedit usque ad animi defectionem euacuare, dicemus. Et primum, usque ad qualem animi defectionem dictum ab ipso fuerit, distinguere oportet. Neque enim tales dicit animi defectus, quae & expauescentibus aliquando aegris venae sectionem, vel tale auxilium aliquod, solent accidere: neque cum in ore ventriculi humores mordaces aliquando fuerint, vel prius in ipso coaceruati, vel qui in ipso remedij vsu ad ipsum confluxerint, qui causam dederint animae defectionis. Solent enim & hoc tempore pati

Extra ord.

Bb ij animi

animi defectionem: non tamen huiusmodi animi defectio est sufficiens mensura euacuationis, E
quæ non nunquam, antequam conueniat, contingit: sicuti febricitantes plerique, vel inter surgen-
dum, vel residendum, animo defecerunt: ob quam causam accumbentibus ipsis secamus venam.
Ea igitur, quæ sit animi defectio ratione euacuationis, nunc ab Hippocrate dicta est esse men-
sura euacuationis & in maximis inflammationibus, & in ardentissimis febribus, & vehemen-
tissimis doloribus. Oportet autem (sicuti & ipse inquit) viribus integris atque valentibus, tan-
tam moliri euacuationem. & nos sæpius huiusmodi euacuationes prodesse plurimum, ex-
perientia didicimus. Nam & in ardentissimis febribus, si vsq; ad animi defectionem sanguis mit-
tatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur: plurimis etiam aluus ci-
tat, & sudores emanant, ac quidam eorum ex his sanitati prorsus sunt restituti: alij valde adiuti vehe-
mentiam ægritudinis abscederunt. In maximis et inflammationibus & vehementissimis doloribus
nullum maius noui remedium, quam vsq; ad animi defectionem euacuare adhibita distinctione, an mit-
tere sanguinem, an purgare oporteat, vsq; ad animi defectionem, quemadmodum in libro de ve-
næ sectione monstrauimus.

In acutis passionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus vti, & hoc cum præmeditatione faciendum. 24

Paulo antea dictum erat, Concocta medicari, & mouere, non cruda, neq; in principijs, si non tur-
geant: plurima vero non turgent. Nunc autem, q; circa principia acutarum ægritudinum tunc con-
tingit aliquando purgare vtiliter, nos docet Hippocrates. Nam in longis morbis semper oportet
expectare coctionem, in acutis vero, cum turgent, ab initio possumus vti medicamentis purgati-
bus, & hoc ipsum cum multa cautione & consideratione facere. Vnde mihi vti Hippocrates recte
adiessit. Et hoc cum præmeditatione facere. Siue, n. per hoc verbum diligentem intelligat exa-
minationem prius factam, siue ægrotum ante præparatum, siue recti iudicij expectationem, siue horum
aliquid, siue omnia vnius vocabuli significatione comprehendantur: quantum huiusmodi vereat
purgationes, manifestat. Neq; n. paruū periculum est in morbo acuto male vti purgante medicamē-
to, cum oia id genus medicamenta potestate sint calida, febris vero, quatenus febris est, & sui rō-
ne, non calefacientibus atq; exiccantibus, sed maxime contrarijs, hoc est humectantibus & refri-
gerantibus egeat. Non igitur ob igneam febris caliditatem, purgationem adhibebimus (hanc, n. sci-
mus sui rōne nocere) sed propter humores illam efficientes. Quare maiorem oportet ex noxiorum
humorum euacuatione fieri vtilitatem, quam id, quod necessario cōsequitur ex purgantibus me-
dicamentis, detrimentum. est autem vtilitas maior, si absq; molestia omnis humor noxius & infe-
stans sit euacuatus. Vt vero hoc fiat, primo oportet considerare, nunquid eger idonee se habeat
ad huiusmodi purgationem. Nam, qui multa cruditate laborant, quiq; tenaces aut crassos cibos
assumpserunt, quibus itidem extenta atq; inflata hypochondria sunt, aut supra modum calida at-
que ignea existunt, & hoc ipso in loco aliqua est viscerum inflammatio: omnes in inepti sunt ad
purgationes. Hæc itaque abesse oportet, humores autem, quam maxime fieri potest, esse fluxui
paratos, hoc est tenues, & nullum lentorem participantem, & aperta esse foramina, per quæ de-
bet purgatio fieri, & nullam habere obstructionem. Nam & nos ista antea paramus, cum quem-
piam sumus purgaturi. Et hoc est, quod ab ipso Hippocrate dicitur in illo aphorismo, Corpora
vbi quis purgare velit, oportet fluida facere. Verum in acutis morbis, circa principia statim,
vel circa primum diem, vel non vltra secundum, si sumus vsuri purgantibus medicamentis, quā-
do turgent, non datur facultas ista præparandi, nisi quis forte arripiat occasionem propinan-
di melicratum, in quo decoctum sit aliquid hysopi, vel origani, vel tragorigani, vel thymi, vel
pulegij, siue quid huiusmodi, vim habens humores extenuandi. Quare non sine ratione dixit
raro circa principia morborum acutorum nobis venire in vsum purgationes, quoniam non sæ-
pius turgent molestantes humores in principijs: neq; si liquidum etiam istorum adsit, ægro satis
ad purgationem parato, neq; dante morbo nobis temporis occasionem, quo possimus ex imparato
paratum facere.

Si, qualia oportet purgari, purgantur: confert, & facile ferunt: si contra, difficulter.

Non est dubium hunc aphorismum in illo contineri, in quo dicebatur: In perturbationibus
ventris, & vomitibus spontinis si, qualia oportet purgari, purgantur: confert, & facile tolerant: si
vero non, contra. Verum, quia in hac libri parte de purgationibus a medico factis loquebatur, &
omnes ferè necessarias distinctiones commemorauit, non piguit ipsum hunc quoque adiungere
aphorismum, in quo nihil magis nouum edocetur, sed ad memoriam reuocantur ea, quæ prius in
alia libri parte enunciauerat de spontinis euacuationibus, vt hoc etiam in loco totus sermo de pur-
gationibus esset absolutus.

Galenus

Hæc verba
sunt in tralatio-
ne veteri, nec i
Oribasio, qui li-
bro 7. collectio-
num medic. ad
Iulianū Imper-
ratorem cap. 3.
hunc locum po-
nit. nec et in li-
bris de phlebo-
tomia hoc di-
xit Galenus q; c.
purgandi aliq;
sit vsque ad ani-
mi defectionem.
nec forte quis-
quam est anti-
quus auctor, q;
hoc scripserit.
delenda ergo vi-
dentur hæc ver-
ba.

Codices anti-
qui habent, vt
Leonicens. qui
uis ipse ad-
dant rōe oia,
vt ita postea sit
vertendum. Cali-
da atque ignea
vrina.

Al. si hoc ad-
sit.

25



N quo morbo somnus laborem facit, mortale: si vero somnus iuuat, non mortale.

Quod quidem labor (græce πόνος) apud ipsum nunc læsionem significet, cla-
rū est ex eo, quod opponitur. Inquit enim: Si vero somnus iuuat, non mortale.
Cum vero duplex sit ea, quæ ex somno fit læsio, altera cōmunis, qñ in principijs
accessionum, quas ἐπισημασίας, hoc est annotationes vocat, ægroti dormierint:
altera propria, in quibusdam morbis, quando in aliquo alio tēpore: de hac ipm
dicere est existimandum. illa enim neq; mortem, neq; aliquod aliud graue significat, cum naturā
temporis cōsequatur. In principijs liquidem accessionum calor naturalis totus, & humores in
profundum corporis vergunt, (quemadmodum ipse docuit) et magis in quibus horror, vel rigor,
vel fortis partium exteriorum refrigeratio contingit. Et propterea, si in principijs dormierint, ca-
sus illis protenduntur, & vix febres ad consistentiam perueniunt. Ac, si qua inflammatio sit circa vi-
scera, rationabile sit ipsam augeri: siq; humores aliqui ad ventrem cōfluant: nō, vt in alijs somnis,
cōcoquuntur, sed multo plures fiunt, incocti permanentes. Ob hanc itaq; causam, ægrotis vigilias
tunc præcipimus, illam, quæ a vigilijs fit, spiritus, sanguinis, & caloris, qui in eis est, ad exteriora la-
tionem opponentes, tanq; maximum auxiliū, aduersus illam, quæ fit in accessionū principijs, san-
guinis, spiritus, & caloris naturalis ad interiora lationem. Quare nō sine rōne dixerit quispiā hu-
iuscemodi læsiones hoc tpe accidere quidem ex natura accessionis, sed vigilias prohiberi: Cum ve-
ro hac quoq; privati fuerint ægrotantes, tunc damnum sentire manifestius, nō quia altera læsio ac-
cedat ex somno, sed quia deest illa, quæ ex vigilia habetur vtilitas. Hic itaq; sermo nullam ostendit
fieri in accessionum principijs ex somno læsionem, sed hoc ipsum tantummodo, carentiam vtili-
tatis. Alter autem sermo, qui concedit ex somnis fieri hoc tempore læsionem, asserit nunc Hippo-
cratem docere de ijs, qui in alijs temporibus dormiunt, in quibus maxima ex parte manifesta vti-
litas ex somno prouenit, præsertim vbi morbo declinante adhibeatur. Nam aliquando etiam cō-
sistente morbo somnus manifestam affert vtilitatem: quādoq; etiam in extremis partibus augmē-
ti, quæ ad consistentiam populantur, manifestissima tamen omnium vtilitas est, quæ in declinatio-
nibus fit. Saneq; cum somni nocent, minus quidem exitiales sunt iam cōsistente atq; in crescente
accessione: præcipue vero sunt in declinationibus perniciosi. Nā, quo tempore aliquid est vtilissi-
mum, si præter id, quod nihil prodest, etiam nocet, mortem nō sine rōne significat. Ex somno au-
tem læsiones sunt, quæ sunt vtilitatibus contrariæ: idcirco quia febres vel ab eo non dissoluuntur,
vel etiam excitantur, & quia dolores intenduntur, & fluxiones multiplicantur, & crescunt inflā-
mationes. Quidam vero & inter dormiendum delira loquuntur: et, vbi expergefacti fuerint, mul-
to tempore in delirio perseverant. Quibusdam etiam initium comatis in somno fit: & vix, cum pur-
gantur, excitantur. Hæc autem omnia contingunt propter humorum malignitatem: quos, vbi ca-
lor innatus fortior extiterit, per somnos concoquit: vbi vero debilior, illis succumbit, ab eisq; vi-
scera aggrauantur, & dictis affectibus homo corripitur. Ipse etenim Hippocrates vult hominem
vigilantem extrinsecus esse calidiorem, dormientem vero contrario modo se habere: id nos edo-
cens (quod etiam quibusdam alijs rerum naturalium studiosis visum est) somnum atque vigilias
fieri secundum innati caloris motiones. Non absq; ratione igitur euenit, vt, cum in visceribus iste
collectus causas morbificas nequeat euincere, perniciem significet. Si tamen euicerit, nondū cer-
tæ salutis est signum, nisi quispiam dicat, quantum ad talem affectum attinet, ægrotum non peri-
clitaturum, ex alio tamen affectu interire posse. Nam, si qua inflammatio soluta difficilis aliquam
ex partibus principalibus præoccupauerit, contingit ægrum, qui ita se habeat, interire. Quare se-
curius pronuncianum est, vbi quidem ex somno læsio aliqua aduenit, letalem esse notam: vbi ve-
ro prodest, non letalem. Quod vero ex somnis alique accidant læsiones, ipse in libris, quos Epide-
mios inscripsit, ostendit his verbis: Inter hos multi erant comatosi, & delirantes: non nulli vero ex
somno tales fiebant.

Vbi somnus delirium sedat, bonum.

Si ambos dixerimus aphorismos, & hunc scilicet & antecedentem, inuicem iungi, totus sermo
talus vtiq; fiet. In quo morbo somnus laborem facit, mortale: si vero somnus iuuat, non mortale.
vbi igitur somnus delirium sedat, bonum. vt vnum aliquod veluti exemplum particulare subiun-
gat sermoni antecedenti vniuersaliter dicto: tanquam si ita dixisset: Vbi igitur dolorem somnus
sedat, bonum. Vbi igitur febrem somnus sedat, bonum. Vbi igitur inflammationem sedat som-
nus, bonum. Sed satis fuit tantum periculosiorem morbum nominare. Nam veritas sermonum
vniuersalium, ex huiusmodi exemplis magis dilucet.

Extraford.

Bb iij Somnus

Non nulli ex medicinarum professoribus existimarunt vigiliam modum excedentem malum esse & signum, & causam: non tamen somnum: hunc enim semper bonum esse & signum, & causam: & nunquam fieri somnum modum excedentem: plurimos vero decipi, arbitantes comatosas dispositiones incipientes, somnum esse longum. Verum hi a nobis discunt, quod non prius coma nominatur, quam difficile habuerit expergefactionem, concedant somnum longum recte nominari, quam solo tempore modum naturae convenientem excefferit, et nondum habuerit difficilem expergefactionem. Fit autem huiusmodi somnus refrigerata prima parte sensitiva, hoc est cerebro ipso: quae refrigeratio, cum fortis fuerit, mista quidem humiditati, facit lethargicas passiones: cum siccitate vero, eas, quae graeco vocabulo *καταληψις*, id est deprehensiones nominantur. Sic & vigiliae fiunt propter calorem primae partis sensitivae, vel ex sola intemperatura, vel ex humoris bilioli abundantia. Horum vero talium omnium demonstrationes in nostris sunt scriptae tractatibus: nunc autem sufficiat sola eorum capita tetigisse. Sicuti autem quidam fuere, qui somnum semper fieri commoderatum, existimarunt, & nunquam immoderatum: sic nonnulli rursus aiunt vigiliam nunquam esse moderatam, sed hoc nomen solum immoderantiam significare, obliti eius, quae in usu vitae servat, consuetudinis, quoniam & mala non nunquam mediocria dicimus magnorum comparatione. Sic igitur oportet accipere vigiliam mediocrem, ac si significet parvam.

Non satietas, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturae excefferit, bonum.

Rursus hic aphorismus, sicut & alter, qui antecedit, quod in una materia, idem in omnibus enunciat. Nam, cum sanitas moderantia quaedam sit, necesse est omnes immoderantias, quae plurimum a modo recefferunt, iam aegritudines esse: quae vero nondum id, quod plurimum est, obtinent, eegritudinum generationem ostendere.

Spontaneae lassitudines morbos praenunciant.

Non eius, quae fit ex motionibus, immoderantiae nomen est lassitudo, sed eius, quae advenit in corporibus animalium, dispositionis. Neque enim lassitudinem meminit, quae ex talibus accidit motionibus, sed quae sponte contingunt. Cum igitur absque motu huiusmodi evenerit dispositio: non simpliciter lassitudo, sed lassitudo spontanea nominatur. Sed, cum tres sint lassitudines, quemadmodum in salubribus declaravimus, prima, quae ulcerum, secunda, quae tentionis, tertia, quae inflammationis sensum habet, ex his composita: prima quidem ex vitiosis humoribus ortum habet, secunda ex plenitudine, tertia ex utriusque simul iunctis. Sic enim a nobis est monstratum in ea, quae de salubribus inscribitur, tractatione. Quare non temere dictum est spontaneas lassitudines morbos nunciare.

Quicumque dolentes parte aliqua corporis, omnino dolorem non sentiunt, ipsi mens agrotat.

Dolores (hoc est *πόνος*) solet nominare non nunquam dispositiones ipsas, in quibus dolemus: in quae sensum dicebat in libro Epidemiorum, quod in Cranone antiquo dolores frigidi, novi autem calidi: haudquam dolores calidos frigidosve, sed dispositiones, ex quibus fiunt, ita noians. Et hoc in loco igitur eodem modo dolores ipsas dispositiones nominavit, quaecumque cum dolore fieri sunt natura apte, quemadmodum erysipelas, inflammationem, & vulnus, & collisionem, atque rupturam, & convulsionem, & quodcumque tale aliquid: quod si adsit, & ab aegrotante non sentiat, mentem indicat agrotare. Siue autem *πνομήν*, id est mentem, siue *διάνοιαν*, id est cogitationem dixerit, nihil in praesentia refert.

Quae longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet: quae vero brevi, breviter.

Quae enim pauco tempore extenuata sunt corpora: ob humorum & spirituum evacuationem, non ex solidorum colligatione id perpessa sunt, qui vero longo tempore extenuati sunt, ipsi carnes liquefcunt, graciles etiam redduntur aliae partes, per quas concoctio in animalibus, & distributio, & sanguificatio atque nutritio perficitur: quare tantum non poterit concoqui alimentum, quanto indiget corpus. Quam ob causam talia corpora longiori tempore reficere oportet, atque tenuiter, quod lente nominavit. In quibus autem soli humores & spiritus sunt evacuati, in ipsis celeriter ac plenius contingit reficere, cum fiduciam nobis praestet solidarum partium robur. In fine autem aphorismi duplex scriptura invenitur, & idem utraque significat, siue brevis casu ablativo, siue breviter adverbialiter scriptum sit.

Si quis a morbo cibum assumens non corroboratur, pluri alimento corpus uti significatur, quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quod indiget evacuatione.

Propter brevisloquium, & usum quendam dictionis, qui etiam est apud nos in multis civitatibus Asiae, hic aphorismus habuit obscuritatem. Consuetum enim est nobis dicere, non assumere cibum illos, qui sunt sine appetitu, assumere autem eos, qui appetunt ac comedunt usque ad satietatem. Quicumque igitur appetentes, & abundans alimentum accipientes, non possunt robur sanitatis

A sanitatis recuperare, gravantur potius, non ab eo nutriuntur. Qui vero neque, quod satis est, possunt assumere, vitiosos humores habent: quos nisi euacuarint, fieri non potest, ut robur sanitatis recuperent. Hippocrates vero non hic tamen, sed & in alijs suis commentarijs, quando proportione inter se servata humores omnes augentur, missione sanguinis auxiliatur. Vbi vero unus aliquis ex ipsis superabundat, illi purgatorium exhibet medicamen. Ut igitur ista cognoscens, & qui sapius in suis commentarijs eadem tradiderit, recte duos sequentes aphorismos subiungit, in quibus de eadem docet dispositione, de qua etiam in hoc antecedente docuit aphorismo, inquit: Si vero non assumente aegro hoc fiat, scire oportet, quod indiget evacuatione. Saneque ordinem duorum sequentium aphorismorum puto depravatum in multis exemplaribus: illaque rectius se habent, in quibus prior ille scribitur: Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis laedes. ut totus sermo talis existat: Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quod indiget evacuatione. non pura enim corpora quanto plus nutries tanto magis laedes. Nos vero sequentes ordinem, quem in pluribus exemplaribus scriptum invenimus, sic eorum faciemus expositionem.

9 Corpora cum quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere.

B Multi quidem volunt corpora fluida fieri: ubi per medicamenta vomitoria evacuatio est facienda, vomitum irritando: ubi vero per deficientiam, continuo aluum subducendo. Atque ob hanc totam dispositionem utriusque, his quidem ad alui subductionem, his vero ad vomitum habilem faciunt. Ego vero Hippocratem puto non minimum id, sed aliquid maius hoc in loco nos docere voluisse, quod nos longa experientia didicimus ita se habere. Siquis enim extenuet & incidat crassos atque tenaces humores, qui in corpore sunt, & meatus aperiat, per quos isti transmittuntur atque trahuntur a medicamentis, quae vim purgatoriam habent, tunc purgatio recte in omnibus procedit. Qui vero istud quidem neglexerint, vomitus autem atque alui subductionem procuraverint: ipsi difficiles obveniunt purgationes, non sine torminibus interdum, & vertigine quadam, fastidioque multo, & malo pulsu, ac dissolutione, & difficultate. Nobis autem extenuanti victu (de quo integrum scripsimus librum) ventibus nihil horum contingere consuevit: & eorum, quae in corpore praeter naturam continentur, evacuationes sine ulla molestia ac celerrime fiunt: atque idcirco Hippocratem dicimus suo adiecit sermoni: Vbi quis voluerit purgare corpora, oportet fluida facere: ac si ita dixisset: Siue per vomitus, siue per alui subductionem purgare velis, postquam fluidum totum corpus effeceris, ita demum optime purgabis. Erit autem fluidum, ut diximus, omnibus meatibus referatis, & humoribus incisis atque extenuatis, si quis fuerit humor in corpore crassus ac glutinosus.

10 Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis laedes.

Corrumpitur enim adveniens alimentum una cum ipsis vitiosis humoribus, qui iam in corpore praexistunt: ita ut ipsorum quidem quantitas augeatur, qualitas vero seruetur. Hoc praecipue fit, quando ventriculus quibusdam humoribus vitiosis plenus extiterit, ob quos & casus paulo antea dictus ex morbo conualescentibus accidit, non posse videlicet cibum assumere.

11 Facilius est impleri potum, quam cibo.

Cum sermo ipsi de ipsis, qui indigent refectioe, antea sit habitus: propterea nunc scripsit materiarum diversitates, ex quibus renutriuntur. Scriptum autem est & in libro de alimento sic: Qui cito indigent adiectione, ipsis humidum ad recuperandas vires remedium optimum est: ubi autem adhuc citius, per odoratum. Oportet autem non simpliciter intelligere in utroque libro, vel in illo humidum, vel hic potum, sed humida et potus, quae suapte natura apta sunt nutrire corpus. Nam, si non dicitur nutriunt, sicuti solidiora, superant tamen nutriendi celeritate: veluti vina crassiora. Nam aquo facta autem nominant alba & tenuia: sicut aquae similem formam habent, ita etiam vim: quare vrinam cient, & minimum nutriunt, quae vero crassa sunt, & colore rubea, omnium vinorum maxime nutriunt. Inest autem eis & citissime implere corpora evacuata, & ob hoc indigentia adiectione. Quod autem humidum alimentum, praecipue cum fuerit natura calidum, facilius nutriat, manifestum ipsis est, qui norunt, quo modo & coctio, & distributio fiant.

12 Quae relinquuntur in morbis post iudicium, recidivas facere consueverunt.

Hic etiam aphorismus antecedentibus iungitur. Nam, cum Hippocrates dixerit, Si a morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus uti significatur, quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quod indiget evacuatione. & ob hanc causam cum deinceps de evacuationibus sermonem habuisset, nunc causam assignat ob quam oporteat evacuare eos, qui post morbum non appetunt: ac si totus sermo ita ab ipso transigeretur: Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quod indiget evacuatione. nam, quae relinquuntur in morbis post iudicium, recidivas facere consueverunt. Per ea, quae relinquuntur in morbis, malorum humorum reliquias intelligens, quas necessarium est tempore putrescentes, febrem accendere. cum omnis hu-

mor alienus à natura corporis, in quo continetur, aptus non sit ad eius nutritionem: & deinceps necessario ad putredinem conuertatur. Quando autem & locus calidus erit, in quo fuerit collectus, tunc & maxime & celerrime putridus fit.

Quibusunque crisis, id est iudicatio fit, ipsa nox grauis ante accessionem: quæ vero subsequitur, magna ex parte lenior existit. 13

Iudicatio est subita in morbo, vel ad sanitatem, vel ad mortem mutatio. Fit autem natura separate à bonis mala, & ad excernendum præparante. Non temere igitur in tali turbatione grauius se habent. & grauius hæc noctu fit manifestior, nam hoc tempore dormire consueuimus. Somno igitur à turbatione interrupto, clarius grauius illa percipitur: licet similis fiat interdiu turbatio, quoniam nocte sequente est iudicatio futura. Quod autem in fine aphorismi scribitur: Quæ vero subsequitur, magna ex parte lenior existit: in multis exemplaribus non habetur. Vult autem docere nos, quod magna parte nox subsequens iudicationem facilius præcedente existat, quam plures iudicationes bene terminantur. Nouimus, n. plures esse ex ægrotis sanatos, quam mortuos, nisi pestilens constitutio sit.

In profluuijs alui, mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mutatio fiat.

Mutationes excrementorum, quæ multas humorum formas educunt, exquisitius corpus expurgant, nisi habeant signa colliquationis, aut putredinis: de quibus in Prognosticis ipse transiit: ubi & pinguium, & vitiosorum ac male olentium meminit excrementorum. 14

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretionem inspiciere oportet. Nam, si biliosa fuerint, corpus vnà ægrotat: si vero similes sanis, tutum est corpus nutrire. 15

Duos inuicem sermones ex aduerso ponens, in utroque id, quod manifeste consequitur, prætermisit. Quare, si utriusque id, quod deest, adiungatur: erit vniuersa oratio huiusmodi: Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, inspiciere excretionem oportet. Si enim biliosa fuerint, corpus vnà ægrotat, neque tutum est ipsum nutrire. Si vero similes sanis: corpus vnà non ægrotat, & tutum est ipsum nutrire. Ex quibus vero mihi videtur Hippocrates ipse sibi ipsi persuadens, in hunc modum scripsisse, iam dicam: Animalium natura non nunquam ex principalibus membris humores malos euacuans, alios per vrinas, vel vomitus, vel aluum inferiorem excernit: alios ad cutim extrudit, quos cum euacuare propter crassitatem non possit, sibi eos deponit: atque hoc modo tubercula nascuntur in corpore: sæpe & fauces fluentem ex capite humorem suscipientes infestantur. Tunc igitur considerandum est ac distinguendum, nunquid natura tota in patientibus partibus superfluitate deposuerit, an adhuc corpus vniuersum vitiosis humoribus abudet: quod excrementa indicabunt. Nam, si omnino natura mota est ad expurgandum corpus, biliosa apparebunt: quoniam & tubercula sanguine calefacta à bilioso humore fieri sunt apta, patetque prius esse purganda, quam nutrienda huiusmodi corpora. Non pura, n. corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes. Sin autem excretionem sunt similes sanis, totum corpus bonos habere humores indicatur: & sine villo periculo nutriripotest.

Vbi fames, laborandum non est.

Famescere illos dicimus, qui ob ciborum inopiam ad extremam esuritionem perueniunt. Sic Hippocrates ipse secundo libro Epidemiarum dixit. In oppido Aeno, ipsi, qui ob famem leguminibus vescerantur, crura debilitata sunt. Et quidem omnem eximium ciborum defectum, etiam si citra penuriam ex electione vel iussu fiat, famem consuevit appellare, veluti cum ait: Carnes humiditas habentibus, famem adhibere conuenit. Fames, n. exicat corpora. Et, cum in Prognosticis inquit, Interrogare oportet, nunquid vigilauerit homo, vel aluus fortiter exinanita fuerit, vel fames ipsum obsiderit: pro defectu ciborum famem accipit. hoc etiam in loco sic dixit, Vbi fames, non oportet laborare. ac si ita dixisset: Qui cibum capturi non sunt, ipsi eo die labor aliquis iniungendus non est. Hæc autem per laborem (græce τὸν ἔργον) oportet intelligere vehementem motum, quem exercitium nominant. In hanc itaque sententiam ipse dicebat: Labores cibum antecedant. Est igitur ipsi sermo communis ad ægros & sanos. Sanis, n. non sunt præcipienda exercitia simul cum inedia: nec ægris aliquis vehementior motus adhibendus vnà cum cibi abstinentia: non sanguinis missio, non alui purgatio, non vomitus excitatio, non frictio multa, non denique vehemens vlla corporis commotio, aut alteratio. In talibus siquidem motibus omnibus, ubi cibum defuturus sit, vires dissoluitur, siue ægrotet, siue sani sint homines. Vbi quoque Hippocrates magnopere studet seruare fortē eam, quæ regit animam, potentiam. Siue igitur numero singulari/potentiam/dixerimus, siue plurali/potentias/nihil refert. hoc quoque in libro de alimento Hippocrates ipse dixit, potentia vna, & non vna: genere quidem ostendens vnam esse potentiam, species autem plures habere.

Vbi alimentum præter naturam plus ingestum est, hoc morbum facit: ostendit autem sanatio.

Quod in altero aphorismo vniuersaliter dixit, hoc nunc in vna specie docet. Vniuersalis enim est hic 17

A est hic sermo: Non satietas, non fames, neque aliud aliquid, bonum, quod modum naturæ excedat. verum propositus nunc aphorismus, de vna re, scilicet satietate, pronunciat. Plus enim alimēti, quam modo naturæ cōueniat, satietas seu repletio, græce πλοσμονή, noīatur. Semper igitur id, quod plus est, ad aliqd dicitur. Verum in nostris corporibus duplex est, vnū quātum ad vasorum capacitatem, alterum quātum ad illam, quæ nos gubernat, naturā: de quo nunc Hippocrates docēs, alimentum copiosius dixit esse præter naturam: ne eos, qui ita cibis sunt repleti, vt veteri extēdatur, omnino ex hoc arbitremur sensuros lesionē: neque eos, quibus aliqd deest ad cōceptaculi mēsurā, pauca assumplisse, & oīno illa bene concocturos. Nā & priores cōtingit, quæ vtriculum repleuere, cōcoquere, si eorum natura fortis extiterit: & secundos non posse concoquere propter imbecillitatem, tunc præsertim, cum priores assumpserint cibos cōcoctū faciles, secundi vero concoctū difficiles. Sic et in distributione alimēti, potētia sanguifica illi proportionalis; quæ in vtre cibum concoquit, aliquādo ex imbecillitate non alterabit humorē ad venas distributū, et si mediocris esse videatur. Aliquā mediocri copiosiorē prompte in sanguinē trāsmutabit, partim ex sui robore, partim ex humoris natura ad cōctionē idonea. Eodē modo & tertium alimētum (quod maxime proprium alimentū nominamus, id dico, quod partibus animalis adijcitur) pro natura potētia, vel copiosius vel non copiosius dicitur, & vel bene concoquetur, & nutriet, vel non: & iuxta hoc vel ab ipsa obtinebitur, vel non obtētū corrūpetur, & morbum generabit. Vna igitur expositio hæc est, illud, quod plus est, quantum ad potētiam, à qua animalia reguntur, nobis intelligētibus. Altera, quātum ad qualitatem præter naturam, vera & ipsa. Nutritur siquidem pars vnaqueque ex proprio sibi alimento, quod recte diceremus esse illi secundum naturā. Cum igitur aliquando ad ipsam peruenierit aliquis humor, qui alteri quidē parti sit secundum naturam, ipsi vero alienus, & præter naturam: malum quidē hoc existit, non tamē ex necessitate sequetur morbus, ubi exigua portio fuerit. Nam, cum neque illa medicamēta, quæ corpus nostrum possunt corrūpere, sicuti mandragora, papauer, atque cicuta, possint sine quantitate nocere: multo minus huiusmodi humor, qui præter id, quod non corrūpit, etiam alias partes enutrire potest: alioquin ipsum neque alimentum vocasset, nisi talis esset natura præditus. Sicuti igitur, si parum aliquid spiritus per gulam ad vtriculum deferretur, aut potē humiditatis paucillum ad pulmonē per asperam arteriam dilaberetur, neque vtriculum, quo ad hoc ægrotaret, neque pulmo: eodem modo se res habet etiam in aliarum partium alimēto. Iam vero & tertia quædam expositio est à quibusdam inuecta, qui nos accipere iubēt: præter naturam provalde & exuperanter, ac si ita diceretur: ubi alimentum exuperanter intrauerit, id morbum facit.

C Nam alimentum paululum mediocritatē excedēs, nōdum posse facere morbum, sed adhuc serua re corpus intra latitudinē sanitatis, vera quidē & hæc est sentētia. Oportet siquidē alimētū, quod morbum facturum sit, non paruo aliquo excedere exquisitā mediocritatem. Verum non est mos ob hoc sermonē distinguere. Solēt enim ipsum tantummodo genus enunciare, vel exustionem, vel frigefactionē, vel cruditatē, vel corruptionē humorum, & quæcunque alia huiusmodi, morbum facere dicentes, quasi nos in singulis horum effatu dignam quantitatem subintelligamus. Eodē igitur modo & alimentum excedēs dicunt facere morbum, non adijcētes multo: cum nos non lateat, quod si quinta decima vnius drachmæ parte mediocritatē excesserit, nōdum potest morbum efficere: verum, si hic excessus multiplicetur, faciet et ipse aliquando morbum. ex genere enim causarum est vna, quæ morbos cōmittēdi vim habēt. Secundum hæc igitur tertia expositio, et si quæ maxime vera sit, mihi tamē videtur esse curiosior, quam deceat veterū consuetudinē, præter id, quod violētius exponit vocis illius præter naturā/significatum. Verba autē, quæ in fine aphorismi scribuntur, ubi ait: Ostēdit autē sanatio: melius scriberentur cum coniunctione & hoc modo: Ostēdit autē & sanatio. Neque enim sola sanatio ostēdit alimētum, ubi plus moderato ingestum est, facere morbum, sed & rei natura indidat, contestatē etiā sanatione. In omnibus siquidē artibus, ipsi, quæ recte sunt

D excogitata, accedit etiam ex euetu testimonium. Quodnam igitur illud est in præsentī sermone: ea, quæ sequitur ad noxiorum humorum euacuationes sanatio, quod etiam testimonium Herophilus in tritæporea significatione vocata assumpsit. Siquis enim plus consueuo assumpserit cibi, æquali autē prioribus, aut etiā minori vtatur exercitio, moxque aggrauato corpore cum rubore atque tumore venarum incipiat febricitare: non absque ratione quispiam illum ex multitudine febricitare existimauerit. Si igitur euacuatus inde iuuatur, statim existimatio de multitudine confirmabitur, & crescet audacia in eisdē simili modo euacuandi, non expectantibus empiricorum obseruationē, quam ipsi aiunt eorum esse, quæ sapissime in eisdē eodē modo contigerunt. Forte igitur in aphorismo adiecta erat coniunctio & deinde aliquis tanquam superfluum ipsam abstulit. Forte autē & ipse Hippocrates ab initio simpliciter scripsit absque coniunctione, Ostendit autem sanatio: ac si ita dixisset: Iis, n. quæ prius dicta sunt, ita se habentibus, vt dictū est, hoc est pluri alimēto præter naturam comprehenso in corpore, ubi adhibita euacuatione ægrotus leuabitur: argumētum erit morbum aduenisse ex multitudine alimentī. Quod autem euacuationem simpliciter Hippocrates dicere consueuerit, quando humores oēs æqualiter euacuantur: purgationē autē, quando praua affecti qualitate, meminisse oportet: & quod præfens sanatio, non à purgatione facta, sed euacuatione, attestatur illi, quæ fuit de multitudine existimationi. Euacuatio autem omnium humorum

† Alii ex antiquis, qui pauca assumpserunt, omnino &c.

morum æqualiter (quæ quidem exquisitissima est) fit per venæ sectionem. Proxima autē huic est, quæ per malleolorum scarificationē, ut nos facere cōsueuimus, & quæ per exercitia, vel frictions, vel balnea, & præterea ex accidenti per inedia. Dixi autē ex accidenti, quoniam non per seipsam inedia euacuat, ut singula antea dicta, verum naturali modo per trāspirationē euacuatio quædam fit, quæ nullō accedente alimēto in locū eius, quod fuit euacuatum, tūc sensu manifeste deprehēditur, quæ antea latuerat. Hæc igitur sufficiat ad aphorismi expositionē. Qui vero vult sermonē de multitudine diligētius perlegere, vnum habet librum integrum à nobis conscriptū, cui titulus est, De multitudine. Nunc vero hoc tū sufficiat adiungere ijs, quæ prius à nobis sunt enarrata, quæ incipere quædam potest ea, quæ ad vires refertur multitudo, absque corruptione: verum non potest bona permanere: nam oīno necesse est, ut si qualitatē trāsmutetur, & processu tēporis corrumpatur. Verū, et si istud fiat, interim multitudinē ipsam noiābimus, donec ex superflui euacuatione residuum bonum fieri possit. Quod, n. in vinis accidit aciescentibus: tale quiddam & in sanguinis alteratione cōtingit. Quod autē in vinis accidit, tale est: Vbi ex toto acida facta sunt, non redeunt rursus ad vniuersam naturam: paruo autē in ipsis facto momento, ita ut acidum quidem habeant saporem, nōdum tū acetum sint, multa multoties ex his pristinam naturam recuperant. Hoc idem in sanguine euenit, nam & ipse, vbi magna in eo sit facta corruptio, nō redit amplius ad habitū naturalem: si vero pauca contigerit: vbi id, quod est superfluum, fuerit euacuatum: quod residuum existit, ad suā naturam restituitur. Et quidem consuetum est huiusmodi dispositionem, non corruptionem, sed multitudinē nominare: illa (ut dixi) sola vocata corruptione, quæ tam estatu dignam habet eam, quæ ad id, quod præter naturam est, euerisionem, ut non possit iterum ex naturæ coctione ad primam humoris redire bonitatem.

Eorum, quæ vniuersim, & velociter nutriunt, veloces quoque sunt excretiones.

Velociter quidē nutrire accipiendum est ab ipso dici ea, quæ paruo post assumptionē tempore statim nutriunt, suæ naturæ ratione: quam in ijs exploramus, quæ integra sanitate fruuntur. Vniuersim autē quæ, postquam alere cœperunt, exiguo tēpore totum ex se præstant corpori alimentum. Talia igitur, quantum ad hoc solum attinet, quæ vniuersim nutriunt, et veloces habebunt excretiones. Si vero aliqua adlit acritudo excitans ad excretionē, aut lētor, ob quæ magis retineatur: hæc quæ de velocius ad excretionē prorumpit, hæc vero tardius. Celerrime igitur, & maxime vniuersim vinum alit: tardissime autē & paulatim caro bubula, & cochleæ, & verticilli marini, squillæ, cammarī, atque locustæ, & (ut summam comprehendam) quæcunq; dura carne constant: eandē cum his naturam habent & casei duri, carnes salitæ, lentes, ac bulbi, necnon oua, vsquequo induruerint, elixata. Hæc enim omnia multo post assumptionem tpe, atque paulatim nutriunt. Indicium autē tibi sit id, quod assumptum est, iam nutrire, in pulsibus quidem vehementia ac magnitudo: in motibus autē voluntarijs robor nutritis adiectum. Ipsum vero præcipue oportet explorare in illis, qui sunt dissoluti vel propter euacuationē aliquam sensibilem, vel propter laborem superfluum, vel propter inedia. In hisce igitur, quæ antea diximus, omnibus tardæ fiunt paluū excretiones, hoc est lōgo post assumptionē tēpore: in contrarijs vero, veloces. Maxime autē omnium contrarium est vinum, celerrime (ut diximus) nutriens: post ipsum vero per ordinē alia, de quibus sermonē faciam, primum de vinis ipsis percurrans. Etenim aquosa ex eis, paucissimū præbent corpori alimētum. Sunt autem hæc colore quidē alba, tenuia vero substantia. Crassa autē & fulua multo quidē magis corpus alunt: sed tantū vincuntur à nigris in nutriēdo plurimum, quantum superant in præstando vniuersim & velox alimētum. Quæcunq; vero alba quædam sunt, sed crassa: minus quidē his alunt, plus autē tenuibus & albis nutriunt: sed neque velociter neque vniuersim alunt. Quantum vero in hisce differunt: tantum & in excretionē. Aquosa enim celerrime per vrinam excernuntur, quia celerrime tota ferè anticipant resumī. Ex alijs vero oibus, quantum aliqd ventrē subierit manifeste, proportio-nalem nutritionis temporē habet excretionem. Hoc idē in alijs omnibus accidit. Nam succus pituitosus non multo post assumptionem tēpore videtur nutrire, non tamen multum præbet corpori alimentum, idque breui tempore vniuersim. Alia vero neque paucum, neque vniuersim, sed in multo tempore multum præbet alimentum. Oportet autē ea, quæ inuicem comparantur, esse secundum substantiam similia, & non esse hoc quidem exquisite humidum, hoc vero extreme siccum. In pituitosa igitur & alia, & huiusmodi omnibus, quæcunq; parantur ex milijs, vel fabis, vel alijs quibusdam fructibus, eodem modo se habeant, quæ comparantur, secundum substantiæ qualitatem. In carnibus autē propria quidem est vniuersimque consistentia. Sed comparare ipsas oportet secundum modum, quo parantur, vel vtriusque assis, vel eodem modo elixis. Auferre autem oportet dum parantur, mordaces humores, quemadmodum in brassica ac in leguminibus, si certam velis habere experientiam eius, quæ in ipsis alit, substantiæ. Auferuntur autem humores dicti, si dum elixantur, ab vna aqua ad aliam transferantur. Si igitur adhibita distinctione, diligentē omnium feceris inquisitionē: inuenies omnia, quæ quidem in paucō tēpore nutriunt (hoc enim est vniuersim) & paruo post assumptionem tempore (hoc enim est velociter) etiam velocem habere excretionem, quando hominibus eodem modo affectis exhibentur (nam & hoc in talibus omnibus

Anibus oportet præfinire: quæ vero contrariam naturam habent, tarde excerni. Causam horum inuenies ex ijs, quæ ostensa sunt in cōmentarijs de potentijs naturalibus. In his siquidem ostendebatur ventriculus prius cibis frui, familiarem sibi succum ex illis attrahens, & suis apponens tunc cis, mox, vbi hic esset saturatus, tunc ipsos emittere ad excretionem. In hoc autem tempore & hepar ostēdebat ex cibis attrahere, vbi indigeret alimēto. nā, si non egeat: illo, quod prius aderat, perfrui: eadem quoque ratione trahere rursus ex hepate totum corpus, quo tempore & ipsum indiget alimēto. Vnde, in quibus totum corpus est vacuum, quispiam maxime possit experiri, qui cibi sint vniuersim & velociter nutriētes: quibus & illud (ut diximus) inest, celeriter tendere ad excretionē, quantum ad id attinet. Verum non nulli dixerunt eam, quæ fit ex toto corpore, euacuatio nem, ab ipso excretionem nominari, ut idē sit, quod nunc docetur, ei, quod dixit in libro de alimēto, vbi inquit: Alimētum, quod difficulter alteratur, difficulter absumitur: quod facile apponit, facile absumitur. Quod dictum verissimum quædam est, nō tamē proprie videtur accipi sub appellatione excretionis. Nam magis proprie dicitur de ea, quæ solum fit per ventrē: possumus quædam & ipsam intelligere de ea, quæ fit ex toto corpore. Differt enim, excretionē (græce διαχρησις), an subductionē (græce υποχρησις) dicas. Subductio igitur solum de ijs dicitur, quæ per alium deiciuntur: contingit autē excretionis vocabulū vtriusque esse cōmune. Carnes itaque suillæ, & quæcunq; lentos ac crassos humores habent, in tempore faciunt ex toto corpore trāspirationem. Olera vero, & pisces saxatiles, & simpliciter quæcunq; tenuē habent humorem distribuendum, celeritate quidem distributionis atque appositionis exuperant, stabilem vero naturam non habent, sed facile dissolant.

19 *Acutorum morborum non omnino sunt certæ prænunciationes, aut salutis, aut mortis.*

Acuti morbi, præter id, quod celeriter iudicantur, statim etiā magnitudinē habent. Nā febres diarias, quas Græci ephmeras vocant, licet cito finiantur, nō tū acuti morbi nominantur. Duplex autē est acutorum morborum natura. Vel enim ab humoribus calidis solis, quæ nullū obfudere locū, sed æqualiter in oibus aialis partibus sunt: vel loco aliquo patiente fiunt, ut in morbo laterali, pulmonis inflammatione, angina, febresque ut plurimum in acutis morbis sunt cōtinuæ. Rari enim sunt ex ipsis, quibus febres non adsint, ut morbus attonitus, quem Græci apoplexiam vocant. Morbi vero longi, ob crassos, lētos, ac frigidus fiunt humores, qui non facile cōcoq; possunt, & in patiensibus partibus impacti sunt atque agglutinati ita, ut eorum dispositiones magis præduris tumoribus, quæ inflammationibus assimilantur. Pauci vero ex ipsis fiunt (per compassionē) absque loco patiente: in quibus venæ omnes æqualiter habent humores vel atribilarios vel pituitosos putrescentes. In his igitur omnibus videt Hippocrates fidere præcognitionibus, in acutis vero nō omnibus. Sed aliquando falli præcognitionē confitetur. Tale est enim, quod dicit non oīno negatio cum sit, non omni no. n. idē, quod nō profusus, significat, estque nō omnino pinde, atque non in oibus, quæ genus sermonis vsurpare cōsueuerūt, quæ pauca ex multis volūt excipere, ut cū dicit, non oēs hoies mali. Qui, n. hoc dicit, ostēdit paucissimos esse bonos. Ita igitur & nunc Hippocrates ostēdit, ingens nō omnino certas esse in morbis acutis prænunciationes, tanquā aliquā, quamuis raro, medicus aberret. istud autem fit propter subitam in iudicatione permutationem, quæ naturam humorum sequitur morbisicorum, & quia non nunquam humor noxius ex vno loco transfertur ad alterum.

20 *Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, ijs senescentibus exiccatur. Quibus vero iuuenibus adhuc aluus sicca est, ijs senescentibus humectatur.*

Quod quidem hoc ex magna parte fiat, & non semper, ostendit ipse inter sequentes hunc scribens aphorismum: Quicunque aluos humidus habent, si quidem iuuenes fuerint, melius degunt, ijs, qui siccas habent: ad senectam vero deterius: nam senescentibus magna ex parte exiccatur. **D**oportet autē humidus & siccas aluos intelligere nō simpliciter, sed eadē victus seruata rōne. Si quis enim in iuuetute Alexandrinorū victu vteret, salis vtens cibis, & porris, zythūque superbibēs, in senectute vero nihil horū assumeret, sed lentē esicaret, & vinū austerū in super biberet: male diceremus huius hois deiectiones ætatis rōne permutari. Sic, et si quis in iuuetute lētibus & mēpilis vesceret, vinūque austerū potaret, in senectute autē victu vteretur Alexandrinorum, atque ita cū victu excretionē mutaret: nō recte iudicium fecerimus. Sed, cū oia alia, non solū, quæ ad cibos attinent, paria agentur, & deiectiones cōmutabuntur: tunc rectum fiet iudiciū de ijs, quæ ab Hippocrate in aphorismo dicuntur. Variantur autē deiectiones ætatum ratione scilicet eas, quæ in corpore mutantur, dispositiones, ex quibus aluus siccior humidiorve fit. Quenam vero sint hæc dispositiones, vnum est ex ijs, quæ quæuntur: atque adeo longum mihi futurum super hoc sermonem existimo, si proprias studuero adhibere demonstrones, ut vnus integer liber futurus sit necessarius. Sed hoc aliās forte à nobis fiet: nūc breuibus capita expediam, ijs vtens, quæ in cōmentarijs de potentijs naturalibus, & de causis accidentium demonstraui. Plus, quam cōueniat, fit aluus humidior, quando cibus in chylum in ipsa conuersus, parcius distribuitur: Siccior rursus, cū omnis humor in ipsa cōtensus, ad hepar fertur. Causa vero, ob quam parcius distribuitur, est, aliquando quidem, quia plus assumimus, quam hepar indigeat: Interdū vero quoque, quia citius deicitur, quæ hepar attrahat. Nā, cum cibus

cum cibis modum excedit, eius superfluum derelinquitur, ubi hepar tantum ad se attraxerit, quantum indigerit. Cum vero properat ad exeundum, non pervenit hepar tam attrahere, quantum ipsi est necessarium. Citius autem festinat ad exitum id, quod excernitur, non nunquam ob multitudinem bilis ad alium fluentis, quae irritat ad expulsionem, non nunquam vero ipsa alui potentia retentiva facta debiliore, expulsiua vero eius atque intestinorum forti existente. Plura igitur appetimus, cum os ventriculi (in hoc enim vis appetendi praecipue consistit), frigidior habuerit temperaturam. Sic vero & hepar minus attrahit propter frigiditatem. Vim autem retentivam habet ventriculus imbecillior propter humiditatem, sicuti propulsiuam fortior propter siccitatem. Senum igitur corpus cum frigidum efficiatur, tantum augeri contingit in ore ventriculi frigiditatem, ut ad inappetentiam fiat transmutatio, atque ita excrementa exiccantur inopia eorum, quae assumuntur, ut distribuuntur. Sic et, quicumque ob multitudinem vel naturam humoris biliosi alium humiditatem habent, ad contrarium transmutantur; cum hic humor non amplius in senectute multus generetur. Quibus vero ob virtutis retentivae debilitatem alius humectatur, non oibus transmutatio advenit, sed pro quantitate caloris adiuncti. Si enim statim ab initio frigidior habuerit alius temperatura: mox ad immodicam veniens in senectute in frigiditate interperit, virtutis retentivam eque habebit imbecillam, quam omnis immodica intemperies operationes exolvit. Quod si exquisita calida fuerit ad longissimum usque aetatis processum, forte habebit operationem retentivam, ut quae neutram habeat exquisitam intemperiem, neque eam, quae est secundum siccitatem (liquidum erat omnino humidior natura: alioquin non habuisset debilem virtutem retentivam) neque secundum caliditatem. hoc enim supponebatur. Liqueat igitur, quod ferè oibus, quos alios habent natura humidiores, sit ad contraria senectutibus transmutatio: quae vero sicciore, ipsi fieri in senectute humidiores propter contrarias temperaturas. vel enim, quia minus assumit alimentum, quam potentia hepatis congruat, vel propter exuccationem, vel quia parum bilis confluit ad alium, vel propter potentiam retentivae robur excrementa erunt sicciore. Ex his autem, quae parum appetant, & citius impleantur, fit pro parte appetentium caliditate. Quod vero cibis assumptis exucet, contingit vel mediocriter se habente hepate frigiditatem, vel paulo plus mediocriter calidior. Quod vero pauca bilis confluat ad alium: hoc ex eo accidit, quia etiam pauca generatur ob visceris frigiditatem. Fortis autem iuvenibus inest retentiva potentia, quam ad sicciorem vergunt temperaturam. Non absque ratione igitur in omnibus, quos diximus, senibus sit ad contraria transmutatio. Nam, quae non appetunt ob caliditatem, in progressu aetatis plus etiam appetent, quam possit hepar evincere. Quibus autem ob innatam siccitatem virtus retentiva fortior extiterat, ipsi senectutibus fiet imbecillior ob siccitatis excessum: & ea ratione excrementa humectabuntur, quoniam ciborum exitus festinat. Quibus vero propter bilis defectum tardante excretionem, ob exitus moram multum humiditatis absuntur, fieri potest, ut eadem dispositio perseveret: fieri et potest, ut propter immodicam hepatis frigiditatem, ad satis magnam perveniente alimentum distributione imbecillitate, fiant excrementa humidiora. Haec in presenti dicta sufficiant de causa earum, quae fiunt in aetatibus, permutatorem, quantum ad alui attinet humiditatem ac siccitatem: quae propter brevitatem sunt futura obscura ipsi, quae in nuper dictis commentationibus non sunt exercitati. Sed posthac aliquando vno integro volumine clarior doctrinam faciemus. nam, quod ad usum artis attinet, hoc solum scire sufficit, quod fuit ab Hippocrate dictum, etiam si causa non adijciatur.

Famem, thorexin, id est vini potio, soluit.

Vini potionem, thorexin nominare consuevit. In libro siquidem de natura hominis, & de victus ratione, in hunc modum scripsit: Liqueat enim, quod victus singulorum non sunt causa, ut oes, subinde de morbo corripiantur, iuniores, & seniores, viri, ac mulieres, similiter autem thoreffomeni, & aquae potatores. Cum ergo aquae potatores thoreffomeni opponat, ostendit se per thoreffomeni vinum potates intelligere. Quare & hic thorexin, vini potus ab ipso dicitur, quem dicit famem solvere: non (pro Ioue) quaecumque defectum famem nominans, (sicuti non nulli arbitrantur) sed neque illam, quae cum appetitu naturali sit, sed eam, quam habet, quae hac passione laborat, vehementi & indefinente ciborum appetentia: quam medici quidam appetentiam caninam nominant. Tale enim famem, vini potio sanat, non eam, quae vel ex longa inedia, vel alui profluio, vel fluxu sanguinis, aut aliqua alia facta est euacuatione. Nam, quae ex tali aliqua indigent causa, non modo non aliquam ex vini potu capiunt utilitatem, sed etiam plurimum offenduntur, quoniam & convulsionibus & delirijs statim corripuntur, si, antequam cibos assumant, vinum potauerint. Qui vero famem, quam diximus, patiuntur, ipsi vini potus, non cibi multitudo, remedium est. Equidem multos ipse sanavit, qui indefinenter famelicebant, vinum ipsis abundanter exhibens ex eorum genere, quae sufficere calefacit. Neque enim acerba vina tale famem sanant, siquidem neque calefaciunt: sed, quae colorem fulvum habent, vel rubeum absque astringente sapore, maximo sunt illis remedio, qui canino laborant appetitu. Oportet siquidem, cum ad prandium accedunt, primum illis afferre pingua edulia, atque (ut ita dixerim) oleagina, & alia, quaecumque ex multo parantur oleo: maxime vero nihil austerum aut acerbum offeratur: postea vnum aliquod ex vinis, quae diximus, et si nondum sitierint, potandum dari praecipimus.

*Al. causis.

Ari praecipiemus. Statim enim famem tali victu mitigat, atque ita longo tempore faciendo, cessat omnino. & hoc mihi magis videtur in praesenti aphorismo Hippocrates docere. Cum enim canini appetitus fieri consueverint vel propter solam intemperaturam frigidioram, vel propter humores acidos, quos exorbuat os ventriculi: & haec ambo sanare possit vinum, quod diximus: non sine ratione vini potio cessare facit caninos appetitus. Qui vero putant vehementem esuritionem, quam Graeci bulimon vocant, fuisse nunc famem ab Hippocrate nominatam, non recte mihi videntur eius sermonem accipere: Primum quia ipsum pro generali atque vniuersali faciunt specialem, ac particularem: deinde quia metiuntur. nam passio bulimos nominata, est casus potentiae ex frigiditate exteriori, qui a fame quidem inchoauit, sed non habet eam amplius adiunctam.

22 *Quicumque morbi ex repletionem fuerint, curat euacuatio: & quicumque ex euacuatione, repletio: & aliorum, contrarietas.*

Non, si quid factum est a repletionem, neque ipsa non amplius existente siquid remanserit, id curat euacuatio, sed, quicumque eo ipso, quo fiunt tempore, curare aggredimur, euacuatione indigent. Quod quidem igitur multitudo morbum efficiat, antea dictum est: quod autem euacuatio sit eius curatio, non opus est dicere: sicuti neque de omnibus alijs causis, quae morbos committunt, quod per contraria curentur. Neque enim aliud quicumque quimus excogitare praeter contrarium causis morbos efficientibus, sicuti in morbis ipsis iam factis rursus considerabimus: quemadmodum & in calibus, qui eos ex necessitate consequuntur. Sed nunc de ijs morbis, qui adhuc sunt, sermo a nobis habetur. Liqueat igitur, quod vna cum causis ipsos facientibus destruantur. Causarum vero facientium abolitio sit a contrarijs. Si enim ex refrigeratione morbus fiat, curatio est per calefactionem: si vero ex calefactione, per refrigerationem. Sic, & si propter repletionem morbus constituitur, tunc oportet repletionem euacuare: sicuti, & si propter euacuationem, reficere protinus conuenit. Etiam si non nullis videatur nunquam fieri ab euacuatione morbum, existimant autem (ut apparet) huiusmodi homines sola febrem esse morbum. quod si didicissent quamlibet laedentem operationem dispositionem, morbum esse, & quod a vehementibus intemperaturis operationes laeduntur, haudquaquam dubitarent, an fortes euacuationes morbos efficiant. Sanguis enim cum supra modum aut ex vtero muliebri, aut ex venis, quae haemorrhoides appellantur, aut ex vlcere fluxerit, tunc vel omnes, vel plurimas operationes ipsi, qui ita affecti sunt, offensas habent. Non nulli vero ipsorum non modo haec patiuntur, verum etiam aqua inter cutem corripuntur. Longae autem inedia ipsi, qui calorem habent ad igneam naturam propensioram, praeter alia mala, insuper afferunt febrem. Quantum igitur veritas ipsa atque utilitas exigebat, a nobis quamuis dictum sit, his tamen addamus aliquid propter garrulos: quales sunt recentiores quidam medici, quae de nominibus altercantes putant se de rebus ipsis habere sermonem. Hi igitur sunt, qui autem causarum efficientium morbos abolitionem non esse curationem, sed praeservationem. Qui primum quidem docendi sunt, quod de nomine litigant, deinde, quod neque de hoc recte. Vbi enim causa non adest, quae morbum efficiat, hic sola curatio factorum relinquitur. Vbi vero ea, quae inest corpori causa, nondum aliquid facit, veluti quae plethora, id est plenitudo, vocatur, ad praeservationem artis attinet partem, huiusmodi causarum destructio. Cum vero iam aliquid agit, missum iam quodammodo est huiusmodi opus ex praeservatione & curatione. Nam, quod factura erat causa illa, prohibuit fieri: & hoc ad artem attinet praeservationem: quantum vero morbi iam factum est, propriam exigit curationem. Quapropter, cum missa sint talia ex praeservatione ac curatione, proprio caremus nomine: atque idcirco alias alia medici vtuntur appellatione, non nunquam praeseruati dicentes, ne morbus, qui iam incipit generari, ad complementum perducatur: non nunquam vero curari, quemadmodum in ijs, quos canis rabidus momorderit. Quae enim ipsis adhibentur medicinae, duplicem habent appellationem. Nam non nunquam rabiei remedia dicuntur, ac si dispositionis, quae rabiem fecerit, dicerentur. Non nunquam vero non remedia praesentis dispositionis appellantur, sed a rabie futura praeseruantia.

23 *Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.*

Acuti morbi magni sunt, & ad suum vigorem celeriter properant. Non absque ratione igitur in pauco tempore et magnas faciunt permutaciones: quod id est, quod iudicari. Huiusmodi enim permutaciones quando repete in morbo fiunt, Hippocrates crises vocat, id est iudicationes: in quibus non nunquam subito integra sanitas restituitur, aut moritur aeger: non nunquam vero magna sit ad salutem, vel ad mortem permutatio, non tamen aut subito sanatur, aut moritur: ita ut quatuor sint in ipsis subita permutaciones, quas ipse docuit in primo libro Epidemiorum, inquiens: Ad salutem, aut mortem, vel inclinatio ad melius, aut ad peius. Quod vero sit necessarium ob morborum magnitudinem, ac casuum vehementiam, vel cito vires prosternt, adeo ut homo moriatur: vel ad noxiorum humorum excretionem excitatas, si modo quos inuaserint, exuperent, bonam sequi iudicationem: si autem exuperentur, malam: vnicuique manifestum est. Propterea igitur fieri non potest, ut in longum tempus iudicatio differatur in morbis acutis. Terminum igitur in hisce oibus Hippocrates posuit duas septimanas, tanquam nullus eorum ulterius progrediat, verum ante quatuordecimum diem multi possint iudicari. Etenim

Etenim vndecimus, nonus, septimus, et quintus multos vili sunt iudicasse in libris Epidemiorum. E Iudicat aut et sextus non nullos, sed non bene, sicuti in libris de iudicatorijs diebus plenius ostēdi mus: in quibus dignum putamus illum exercitatu esse, qui ea affeq̄ debeat, quę Hippocrates bre ui sermone perstrinxit. Quęcūq; vero iudicationes sunt veluti imperfēctę, ijs finē imponit aliq; alius dies ex eorum numero, qui deinceps sequuntur, de quibus, quales nam sint, in libris Prognosti cis Hippocrates docuit: & hic de ipsis aliquid in sequenti docebit aphorismo. Est aut & harum im perfēctarum iudicationum terminus qdam vltior, vltra quem non amplius fieri progressus po test, dies quadragēsimus. Quicūq; igitur morbi intra diem quartumdecimū nū integrę iudicantur, hos solet Hippocrates acutos simpliciter nominare. Quicūq; vero imperfēctę iudicati, seruati fuerint in sequentiū iudicatoriorum dierum aliquem vsq; ad quadragēsimum, hos nō solet sim pliciter acutos noiare, sed appellatiōe cōposita his omnibus verbis, acuti, q in quadragēta diebus iudicantur. Verum manifestius illi declarant, qui eosdē morbos, acutos *ἐκ μεταπειρωσως*, i. ex deci dentia vocant. De his igitur in Prognostico scribit in hunc modum: Oportet autē existimare spi randi facilitatē magnam habere vim ad salutē in omnibus acutis morbis, quęcūq; febres habēt ad iunctas, & in quadragēta diebus iudicantur. Nūc vero in aphorismis de acutis simpliciter, enun cians, ait eos intra quartumdecimū diē iudicari: non (per louē) hoc dicens, quod non nulli existi marunt, esse quatuordecim numero dies, qui in his morbis faciāt iudicationem. Nam secundum hanc expositionē, etiā illos dies, qui iudicant morbos acutos ex decidentia noiatos, dicemus es se numero quadragēta, cum idē loquēdi modus in vtriusq; sit: hic quidē, cum ait, Morbos acutos i quatuordecim diebus iudicari: in Prognosticis aut, cum dicit, Quicūq; morbi com febribus sunt, in quadragēta diebus iudicantur. Verum hi non inueniētes, quo modo possint ostēdere vtrōsq; sermones, & hunc, q in aphorismis scribitur, & illum, qui in Prognostico legitur, sibi inuicem esse concordēs: hanc absurdam excogitarunt expositionem. Neq; enim quatuordecim sunt vsq; ad quadragēsimum dies iudicatorij, sed cum intercidentibus quidē plures, absq; illis vero pauciores, quę admodum clare in nostra ostēditur de diebus iudicatorijs tractatione. Sed & ipsa rerum natu ra suffragatur sermoni, quo dicitur acutos morbos habere terminum iudicationis quartumdecimū diem. Nullus enim inuentus est vnquam ab initio velociter motus, hunc transgredi termi num, qui non aliquod ex quatuor iam dictis iudicijs vnum acceperit: sicuti quidam leues ac par ui circa primos dies existentes, quarto aut quinto die acuti fieri incipientes, ad decimumseptimū terminarunt. Alij vero sexto aut septimo die exacui incipientes, ad vigesimum terminarūt: adeo vt morbi continui acuties nunquam possit plures, quā quatuordecim, obtinere dies. Ex ijs ve ro, qui motus habent inæquales, multi extenduntur vsq; ad aliquod tempus vltius p̄finitum. Dico autem inæquales habere motus, eos, qui aliquot diebus vehementiores fuere, postea sine ali qua significatiōe t̄p̄pauerunt, deinde rursus ad acutiū continuitatem acceperūt. Si q; igitur, vt di xi, faciat in ægrotantibus obseruationem: omnes inueniet, qui per duas integras septimanas velo citer mouentur, nunquam ad vltiorem progredi terminum.

Septenorum quartus est index. Alterius septimana octauus principium. Est autem & vndecimus contemplabi lis: ipse enim, quartus est secundę septimana. Rursus vero & decimus septimus cōtemplabilis: ipse siquidem quartus est a quatuordecimo, septimus vero ab vndecimo.

Indices, hoc est *ἑπιδήκτοι*, & contemplabiles, hoc est *θεωρητικοί*, solet Hippocrates noiare dies in quibus aliquod signum apparet futurę iudicationis indicatiuū, in altero aliquo iudicantium die rum, quos ipse in Prognosticis, vnamquāq; septimanam in duas diuidens partes, per quaternarios digessit. Primum itaq; quaternarium septimi diei, siq; ab initio numeret, indicem esse ait: vndecimum aut quatuordecimū, qm̄ & hic secunda septimana in duas partes diuisa idēx prouenit. Ea dem ratione & decimusseptimus vigesimi est idēx ex diuisione tertię septimanę i duas partes. Il lud tantum interest, quod hanc tertię septimanam secundę cōiungit, quāuis primam a secunda separauerit. Nam eius initiuū diem octauum esse dixit, non tamen tertię quintumdecimū, quem admodum non nulli post ipsum existimarunt: qm̄ neq; vigesimum primum, terminū statuit, sed principium quidē tertię septimanę quartumdecimum, finē aut & terminum vigesimum. Cur aut duas primas septimanas secundum diuisionem inuicem ordinauerit, tertiam vero secundę fm̄ continuitatem, in libro de diebus iudicatorijs docuimus. In presentia vero sufficit ēt sine cau sa nouisse, quod experientia cōprobat. Nam ipse Hippocrates plurimos ægros secundum talem ordinem dierum iudicatoriorum in libris Epidemiorum scripsit fuisse iudicatos. Dico aut secundum talem ordinē, vt primę tres septimanę ad vigesimum, sequētes tres ad quadragēsimum per ducantur. Sic enim & sexagesimum & octogesimum diem iudicatorios habebimus, & ipsos ex perientia confirmatos, quę admodum in libris de diebus iudicatorijs ostendimus, illos, q in libris Epidemiorum notantur iudicati secundum talem dierum ordinē, describentes. Sed, ægros illos quoniam longum esset hoc in loco sermone complecti: sufficet sola ex Prognosticis verba in hūc modum se habētia subscribere: Febres iudicantur in eisdē numero diebus, in quibus etiam homines liberantur & pereunt. Nam mitissimę febres, & quę tutissimis signis incedunt, quarto die finitū tur, vel

A tur, vel antea: malignissimę aut, & grauissima signa p̄ se ferētes, quarto diē interimūt, aut prius. Primus igitur earū infultus ita terminat. Secundus vero ad septimū ducit. Tertius ad vndecimū: Quartus ad quatuordecimū: Quintus ad decimumseptimum: Sextus ad vigesimū. Hi igitur p̄ qua tuor ex acutis ad vigesimū ex adiectione finiunt. Hęc verba ostēdunt manifeste, q̄ tertię septi manam per continuitatē secundę annumerat, & q̄ decimamseptimam indicem facit vigesimę.

25 *Aestivę quartanę magna ex parte breues, autumnales longę, & maxime quę hyemem attingunt.*

Non solum quartanę breues aestate sūt, sed & ægritudines alię, propterea q̄ humores super flui fundunt, & per totū corpus ferunt, atq; diffiant. In quibus igitur vires validę sunt, noxijs hu moribus euacuatis, morbi cessant. In quibus vero sunt imbecilles: dū noxijs succi euacuant, vnā etiā ipsę dissoluunt. Quare non absq; ratione nulli morbi aestate sunt lōgi. Hippocrates vero de so lo omniū longissimo fecit mētionem, tanquam per exemplum de omnibus alijs ex isto indicans. Sicuti aut estate & discuti humores, & vires dissolui cōtingit: sic hyeme cōtraria eueniūt, & humo res intus tanquā in latebris remanere, & vires seruari robustas. Neq; igitur morbi soluantur manentibus ijs, qui eos efficiūt, humoribus, neq; ægroti moriūtur viribus interim sufficientibus.

26 *B Febrem conuulsioni superuenire melius est, quā febri conuulsionem.*

Ipsę Hippocrates in sequentibus dicit cōuulsionē fieri ex repletionē, & euacuationē. Cū igitur aliquē sanum cōtingeret repete cōuelli: huiuscemodi cōuulsionē necessariū est ex repletionē fieri. replētur aut nervi frigidis & glutinosis humoribus, ex quibus etiā nutriuntur: vnde conuulsionem patiūtur. Hisce igitur febris superueniens, solita est magna ex parte calefacere, extenuare, atq; dis soluere. Si vero ex febribus adurētibus, totū corpus excicetur, & nervis deinde ex siccitate cōuul sio accidat, maximū est malū, & penē insanabile, qm̄ lōgū quidē t̄p̄s exigitur ad siccitatē neruorū remouēdā, vehemētia aut morbi t̄p̄s nō expectat, sed cito vires dissoluit, & subito exitium affert.

27 *His, quę non ex ratione leuant, nō oportet fidere: neq; multum formidare mala, quę præter rationem eueniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neq; multum durare & permanere consuevere.*

Sermo quidem integer de talibus omnibus in libris de Crisibus dictus est, nunc vero, quantū ad propositorem expositionē satis est, a nobis dicitur. Cum morbus inuadit vehemens, & mox subito quescit, non modo per sudorē, aut vomitum, aut alui excretionem, aut profluuiū sanguinis corpore nō euacuato, sed ne viso quē signo cōctionis: existimandū est signum infidum talē quie tem ēē: sicuti ēt, si quis præter rationē sp̄ret difficulter, vel delirēt, vel febricitet vehementius, vel magno rigore corripiatur. Nam & hęc quoq; firmitatem non habent: t̄tumq; abest, vt malum ali quod significant, vt non nūquam bonum iudicium haud ita multo post futurum enunciet. Quo modo autem hęc oporteat dignoscere & præcognoscere, in libris de Crisibus diximus.

28 *Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil minui: vel etiā plus, q̄ ratio postulat, collique scere, malum. Hoc enim morbi longitudinem, hoc vero imbecillitatem significat.*

Hęc verba non omnino leuiter/distinctionis gratia apposuit Hippocrates. Si enim simpliciter dixisset, Febricitantium permanere corpus, & nihil minui, malum: sermo careret veritate. Cōtin git enim in tempestate frigida cuiquam ex plenitudine egrotanti, non collabi corpus, neq; exte nuari, cum febres parę fuerint: sed, cū maiores fuerint, multam adesse plenitudinem significat. Colliquescere aut plus, quā ratio expostulat, malum: etiā si non adijciatur / nō omnino leuiter. Siue enim leuiter febricitauerint, siue nō, signum imbecillitatis est ea, quę fit præter rationē exte nuatio. Neq; enim putandum est verbo *συντηκεσθαι*, i. colliquescere seu cōtabescere, in proprio si gnificato nunc Hippocratē vsum fuisse, sed magis abusum. Recte aut dixit in secunda parte apho rismi, magis, q̄ ratio expostulat. & melius est hęc quoq; verba priori parti aphorismi adaptare, ita vt totus sermo talis efficiat: Febricitantium nō oīno leuiter, pmanere corpus plus, q̄ ratio postulat, vel etiā colliquescere magis, q̄ ratio expostulat, malū: vt cōiter de vtrōq; prædicet / magis, quā po stulat ratio. Siue enim permaneāt magis, q̄ ratio expostulat, siue extenuentur, malum est. Melius autē fuisset, si hoc, quod ait / magis, q̄ ratio postulat / quibus finibus scopis ve iudicetur, aperuisset. Verum, quia hęc doctrinę modus aphoristicus est, & summam cōfectatur breuitatem: nos expo nentes verba, secundum rationē, ad febris magnitudinē referemus, ad tēpus ægritudinis, etatem, regionē, tēpus anni, & illam, quę tunc viget, temporis constitutionē, & præterea ad sensibiles eua cuationes, vigilias, curas, inedias, & motus plures. Nam maiores febres magis & citius corpora extenuant ægrotatiū, sicuti & diuturnitas morbi, & ex atibus puerilis, atq; decrepita: sed alia ambę ratione. In pueris enim pp caliditatē atq; humiditatē multum defluūt, atq; extenuātur cor pora: in decrepita vero ætate hoc idē patiūtur propter potentie imbecillitatē. Ex regionibus au tem, & anni tēporibus, ac constitutionibus, calidę quidem ac siccę magis euacuant, humidę vero ac frigidę magis astringunt, ac diffilare corpora atq; extenuari non sinunt. De sensibilibus autem euacuationibus quid dicere oportet: Neminem, n. ignorare arbitror, vt merito ex profluuiō san guinis

guinis multo, atque sudoribus plurimis, & urina superfluenta, vel vomitu, vel alui excretionem, cito corpus extenuetur. Accedit autem dictis causis & inedia: vigiliaeque & cura sufficienter extenuant, ut & plures motiones: sed haec raro febricitantibus adsunt, nam magna ex parte iacent quietes. Verum aliquando contingit moveri aliquos, qui itinere coeperint febricitare, vel urgente necessitate, vel studio domum revertendi. Sed & ex delirio quidam aegroti iugiter exurgentes, vel iacentes quidem, sed continuo parte aliquam corporis commouentes, aut et delira loquentes, intra paucos dies extenuantur. Haec quidem omnia aegrotos reddunt macilentos, sicuti & contraria his corpus in maiori mole conservant. Signum autem nullum ex his est virium imbecillitas, sed singula sunt tantummodo causae. Nam, sicuti ex eis corpus cum ratione extenuatur, sic & vires destruantur. Absque his autem corpus praeter rationem extenuari, signum esse virium imbecillitatis Hippocrates inquit: quam & in valde senibus pro causa assignantes celerrime ipsorum corpus extenuari dicebamus. Neque mirum videri debet in iis, qui ita se habent, imbecillitatem quidem causam esse extenuationis, extenuationem vero esse signum imbecillitatis. Hoc enim contingit in omnibus, quae faciunt, & fiunt. Haec quidem est sententia Hippocratis, semper existimantis eam, quae est contra rationem, extenuationem signum esse imbecillitatis. Nos vero adiciamus eius sermoni & aliam dispositionem, quae causa est in febribus extenuationis. Est autem haec humorum quidem tenuitas, corporis vero raritas. Cum enim haec ambo conuenerint, celerrime corpora extenuantur per eam, quae diffusio insensibilis nominatur: Sicuti in dispositione contraria, crassitudine humorum, & corporis spissitudine neque fit humorum euacuatio, & permanere corpus, & nihil tunc minui de ipsius mole contingit. Hanc itaque dispositionem ostendit Hippocrates in prima parte aphorismi per ea verba, Longitudinem morbi significat: Alteram vero contrariam praetermisit: sed nos & hanc adicientes, iam totum sermonem integrum proferamus, quantum fieri potest, breuissime dictum: Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil imminui, vel plus, quam ratio postulat, colliquefcere, malum. Nam permanere, ex cutis spissitudine accidit & crassitudine humorum: & propterea longitudo morbi significatur. Colliquefcere autem non nunquam fit ob humorum tenuitatem & cutis raritatem, contingit vero & ob solam virium imbecillitatem.

Cum morbi inchoant, siquid mouendum videtur, moue: cum vero consistunt ac vigent, melius est quiescere.

Cur Hippocrates hoc consulat, sequenti indicat aphorismo, quem si quis nuper dicto annexerit, totum sermonem tale efficiet: Cum morbi inchoant, siquid mouendum videtur, moue: cum vero consistunt ac vigent, quiescere melius est. Nam circa principia ac fines, omnia debiliora sunt, circa vigores autem fortiora. Oportet autem his adijcere verbum/symptomata/hoc est casus, nam de his dictionem omnia attulit. Dispositio siquidem, ex qua casus generatur, quam & morbum nominamus, non omnino in vigoribus est fortior: verum in iis, qui saluari debent, melior multo, quam in morbi principio: in quibus est Hippocrates nunc consulit, ut quiescamus, in morborum initiis, si quid videtur, mouentes. Nam in morbis exitiis, non modo quando sunt suo vigori vicini, sed etiam in prioribus temporibus nihil mouere oportet: recordantibus nobis, quod deploratos non oportet attingere, sed relinquere, & morbi finem tantummodo praenunciare. Circa initia vero illorum morborum, in quibus speramus aegrotum conualiturum, tentandum est maiora afferre remedia: de quibus Hippocrates dixit: Si quid videtur mouendum, moue. Sunt autem haec, maxime quidem venae sectio, non nunquam vero & purgatio: quorum neutrum oportet morbo iam consistente adhibere. Ut enim in libro de Crisibus manifestauimus, coctioes morborum tunc maxime fiunt. Ut igitur haec citius eueniant, melius est in principiis euacuare, quo minorem iam factam materiam facilius natura possit concoquere. Morbo autem consistente, cum iam natura concoxit, superfluum est euacuare, cum propter alia, tum quia vis animalis maxima ex parte eo tempore est fatigata, licet quam maxime duae aliae, vitalis, ac naturalis, fortes persistant.

Circa initia & fines, omnia imbecilliora: circa vigores vero, fortiora.

Casus omnes circa principia & fines ait esse imbecilliores, accessiones videlicet febrium, & vigiliis, atque dolores, & fastidium, & sitim: sicut ipsas dispositiones, in quibus haec fiunt, ubi morbi consistunt, necesse est esse meliores in iis, qui debent sanitati restitui.

Eius, qui ex aegritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum.

Oportebat & hunc aphorismum, & illum, qui sequitur, adiunctum esse illis, qui supra scripti sunt, ubi dicebat: Si quis a morbo cibum assumens non corroboratur. In illo igitur aphorismo, pro verbo *εὐδαιμονοῦται*, i. bene cibatur seu bene vescitur, inquit cibum assumere, de casu aliquid docuit, scilicet non corroborari. Hic vero, cibum assumere, commune vtriusque seruauit: casum autem variavit, quoddam illi scribens proportionale. Nam huic non corroborari/hoc, nihil proficere corpus/simile quodam modo est. Illud enim potentiae nostrum corpus regentis, hoc vero ipsius corporis affectio est. Euenitque profecto, ut corpus non bene alatur atque proficiat, interdum quidem ex potentia, quae ipsum nutrit, imbecillitate, non nunquam etiam ex malorum humorum abundantia.

Omnes

32 A: Omnes ferè, qui male se habent circa initia, bene cibati, nec quicquam proficientes: circa finem versus cibum non appetunt, qui vero circa initia cibum valde non appetunt, postea bene appetentes: id melius euadunt.

Hic etiam aphorismus de iis esse dictus videtur, qui ex morbo conualescunt. Non proficere enim, de his dicere consueuerunt cum alij, tum Hippocrates ipse. Si quis igitur bene ab initio cibatus non nutriatur: quam ob causam hunc subit affectum, ob eadem rursus fit male appetens cibum. Causa vero, propter quam bene ab initio cibati nihil proficiant, est totius corporis vitium cum partium appetentium robore. Verum processu temporis ob cibi multitudinem aucto in toto corpore vitio, ipsum etiam appetendi instrumentum male se habebit: quare inappetentes fient, qui prius bene appetebat, quos recte *εὐδαιμονοῦται*, i. bene cibatos nominauit. Dixerat autem hoc ipsum in praecedentibus aphorismis hoc modo: Quod si non assumente cibum hoc fiat, scire oportet, quod indiget euacuatione. Porro eos, qui ab initio male appetunt adeo, ut parum assumant omnino cibi, postea vero ad contrarium transeunt, melius permutari inquit. Hoc vero ideo euenit, natura eo tempore, quo parum cibi assumebant, ipsam, quae causa erat inappetentiae, dispositionem concoquente.

33 B: In quouis morbo mente constare, & bene se habere ad illa, quae offeruntur, bonum: contrarium vero malum.

Neque, cum aliquod bonum dixerit eorum, quae ad corpus attinent, omnino existimandum est ex eo hominem reualiturum: neque, cum malum dixerit, omnino moriturum. Nam fieri potest, ut bonum signum a maiori malo superetur: & malum a maiori bono vincatur. Tales itaque enunciationes intelligentiae sunt de eo solo, quod dicitur. Dicitur autem signum esse bonum, quantum in se ipso est, hoc aliquid: & signum malum, quantum in se ipso est, hoc aliquid. De morte autem ac vita oportet omnium signorum vires prius bene perpendentes, ita pronuciare, quemadmodum & ipse in Prognosticis consulit. Sic igitur & nunc, Constare mente, & appetitum permanere, bonum est signum in quouis morbo. Quaedam enim non in omni morbo bona sunt, ut ipse consuevit nobis significare, inquit: Spirandi autem facilitatem putare oportet valde magnam habere vim ad salutem in omnibus morbis acutis. Quod autem constare mente, bonum sit signum, ex isto cognosces: Quae ad cerebrum attinent, atque eius membranas, & spinalem medullam, necnon & septum transversum, & omnino partes nervosas, ac praesertim, quae sunt iuxta cerebrum, sana esse omnia significant ex mentis constantia: sicuti & quae ad ventrem attinent & hepar & cor, ubi adest promptitudo ad cibos, qui offeruntur. Cum vero haec omnia robusta sunt, non parua spes de aegroti salute haberi potest.

34 C: In morbis minus periclitantur, quorum natura, aut aetatis, aut habitus, aut tempori magis congruit morbus, quam quibus secundum nihil istorum congruit.

Cum natura multis dicatur modis, accipienda nunc est in eo significato, quo multis in alijs locis vsus est, & in toto libro de natura hominis, in quo eam, quae fit ex primis elementis, temperaturam, naturam nominat: ac si ita diceret: In morbis minus periclitantur, quorum prima corporis temperatura, vel ei, quae nunc ratione aetatis, aut habitus, aut temporis adest, magis congruit morbus, quam quibus secundum nihil istorum congruit. Calidae enim natura, & aetatis, & habitus, & temporis, & anni constitutioni, & regioni, morbi calidiores sunt congruentes: frigidioribus vero frigidiores: eadem ratione & siccioribus sicciores, & humidioribus humidiores. Contrarium autem est a Diocle dictum, item in libro de septimanis, cuius auctores opinantur incitari quidem a similibus morbos, solui vero a contrariis: quoniam & ab ipso Hippocrate scriptum est contrariis morbis contraria esse remedia. Putant igitur febrem ardentem factam hierno tempore, facilius posse sanari ea, quae fit in aestate: non aduertentes, quod vehemens dispositio causa est, ut febris ardens hyeme fiat: neque enim ab initio facta fuisset, nisi causa potentior, temporis contrarietatem superasset. Cum igitur anni tempus cohibere non potuerit causae magnitudinem, quamuis habeat sanitatem sibi suffragantem: multo minus ipsam morbo iam facto superabit, non amplius assistente sanitatis robore. Sed & hoc est ipsa compertum experientia. Nam duarum febrium ardentium magnitudine parium, illa, quae aduenit hyeme, est perniciosior: sicuti, quoniam in calidiori temporis constitutione ortum quidem habuerit, subita autem ad frigus mutatio facta fuerit, non parum iuuatur haec febris ardens ab ambientis aeris frigiditate: cum ipsi vtraque temporis constitutio bona sit, prima quidem, in qua morbus factus est, tanquam signum: altera vero, in qua solutus est, tanquam causa. Haec igitur omnia magis attestantur, & non aduersantur sententiae aphorismi: sicuti neque illud: quod rauedines & grauedines in valde senibus non coquantur: quamuis haec passiones senili aetati maxime congruant. Primum etenim non idem est, quod aliquid non concoquatur, & quod sit periculosum: Deinde, quod non simpliciter senes dixerit, sed cum adiectione/valde/Omnia enim in his sunt periculosa, ob virium imbecillitatem. Sed neque illud, quod scribitur in primo Epidemiorum. Et maxime moriebantur, qui sibus natura vergebat ad phthisim: iis, quae dicta sunt, aduersatur. Neque enim eam, quae fit ex elementis, nunc dixit temperaturam, sed corporis formam: est enim, ubi & haec, naturam nominant. Et, sicuti verum est calidam temperaturam minus in morbis calidis periclitari: ita, qui angustum peccus habent, non solum magis incidere in phthisim, sed etiam, ubi incidere, periclitari. Non nulli

Extra ord.

Cc quidem

quidem, qui aphorismos exposuerunt, talibus decepti suasionibus, illum congruere naturæ agro- E
tantis morbum dixerunt, qui sit temperatura contrarius, quasi aptior esse diceretur: multum (vt
ostendimus) & à veritate ipsa, & ab Hippocratis sententiâ deuiantes.

In quouis morbo partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes, crassitudine habere melius est: Vehemens 35
autem extenuatio & eliquatio, prauum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculosum.

Partes oēs, quæ ad epigastrium, i. abdomen, attinent, omni vacare dispositione, quæ sit præter
naturâ, oportere est manifestum. Et hoc in prognostico dictum fuit, vbi his vti verbis: Hypochondria
optimè est absq; dolore esse, & mollia, & æqualia. Sed & ex his ipsis quæ sã sunt tenuiora, quædã
crassiora: de quibus nunc sermonem habet: quæcunq; quidem crassiora sunt, hæc meliora esse in-
quiens: quæcunq; vero tenuia, mala, & tanq; signa videlicet, & tanq; causas. Signa. n. sunt imbecil-
litas in partibus eliquatis. Causæ vero, q; coctio bona ciborum non fiat in ventre, neq; sangui-
ficatio in hepate. Etenim vtrunq; ex his mēbris à crassitudine dīctorum corporū concalescētum
iuuatur. Tantum igitur, vbi eliquata fuere, par est, offendatur eorū operationes, quantū integris
ipsis iuuabantur. Quod autē earum, quas diximus, partium tenuitas ad inferiores purgationes sit
periculosa, manifestum est. Oportet. n. omnia, quæ sunt infra thoracem, esse robusta, vt bene pur-
gationibus seruiant: alioqui magna incōmoda patiuntur. Cur autem de solis inferioribus purga-
tionibus fecerit mentionē, dignum est querere. Superiores enim, hoc est, quæ per vomitum fiūt,
sunt ijs, qui ita affecti sunt, periculosa. An has quidē tanq; manifestas prætermisit, illarū vero com-
meminuit, vt de quibus magis posset dubitari: Imum autē ventrē (græce ἄστρον) proprie noiat & ap-
pellat regionē ventris imam, quæ vmbilicū ac pudēda interioret: ita vt in hæc tria totū abdomen
diuidatur, in hypochondrium, & loca ad vmbilicum attinentia, & ventrem imum.

Qui salubritatē corporis habet cū per medicamēta purgātur cito exoluuntur: & qui prauo utūtur cibo. 36

Qui salubritatem corporis habent, non absq; ratione in medicationibus cito exoluunt. Colli-
quantur enim, non purgantur. Qui vero vitioso vtuntur alimento, ob malorum humorum super
abundantiam facile exoluuntur in purgationibus. Siue autem illud, quod exterius assumitur, si-
ue quod in corpore continetur, vitiosum alimentum nominet: vterq; sermo veritatem habet, qm
cibi vitiosi soleant sanguinem gignere vitiosum. Sic ergo etiam vitiosi dicuntur per relationē ad
sanguinem, qui debet ex eis generari.

Qui bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes. 37

Non cuiuscūq; medicamēti assumptionē solet Hippocrates medicationē nominare, sed tali vo-
cabulo in solâ vitur purgatiōe. Verum superior aphorismus, casum vnū, qui in ea sit, manifestat.
Cito. n. inquit exoluit in purgationibus, qui corporis habent salubritatem. In hoc autē generali
vocabulo de eisdem ostendit, inquiens hos difficulter ferre medicationem. Nam & vertigines &
tormina patiunt, & difficulter his purgatio procedit, & præterea celeriter exoluuntur. Fiunt autē
hæc omnia purgatorio medicamento proprium quidem attrahere humorem appetente, vel fla-
uam bilem vel atram, vel pituitam, vel aquosam superfluitatem: quia vero iste non adest, sangui-
nem colliquat ac carnes, vt ex ipsis, quod sibi proprium est, attrahat.

Parum deterior potus & cibus, suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus est præferendus. 38

Non ob id solum hoc est faciendum, vt agro gratificemur, sed etiã, quia vtilius ipsi existit. Nã,
quæcunq; cum voluptate assumunt, ista ventriculus amplexat, & facilius concoquit: sicuti illa, q;
displicent, refugit, vt ad quæ vel nausæ, vel flatus, vel fluctuationes subsequantur: quod quidem
in pluribus cibus bonos succos habentibus fit. Quãdo igitur cum voluptate assumitur cibus, qui
paulo deterior est, non modo non manet deterior, sed quandoq; redditur melior.

Senes iuuenibus magna ex parte agrotant minus. Qui vero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comi- 39
tantur ad mortem.

Non omnes senes minus agrotant, q̄ iuuenes. neque enim oēs maiorem habent circa victū cō-
tinentiam, qui vero nō habet, magis agrotat, vt qui iuuenibus sint debiliores. Quod vero plures
ex morbis diuturnis ipsos ad mortē comitatur, clarū est. siquidē & vis est imbecillis, vt neq; mor-
bos facile coquere possit: & oēs morbi diuturni, frigidi sunt: vnde & magis senibus, q̄ iuuenibus,
accidunt. Omnes siquidem congruentibus naturæ suæ morbis facilius corripiuntur.

Raucedines & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt. 40

Si simul iunxerimus ambos aphorismos, vtriusque sermo talis erit: Senes iuuenibus magna
ex parte agrotant minus. Quicunque vero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitan-
tur ad mortem. Raucedines igitur atque grauedines in valde senibus coctionem non admittunt.
Ita vt hic aphorismus sit veluti exēplum quoddam antecedentis. Neq; enim hi soli morbi senes
comitantur

A comitantur ad mortem, sed nephritis, id est passio renum, podagra, morbus articularis, coxendicū
dolores, & quæ laxiori intestino ac spleni frigidæ insunt dispositiones: & præterea crebri anhelitus
(quos Græci asthmata noiant) tussis, dorli curuatiōes, recuruationes, & obliquationes, demū
quæcunq; alia morborum genera ex frigidis humoribus ortum habent: quæ in quibusdam iuue-
nibus, nedum in senibus, difficulter coquuntur.

41 Qui frequenter ac fortiter absq; causa manifesta exoluuntur, repente moriuntur.

Non omnes, qui exoluuntur, repente moriuntur, sed si tres distinctiōes adieceris, vnã quidem
primam, vt sapius hoc patiantur: secundam, vt fortiter: tertiam, vt sine causa manifesta. Nam mu-
lier quædam longum in balneo tempus commorata, frequenter exolebatur ob temporis diu-
turnitatem, & quoniam balneo magna ex parte ligna succendebatur vitata: verum non erat hoc
mōrbi signum, cum causam haberet manifestam. Altera vero, quam vteri affectus infestabat, hoc
idem patiebatur. Quidam alius, si diutius inediã tolerasset, dum lauaretur, exolebatur. Alteri
etiam, si per horam lauaretur, idem accidebat, nisi prius aliquid panis assumpsisset. Quibus oibus
aut debile erat, aut sensum plurimum habebat os ventriculi. Quicunq; vero nulla tali de causa se-
pius ac fortiter exoluuntur, ij ob virtutis vitalis imbecillitatem hoc patiuntur: sicut & ille, cui, dū
exolueretur, cor fortiter palpitabat, atq; hic repente mortuus est, nō aliter, q̄ illi, qui acutissimis
cordis affectibus, quos syncopas vocant, arripiuntur.

42 Soluere apoplexiam, fortem quidem impossibile: debilem vero, non facile.

In apoplexijs totum corpus repente sensu priuatur ac motu, solus restat anhelitus: qui si & ipse
prohibeatur, maxima est & acutissima hæc apoplexia. Quicunq; vero respirant quidem, sed ma-
gna cum vi: fortis adest istis apoplexia. Fortis autem adest & illis, sed minus, qui neque intentum,
neq; violentum, inæqualem tñ, atq; exordinatum ac præterea intermittentem habent anhelitū:
sicuti, in quibus aliquē seruat ordinem, debilior existit: & si omnia fiant, quæ sunt necessaria, citō
curatur. Omnes autem apoplexiæ fiunt vi animali non potente desfluere ad partes infra caput exi-
scentes, aut propter aliquam dispositionem inflammatoriã, quæ in ipso cerebro sit cōstituta, aut
ventriculis ipsis oppletis humore pituitoso. Verum causæ magnitudinē, etiam passionis magni-
tudo consequitur. Magna autem ex parte curationem non admittit, propter respirationis læsio-
nem. Ac mirari licet, quo modo omnibus alijs musculis motu carētibus in apoplexijs, illi, qui tho-
racem attollunt, quamuis difficulter, moueantur tñ plerunq;. Videtur autē hoc fieri propter respi-
rationis necessitatem, quæ neruorum vim excitat ad operationem. Et ob hanc ipsam causam, ma-
gna ex parte musculi omnes, qui thoracem mouent, in apoplexijs operant, etiam si raro prius om-
nes operarentur: quemadmodum in vehementibus exercitijs in quibus anhelitus plurimus est
necessarius. Verum in apoplexijs non ob id, q; sit adaucta necessitas respirationis, sed quia vis est
imbecillis, ideo oēs musculi thoracis simul coguntur operari: quemadmodum & alioqui in ijs, q;
cū febre vires habent imbecilles, ob hanc ipsam causam omnes mouere coguntur seipos, in sum-
mam effatu dignam, ex omnibus operationem colligentes.

43 Qui strangulātur ac dissoluuntur, nondū vero mortui sunt, non referuntur, quibus spuma circa os fuerit.

Omnis spumæ generatio ex duarum substantiarum mistione conficitur, altera spirituoſa, alte-
ra humida. Fit autem earum mistio ambabus in multas partes perfractis, multisq; mutuo com-
plexu paruis ampullis ab ipsis effectis. Cum vero tenacem habueris is, qui perfringitur humor,
consistentiam, quo spiritum circūplectente, ampullas contingit generari: non facile dissolubilis,
sed stabilis spuma perficitur: qualis maxime currentibus equis, vel ira percitis apris, circa os ag-
gregatur. Ambarum vero substantiarum contractum ac mistionem facit non nunquam quidem
motus violentus vel vtriusq;, vel alterius tantum: non nunquam vero & fortis calor: nisi & hunc
dixerit quispiam spumam per motum operari. Verum homini ea, quæ manifesta videntur, cons-
sectanti tutius est dicere spumam duabus de causis generari: in mari quidem impetuosis ventis
agitato, ob impulsionis vehementiam: in lebetibus autem efferuescentibus, ob caloris vim. Sic
itaq; & in corporibus animalium, cum adsunt ex morbo comitali conuulsiones, vehementia
motuum solet spumam generare: in apris vero, calor: in cursibus autem equorum, vtraque causa
vigorem habet. Nam, cū non continue per respirationes aer intro atq; extra feratur: salua in ipsis
extenuatur, & aliquid etiam ex pulmone instar vaporis effertur, quod saluæ miscetur ac circū-
plicatur: vnde factam spumæ substantiam augeri contingit. Qui vero opinantur hanc spumam è
ventriculo prodire, aberrant. Neq; enim fieri potest, vt subito tota inde proueniat, cum neque eo
tempore animal euomat, neq; nauſeam vllam patiatur: citra quos casus quicq; efferri à ventricu-
lo est impossibile: & multo magis fieri non potest, vt plurimus aliquis vapor efferatur, eodem
modo, quo in expirationibus: cum nulla talis è ventriculo substantia efferatur, qualis è pul-
mone expiratur. Et sanè sanguis, qui quidem è pulmone educitur, spumofus est, similis visceri:
qui autem è ventriculo, neq; huic proximus est. Sed, quæ vnã cum sanguine è pulmone educitur
Extra ord. Cc ij spuma,

* In impræſis
est τὰς α. i. for-
te.

spūma, subito simul, & cum tussi educitur. Qui vero ex tali humore paulatim vapor expiratur, E non excitat tussim. Vbi autem laqueus collo circumdatur, necesse est quidem cordi atque pulmōni, ut fuliginosam expirat superfluitatem. Hoc enim a nobis ostensum est in libro de usu respirationis. Prohibente autem laqueo, totam violententer impellit, quo fit, ut pars propriae humiditatis vna expellatur, eodem modo, quo fit in sanguinis educationibus. Signum itaque hoc est exitiale, quoniam pulmonis violentiam significat, quam patitur, dum animal suffocatur. Praecipue vero hoc fieri rationabile existit, propter eam, quae ex corde ad ipsum impellitur, caliditatem: unde & caloris effervescētia, & motu spiritus violento, & vehementi pulmonis conatu ad educendum, spuma enata, signum est mortale. Non nulli tamen, quamvis raro, qui strangulantur, relati sunt, quibus spuma circa os apparuerat: & forte Hippocrates, non tanquam semper intereant, sed quod contrarium rarissime eveniat, ita pronuntiavit, quemadmodum & paulo antea ostenderat per alterum aphorismum, ita inquit: Quibus iuuenibus alius humida, istis senescentibus exiccatur. Nam eo in loco, magna ex parte, dicere praetermisit, quod tamen verbum in sequentibus adiecit, ubi inquit: Quicumque alius humidus habet, siquidem iuvenes fuerint, melius degunt istis, qui siccas habent: ad senectam vero deterius: nam senescentibus magna ex parte exiccantur.

Qui natura admodum crassi sunt, citius intereunt, quam qui graciles.

F 44

Eos, qui a prima aetate crassi sunt, & graciles invicem comparans, de crassis pronuntiat, quod cito ad mortem perveniunt, magis, quam graciles. Optimum siquidem est, bene carnosum esse natum, hoc est ita comoderatum, ut neque crassitudo adsit, neque gracilitas. Tales enim possunt ad longam senectam pervenire. Si vero a mediocritate recedatur, melior ad gracilitatem, peior ad crassitudinem excessus est. Angustae sunt enim horum arteriae ac venae, atque ob id paucum omnino sanguinem, & spiritum habent: adeo ut, cum aetate processerint, celeriter in ipsis vel parva ob causam calor nativus destruat. Graciles autem hac quidem ratione non periclitantur: quia vero partes principales ita affectae sunt, ut nullum habeant munimentum, a causis exterioribus prompte offenduntur. Qui vero natura quidem mediocres erant, sed victu delicatiorē vitas postmodum crassi facti sunt, istis, licet caro atque pinguedo adnatae sint, venae tamen atque arteriae latae consistunt, atque idcirco in eis calor nativus minus ob noxius est extinctioni.

† maior est.

Quicumque iuvenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime aetatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque liberantur.

G 45

Morbus comitialis proximus quodam modo est morbo, quem apoplexiam appellant, cum idem locus in utroque patitur, & idem humor in causa sit. Verum apoplexia quidem ob omnimodam carentiam illius potentiae, quae ad nervos defluit, morbus autem comitialis propter motum vitiosum generatur. Frigidus autem & crassus humor ambobus est causa: atque idcirco iuvenum aetas calidam & siccam habens temperaturam, maximum affert auxilium istis, qui morbo comitiali laborant: sic & locorum proportionales mutationes, dico autem proportionales, quando ad calidiorē ac sicciorē rem commutantur: eodem modo & victuum. Neque enim victus mutatio qualibet morbum solvit comitiale, sed quae calidiorē & sicciorē corporis habitum efficit. Contingit autem simpliciter etiam vitae mutationem intelligere morbo comitiali prodesse, quoniam magna ex parte victus depravatus passionem generat: unde & mutatio multo ad melius perducit.

Duobus doloribus simul non eundem locum infestantibus, vehementior alterum obscurat.

H 46

Si quis eundem exquisitē locum intelligat, nunquam duo possunt in eodem fieri dolores: si quis vero late, possibile est. Dico autem late, circa membrum maius, veluti circa brachium, cubitum, femur, aut tibiam. Verum hi duo dolores simul augent loci afflictionem, cum neuter lateat aegrotatem. Si vero sint in locis diversis, alter quidem (si ita contigerit) in cubito, alter vero in tibia: tunc alterum ab altero obscurari contingit, cum vis sensibilis tota ad vehementiorem ducatur ac distrahat. Nam & hoc nobis in morboribus solet accidere, qui sunt & ipsi veluti dolores quidam solius animi sine corpore. Nam & horum, qui sunt vehementiores, occultant minores, modo non eadem e re ortu habeant: alioqui & illi seipso mutuo augent.

Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quam iam confecto.

I 47

Pus ex sanguine ortum habet, qui semimalam (ut quispiam dixerit) habet transmutationem. Nam mala simpliciter, cum putrefactione fit olida: sicuti, quae simpliciter optima, est ipsa nutritio partium animalis. at, quae pus generat, medium inter has obtinet locum, neque a solo calore extra naturam, neque a solo secundum naturam facta. Mistus enim quodam modo ex utroque est calor inflammationis. Fit autem dolor extensa simul ac calefacta praeter naturam inflammata particula: Febres vero sequuntur principio concalefacto: & haec ambo contingunt ex quadam veluti ebullitione atque exultatione sanguinis: qui ubi ex toto exustus fuerit, residuum eius fit pus, quemadmodum in lignorum exustione cinis: atque ideo tempore illo dolores sedantur ac febres praesertim cum pus fuerit

A fuerit excretum, utpote iam consumpta materia, extinctaque ignea caliditate.

48 In omni corporis motu, ubi laborare coeperit, quies statim lassitudinem aufert.

Verbū πονεῖν, i. laborare, significat dolere, significat & fatigari: & in utroque significato sermo verus est. Siue enim membra iam doleant ex multitudinē motionum, siue sint fatigata, ut vix iam agere aliquid possint, quies statim lassitudinem aufert.

49 Qui consueti solitis labores ferre, et si fuerint imbecilles & senes, non consuetis fortibus atque iuuenibus facilius ferunt.

Alius alij labor consuetus est, huic cursus vel alius aliquis motus cruribus factus, huic vero manus certa movere lege, siue quovis alio modo operari manibus, alijs fodere terram, vel remigare, vel arare, vel simpliciter quodvis aliud agere. Differunt autem omnes isti labores, quia vel plures, vel pauciores partes operantur, & quia vel magis, vel minus laborant: hoc tamen omnibus commune existit, quod partes exercitatae sunt robustiores, atque idcirco labores consuetos facilius ferunt.

50 Quae ex longo tempore consuetae sunt, et si deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insuetam permutari.

Non de solis exercitationibus hic sermo est, sicuti prior, verum de omnibus simpliciter consuetis hic aphorismus enunciat, cibis, potibus, balneis, illotionibus, vigilijs, somno, calefactione, frigectione, curis. Horum etenim singula minus nocent, cum fuerint consuetae, istis, quae natura quidem minus noxia sunt, sed nunquam in consuetudinem pervenerunt. Quod igitur ita se res habeat in exercitationibus: ad partium, quae operantur, robur refertur, ut ante diximus: in reliquis vero, quo modo fiat, iam dicemus. Cibi ac potus naturam aduētitiā efficiunt, maxime quidem in ventriculo, cum hoc vero et in alijs partibus. Nam, etsi quam maxime vincantur, & transmutentur a corpore, ipsum tamen quodam modo pro sui natura disponunt ita, ut processu temporis multa fiat permutatio, ac similitudo nutritorum ad nutrientia. Hoc enim ostensum est a nobis in libro de consuetudinibus: ostensum est etiam, quod vnumquodque facilius a similibus alteratur. Ob hanc igitur causam, quanto similis fuerit id, quod transmutat, ei, quod transmutatur, citius alterat ipsum. Saneque corpus ab alijs omnibus, quibus adheret, quodam modo afficitur, veluti in aere frigido, ac calido, densatum quidem a frigido, laxatum vero a calido: atque ideo consuetae facilius perfert, ab insuetis vero molestat. Si enim laxato corpori ob caloris adhaerentem repente frigus supervenerit: & in imas eius statim partes subintrat, & maxime offendit. Causa itaque de omnibus consuetis dicta est in libro de consuetudinibus. Quod vero experientia notum est, id iam noscimus: quod solum ab Hippocrate scriptum est, qui causam ascribendam non censuit. Nos vero ad eiusdem inventionem aliquas dedimus occasiones. Haec igitur dicta sufficiant, quantum ad primam aphorismi partem attinet. Quod vero in fine scribitur, in quo consulit transmutari quodam modo ad non consuetam, salubris gratia securitatis dictum est. Est enim omnis vniiformis consuetudo, periculosa: cum omnes homines inopinatis rerum fortibus subjiciantur. Ne igitur incidentes aliquando repente in nobis insuetae magnopere offendamur, satius esse inquit omnia tentare. Fit autem hoc non inhaerentibus nobis semper istis, quibus assuevimus, sed & non nunquam contraria tentantibus.

51 Plurimum, atque repente evacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quovis alio modo corpus movere, periculosum, quoniam omne nimium est naturae inimicum: sed, quod paulatim fit, tutum est, tum aliis, tum cum ab altero ad alterum transitus fit.

D Causam, ob quam plurimum aut repente evacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quovis alio modo corpus movere periculosum sit, ipse ostendit, inquit omne nimium esse naturae inimicum. Nam in elementorum commoderatione natura consistit: quare non absque ratione nimium omne, ut quod destruat commoderationem, animalis consistentiam dissolvit. Paulatim vero, inquit, implere scilicet, vel evacuare, & quaecumque alia subinde dixit, tutum est, cum aliis, tum maxime, cum ab altero, cui assuevimus, transimus ad alterum. Nam in antecedente aphorismo commisit & ad insuetam permutari. In hisce igitur permutationibus, quod plurimum existit atque repente, periculosum est fatis: quod vero paulatim fit, tutum.

52 Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem: non est transeundum ad aliud, stante eo, quod a principio visum est.

Non parva est opus scientiae, non transire ab istis, quae recte visa sunt, si nondum manifesta appareat utilitas ex his, quae ita facta sunt, sequi. Quae admodum enim gutta subiectam petram percutiente vix longo tempore sensibilis passio in lapide manifestatur: sic accidit etiam in crudis, & quae difficulter concoqui possunt, dispositioibus: in quibus, qui recta ratione inuenerit id, quod conducit: non discedit ab illo, quod primo faciendum existimavit, etiam si nihil appareat manifestum ex illius usu subsecutum.

Extra ord.

Cc iij Quicumque

Quicumque alios humidus habent, si quidem iuvenes fuerint, melius degunt iis, qui siccas habent. Ad senectatem vero deterius degunt: nam senescentibus magna ex parte exsiccantur. **E 53.**

Manifestus est hic aphorismus: & quicquid de eo dicere conuenit, prius est dictum in eo aphorismo, cuius principium, Quibus iuuenibus ventres humidus sunt, iis senescentibus exsiccantur.

Magnitudo corporis, iuuentem & quidem neque indecens, neque illiberalis: senectate vero inutilis, et deterior paruitate. **54.**

Magnitudo corporis proprie quidem nominatur, quæ longitudine, latitudine, profunditate moderantiam exuperat. Interdum vero & quod longitudine sola amplius auctum est corpus, solum magnum nominare: quamuis huic proprium nomen sit longum. Nam & aliquando, quod secundum latitudinem ac profunditatem ultra modum corpus est auctum, dicitur esse magnam, quamuis & hoc crassum proprio vocabulo nominetur. Si igitur magnitudinem corporis in proprio significato Hippocrates dixit, nihil deterior est in senectute, quam paruitas. Si vero vel longitudinem corporis, vel crassitudinem intellexit: hæc deteriores atque inutiliores senescentibus sunt: verum neque crassitudo est iuuentæ decens, neque liberalis. In sola ergo longitudine, quæ sit iuuentæ liberalis, senectate vero inutilis, vere diceretur. Ex hac enim senescentes gibbi fiunt, & vix possunt onus perferre: quod Hippocrates inutile dixit.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIUS TERTIUS.

In hoc tertio in Aphorismos Hippocratis commentario, eorum, quæ de temporibus atque ætatibus ab Hippocrate scripta sunt, expositionem faciemus: maxime quidem, quicquid est in ipsis obscurum, declarantes: (hoc enim est proprium expositionis opus) veritatem singulis etiam, quæ recte dicta sunt, demonstrationem apponentes, quoniam & hoc fieri in commentariis consuevit. Miror autem & hoc loco Lyci inconstantiam, scribentis quidem (vt ipse ait) expositiones Quinti præceptoris, nulli autem eorum, quæ de temporibus & ætatibus dicta sunt, probationem demòstratiuam apponentis, sed ad experientiam & obseruationem omnia referentis, cum tamen ipse in aliorum aphorismorum expositionibus rationalem adhibeat considerationem de ea, quæ in ipsis continetur veritate, non sola contentus experientia. Quod vero sola experientia non sufficiat ad talem contemplationem aggregandam, id & ipse Hippocrates ostendit, & in processu sermonis ostenditur.



Mutationes temporum potissimum pariunt morbos: & in quibusdam temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris: & alia pro ratione, eodem modo.

Mutationes temporum non nulli existimant dici, quibus inuicem commutantur, quasi successiones diceret. Nam hyeme ad ver transeunte, fit dicitur morborum generatio, de quibus ipse deinceps loquetur. Vere enim furores, atque bilis, & morbi comitiales. Vere rursus in æstatem desinente, quod est initio æstatis, febres continuæ (inquit) & tertianæ, & ardentes, & quæ subinde connumerauit. Et de autumnino atque hyeme similiter scripsit, vt inquit illi, qui pro eodem accipiunt mutationes & successiones. Sed verbum potissimum, quod aphorismo adiectum est, hanc expositionem non admittit. Nam in temporum adinuicem commutatione sicut quidam morbi generantur, eodem modo etiam solvuntur. & hoc ipse etiam Hippocrates dixit. Quare nihil magis successiones temporum pariunt morbos, quam solvunt. Quo modo igitur non fat fuit ipsi dicere, Mutationes temporum pariunt morbos, sed & potissimum addidit? Melius itaque fuerit ob hanc adiectionem per mutationes temporum intelligere eas, quæ fiunt secundum illorum temperaturas, alterationes. Hæc si quidem sunt, quæ potissimum generant morbos, quando multæ, alia post aliam, fiunt alterationes: quemadmodum in Epidemijs scripsit, & nunc etiam paulo post dicit. At vero vnius temporis alteratio sola efficit quidem morbos aliquos, non tamen potissimum. Quando igitur fiunt morbi potissimum ex vnius temporis alteratione: Quando contigerit magnam esse alterationem. & ob hæc causam ipse inquit. Et in quibusdam temporibus magnæ mutationes, vel caloris, vel frigoris, vel alicuius alterius, vt humiditatis, aut siccitatis, ventorum, aut horum defectus. Hæc igitur expositio recta est in ista scriptura. Inuenitur tamen & alia scriptura, quæ ita se habet: Mutationes temporum pariunt morbos maximos: potissimum autem & in quibusdam temporibus magnæ mutationes. Quæ scriptura nullam habet obscuritatem, iis præsertim, qui ea audierunt, quæ à me statim antea dicta fuerunt. Sunt vero & alia scriptura huius dictionis, quas intelliges, atque probabis, ab iis, quæ diximus, excitatus.

Naturarum

A Naturarum, hæc quidem ad æstatem, hæc vero ad hyemem, bene, male ve se habent.

Naturas hoc in loco dixit Hippocrates secundum principalissimum & proprium significatum, quod secundum ipsam maxime substantiam naturæ est. Dicebamus autem in præcedentibus ipsam esse temperaturam quatuor elementorum, humidus, sicci, calidi, & frigidi. ostensaque à nobis est in libris de temperaturis: Vna quidem temperatura bene temperata atque optima: male autem temperata atque vitiosa, octo numero, quatuor quidem qualitate vna excedente, calida, frigida, sicca, & humida: quatuor vero duabus, calida & sicca, calida & humida, frigida & humida, frigida & sicca. Ad æstatem itaque frigida & humida naturæ optime afficiuntur: ad hyemem vero calida & sicca: sicuti & male afficiuntur calida & sicca ad æstatem, frigida & humida ad hyemem. Perfectionissime igitur hæc naturæ, ad dicta tempora optime ac pessime afficiuntur: mediocriter autem, quæ aliquo modo à temporibus vel iuuuantur, vel offenduntur, sicuti humida & calida, æstate & hyeme: quoniam æstate quidem, quatenus humida est, melius afficitur: hyeme vero, contra, quatenus calida.

B Morbi quoque alij ad alia, bene, vel male se habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.

Inordinato quodam interpretandi genere mihi videtur vsus Hippocrates in hoc aphorismo. Nam melius vitæ ita dixisset: Morbi & ætates, alij ad alia tempora, & loca, & victus genera bene male ve se habent. Morbi igitur bene se habent ad tempora, vt ad generationem quidem, similes: vt ad solutionem vero, contrarij. Nos enim de hoc ipso determinauimus in expositione illius aphorismi, cuius initium est, In morbis minus periclitantur. Ætates autem, quemadmodum & naturæ, frigida quidem ad calida, calida vero ad frigida: Senum quidem, ad æstatem: iuuenum vero, ad hyemem. Eadem ratione & ad loca non morbi tantum, sed etiam ætates afficiuntur. Nam morbi calidi, in locis calidioribus magis generantur, & minus sunt periculosi: magisque sanæ sunt in frigidis regionibus ætates calidiores, & in alijs proportionaliter. Sic vero & ad victus genera, alij ad alia bene male ve se habent morbi, & ætates: Nam calidiores ad frigidiora, frigidiores vero ad calidiora, & sicciores quidem ad humidiora, humidiores vero ad sicciora bene se habent. Et, vt simpliciter dixerim, contrarij quidem ad contraria bene, similes autem ad similia male: præterquam si ætas temperata, & vitæ, & regionis, & loco temperato comparet. hoc. n. solo modo similes à similibus bene afficiuntur. Quæ vero plus à temperie recesserunt ætates, iis secundum temperaturam contraria loca & tempora & victus genera conferunt magis. Cui vero omnes morbi à temperie & modo recedant: generatio quidem à similibus locis atque temporibus, solutio vero à contrarijs fit.

C In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

Cum ratione fit hoc. Neque enim appellationes temporum, causæ morborum sunt, sed temperatura. Cum igitur ipsæ conuariant, necesse est & morbos conuariari.

D Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes. Quando huiusmodi tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. At, si aquilonia fuerit, tussis, fauces, alui duræ, difficultates urinae, horrores, costarum dolores, & peccoris. Quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.

Id quidem, quod fit, declarauit, inquit: Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes. Causam autem huius declarauit scribens: Vbi hæc tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. Semper enim oportet medicum distinguere & separare id, quod à causa extrinseca contingit, ab eo, quod morborum ratione fit: vt præcognitiones faciat diligentiores. Causam vero, ob quam austri reddant auditum grauiorem, & visum caliginosum, non est difficile ex eius temperatura cognoscere, quæ calida & humida est natura. Omnia etenim talia sunt apta replere caput. Ob hoc igitur & sensuum instrumenta plurima implent humiditate, & capitis grauitatem efficiunt. Principio autem neruorum humectato necesse est & circa voluntarios motus pigritiam euenire, & veluti in seipso dissolutum hominem apparere. Contra vero in aquilonijs (vt ipse inquit inferius) corpora redduntur fiuntque robustiora, vegetiora, ad motus promptiora, & melius audientia. Nunc vero hæc non opposuit iis, quæ ex austro circa corpus contingunt, quoniam in hoc aphorismo de læsione tantummodo, quæ ex utroque accidit vento, tractare proposuerat: vt hæc cognoscens, ab illis separemus, quæ ex morborum natura contingunt. In aquilonijs igitur (vt inquit) fiunt tussis, propter videlicet instrumentorum respirationi obseruentium intemperiem, & propter faucium asperitatem, de qua nobis insinuauit adiungens verbum illud/fauces/vt subintelligeremus, patiuntur. Nam solet interdum hoc modo loqui. Paulo post igitur inquit: Autumno & multi æstiuorum, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes. Licet autem & simul duo coniungentes legere, fauces, alui duræ, vt non nulli expostores legendum existimarunt. Nam fauces in aquilonijs constitutionibus apparent duræ, quoniam exsiccantur, ac refrigerantur: & venter inferior dura exernit, & propter temporis constitutionis temperaturam, quæ vergit ad siccitatem, toto corpore exiccato, & magis ipso ad seipsum trahente eas, quæ fiunt ex cibis humiditates. Sed & alia ratione, quoniam, cum longiori tempore maneat, &

Extra ord.

Cc iij non

non excernantur, omnia excicantur. Urinae etiam accidunt difficultates, vesica flatu aquilonis ob frigiditatem offensa. est enim exanguis: & propterea ex causis frigidis plus, quam aliae partes, ipsa est offensionis parata. Eadem aquilonis frigiditas etiam thoracis dolores efficit, ultra communem ad alias partes laesionem, illam quoque, quae fit ex respiratione, assumptis, quae non pari modo pulmonem attingit & cor, ob sui caloris multitudinem. Homines vero horridos fieri in aquilonis constitutionibus, clarum est, consentaneae videlicet aeris ambientis temperaturae.

Quando aestas sit veri similis, sudores in febribus multos expectare oportet.

Quemadmodum paulo antea dicebat: Quando die eadem aliquando frigus, aliquando calor accidit, morbos autumnales expectare oportet. Sic nunc rursus: Quando aestas sit veri similis, hoc est temperaturam habet commoderatam, expectare (inquit) oportet multos sudores in febribus, & hoc non sine ratione. Neque enim sine aeris ambientis calore multi sudores fieri possunt, neque absque hoc, quod aliqua redundans humiditas in corpore contineatur. Horum vero alterum adest in aestate, alterum in hyeme, in autumno autem neutrum, in vere utrunque. Rationabiliter igitur aestas, quae sit arida satis, assumit atque resoluit humiditatem: similis autem veri, ob caliditatem quidem attrahit ad cutem: ob humiditatem vero non potest per modum vaporis resolvere. Tota igitur humiditas in morborum iudicijs, dum affatim excernitur, sudores multos facit.

In siccitatibus febres acutae sunt: & si annus magna ex parte talis fuerit: qualem fecerit constitutione, tales magna ex parte morbos oportet expectare.

Non multas autem febres in siccitatibus fieri, sed acutas, quoniam paulo post inquit: Constitutionem anni, quod in totum dixerim, sicca tempora, pluviosis sunt salubria magis, & minus mortifera. quibus deinceps adiungens rursus inquit: Morbi in pluviosis temporibus magna ex parte sunt febres longae: non absque ratione. Nam aeris ambientis humiditas pituitosos acervat humores, & non paucas generat aquosas superfuitates: siccitas vero pauciores quidem humores efficit, sed qualitate biliosiores: & ob hanc causam febres numero quidem sunt pauciores istae, quae sunt in temporibus pluviosis, sed acutiores. Quae vero deinceps in aphorismo dicuntur, manifesta sunt.

In constantibus temporibus, cum tempestive tempesta redduntur: morbi constantes, & boni iudicij sunt: in inconstantibus autem, inconstantes, & mali iudicij.

Constantia tempora nominat, quae ordinatim suam recipiunt temperaturam. Quem vero constantem appellat annum, tibi licet discere ab ipso in libro de aqua, aere, locis, & regionibus, ita dicente: Si quidem pro ratione facta fuerint signa huiusmodi in orbitibus & occalibus syderum, & in autumno si aquae descendunt, & hyems mediocritatem servauerit, neque valde serena, neque frigore excedens, & vere aquae euenierint tempestivae, & aestate: sic par est annum fore saluberrimum. Postquam igitur, quale velit esse constantem annum, didicisti: facile est etiam inconstantem intelligere. Oportet enim, quae aliqua ex parte non serviant anni constantis ductum, ea nunc Hippocrates inconstantia vocat: & eos, qui in ipsis accidunt morbi, similiter appellat. Ait autem ipsos, difficulter, hoc est male, iudicari. Vel, nunc cum calibus piculosis iudicia in his morbis eueniunt, vel statim sunt periculosi, vel oino faciunt recidivam.

Autumno morbi acutissimi, atque exitiales, maxima ex parte. Verum autem saluberrimum, & minime exitiale.

Cum tempora convenienter serviant totam temperaturam, inter ipsa verum quidem erit saluberrimum. Morbos autem acutissimos, atque morbiferos, aliorum temporum comparatione autumno afferet, quoniam verum quidem bonam temperaturam habet. Autumno vero hoc in primis inest, quod eadem die aliquando calorem, aliquando frigus continet. Deinde, quod aestivo succedat tempori, in quo multis quidem humores affati fuerunt, quibusdam vero & vires debilitate. Non solum vero hac ratione autumnus malus est, sed etiam quia primum quidem humores movebantur ad cutem, atque diffabant: autumno vero ab aeris ambientis frigiditate, retruduntur, atque ad interiora impelluntur. Haec itaque sunt omnibus hominibus communia: istis vero, qui malo victu utuntur, hoc amplius accedit, quod aestivo tempore fructibus abundanter repleti, malorum humorum multitudinem generarunt.

Autumnus tabidis malus.

Damnauit quidem & aliter autumnum in antecedente aphorismo: nunc autem praecipue nocentem tabidis rursus vituperat: Vtrum vero solum illos nominet tabidos, quibus pulmo est excorceratus, an omnes quomodocumque colliquescentes, non possumus coniectari. Liqueat autem utriusque autumnum esse malum, cum sit siccus simul ac frigidus, & inaequalis.

De temporibus, si quidem hyems sicca & aquilonia fuerit, verum autem pluviosum & australe, necesse est aestate febres acutae fieri, & lippitudines (Graeci ophthalmias vocant) & intestinorum difficultates, praecipue vero mulieribus, & viris, qui natura sunt humidiores.

De alteratione, quae in temporibus fit, hic docet, ab hyeme quidem sicca & aquilonia initium sumens,

A sumens, vere autem pluvioso & austrino. Parua igitur quamuis sint tales mutationes, praeter naturam tamen sunt: quapropter & in aestate sequi aut hos morbos, febres acutas, & lippitudines, & intestinorum difficultates. Causam vero, ob quam superabundat in tali constitutione huiusmodi morbi, ipse explicauit in libro de aquis, locis, & aere. Verba autem eius se habent in hunc modum: Si hyems quidem sicca & aquilonia fuerit, verum autem pluviosum & australe, necesse est aestate febribus abundare, lippitudinesque & difficultates intestinorum aduenire. Quoniam enim aestate tempestiva, id est suffocatio seu aestus, repente superuenerit, & terra madida pluvius vernalibus & ab austro fuerit, necesse est aestum duplicari, & a terra madida atque calente, & a sole comburente, nondum constantibus hominum ventribus, neque exciccato cerebro. Neque enim possibile est tali vere existente, non humectari ac putrescere corpus ac carnem: unde febres accidunt acutissimae tum reliquis omnibus, tum praecipue pituitosis. Difficultates vero intestinorum mulieribus & viris humidioribus conuenit fieri. Haec Hippocrates in libro de aquis, locis, & aere dixit. Nos vero latius eius sermonem explanabimus: & primo quidem ob quam causam neque in hyeme, neque in vere per tale constitutionem dixerit vulgari morbos. Cum tamen in secundo Epidemiorum, in ipso tempore vitatio dicat apud Cranonem factos esse carbones. Verba autem eius haec sunt: Carbones in Cranone astitiui, pluebat in aestibus aqua ruente per totum, fiebant autem austro magis. Manifesta igitur est ex istis, quae dixit, causa quoque, ob quam apud Cranonem facti sunt aestate carbones. Neque enim paulatim mutauit temperaturam naturalem, sed ad talem peruenit constitutionem, in qua facile putret, quaecumque naturam habent, ut putreant. Habiles enim sunt humiditates, quae modum excefferint, ad putredinem faciendam. Nam (ut ipse inquit) morbi in temporibus pluviosis sunt magna ex parte febres longae, & alui fluxus, atque putredines: adhuc autem magis, quam humiditates, putredinem calores faciunt. In vnum itaque convenientibus adeo fortibus atque immoderatis dispositionibus, veluti in Cranone, secundum tempus corpus non expectat, verum anticipat in priore plurimum offendi. Per hyemem vero siccam & aquiloniam, corpora quidem tali modo afficerentur, quae si ipse dixit per haec verba: Si vero aquilonia fuerit: tussis, fauces, alui durax, vrinae difficultates, horrores, dolores laterum, pectorum: non in effatu dignus morbus contrahetur. nam & alioqui sicciores constitutiones sunt salubriores. Ex toto enim ait siccitates pluviosis temporibus esse salubriores, & minus mortiferas. Hyems vero aquilonia ac sicca nocebit quidem rectis stantibus hominibus ad tussis, & alui suppressionem, & difficultatem vrinae, atque dolores locorum ad thoracem attinentium: non tamen febres, vel difficultates intestinorum, aut tale quiddam operabitur. Cur igitur non etiam in vere pluvioso atque australi morbi vulgantur? Quoniam antecessit hyems frigida sufficienter ac sicca. Ipse vero dixerat non simpliciter praesentes constitutiones fore considerandas, sed ex qualibus, ad quales fiant permutationes. Praeexcicatum itaque corpus per hyemem siccam atque aquiloniam existentem, non modo nihil ex vernis pluvius patietur, sed potius aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si vero totum verum humidum fuerit, ad contrariam ducetur corpus constitutionem, illi, quae prius inerat, id est siccae, transcendens illam, quae medium tenet, mediocritatem. Quare aestas subsequens, paratum excipiet offensionem, cum terra ad huc humecta sit: atque ob hanc causam suffocationem efficiat, utpote Etesis nondum spirantibus. Nam postea flare incipiunt post Canem etc. Quare totum tempus medium habebit febres acutas, propter caliditatem & humiditatem humoribus in corpore putrescentibus, necnon lippitudines, & difficultates intestinorum, pro aptitudine partium, quae offensionem recipere natura aptae sunt. Aliae enim, alijs magis, aliae minus passibiles sunt, secundum corporum temperaturas. Nam lippitudines ferè omnes infestant repleto capite, quibusdam exceptis, quibus oculi pualidi sunt: Difficultates vero intestinorum, sicut ipse dixit, eos, qui naturas humiditas habent, & mulieres: haec siquidem viris sunt humidiores. Si igitur totam constitutionem, tanquam nostra putrefacientem corpora, damnamus: liquet, quod putredo magis humidis adueniet corporibus. Ipsum siquidem humidum, quod in nostris putret corporibus, quaedam veluti materia est a vi caloris patiens. Humiditas vero ambientis aeris, quatenus excicari non sinit humorum in corpore superabundantiam, eatenus adiuuat vim putrefacientem. Nihil itaque mirum, si in talibus constitutionibus plus offenduntur naturae humidiores: & propterea ait febres pituitosis magis aduenire. hi siquidem necessario sunt humidiores. Manente igitur putredine in corpore, febres fiunt: si vero per ventrem euacuetur, difficultates intestinorum. Et haec per totam aestatem contingit, nisi fiat circa Canis ortum permutatio, de qua ipse in libro de aquis, locis, & aere transegit post verba paulo antea scripta, post illa videlicet: Difficultates autem intestinorum par est fieri mulieribus, & viris humidioribus. Nam sermonem continuas, scribit in hunc modum: Et, si quidem superuenerit circa Canis ortum aqua & hiberna tempestas, & Etesia perflauerint, spes est getis, & quod autumnus salubris erit: alioquin periculum est, ne pueri moriantur & mulieres, minime vero seniores: & ne, quae euaserint, in quartanam finiatur, & ipsa quartana in aquam inter cutem terminetur. Verum de istis, quae adiecit in libris de aqua, aere, & locis, cum librum illum exponemus, diligentius considerabimus. De istis vero, quae in praesenti aphorismo proponuntur, sufficienter est dictum, excepta vna dictione: ex necessitate quam non solum apposuit in aphorismis, sed etiam in libro de aquis, locis, & aere, ostendens per eam, quod rei natura persuasus, non aliqua

qua obseruatione ductus ista notauerit. Quoties igitur verisimile sit ipsum vidisse talem constitutionem, vel quot in locis, nunquid bis, vel ter, vel quater: At neque, si sapius inquis, adhuc possumus dicere, quod ita semper erit: sicuti neque, si ex medicina aliqua videris purgatos sex, vel septem homines, dicere certe poteris, quod omnes posthac homines ex necessitate purgabuntur. Quare pro manifesto relinquitur, quod rei naturam Hippocrates sequens, & non aliquam obseruationem, ita scriptitauerit: Necessesse est aestate febres acutas, & lippitudines & difficultates intestinorum fieri.

Si vero hyems australis & pluuiosa & serena fuerit, verum autem sicca & aquilonia: mulieres quibus partus ad verum inest, ex quacumque occasione abortiunt: quae vero parient, imbecilles & morbosos infantes pariunt: quare vel statim intereunt, vel tenues & valetudinarij viuunt. Ceteris vero mortalibus difficultates intestinorum, & lippitudines sicca & sunt, senioribus autem distillationes, quae cito intereunt.

Contrario modo se habet temperatura duorum temporum, quae in priore aphorismo dicta sunt, ad temperaturam illorum temporum, quae in isto dicuntur. Qualis enim erat hyems prius in illo, tale nunc est verum: Quale autem erat in illo verum, talis nunc est hyems. Quod igitur non erat in illis necessarium in vere morbos vulgaribus vehementes, sufficienter dictum est. Nunc autem, quod hyeme humida quidem ac calida existente, vere autem frigido & sicco, necessarium sit in ipso vere homines aegrotare, monstrandum est. Mulieres itaque, quibus partus ad verum est, ex quacumque abortiunt occasione. Corpora siquidem humida ac mollia & laxa ab hyeme serena, facta, ad intimas sui partes aeris ambientis frigiditatem facile admittunt ita, ut infantes, qui longo tempore calidiam sunt assueti, vehementer a frigore percussi, non absque causa hi quidem prius in utero, hi vero mox in partu moriantur. Qui vero viuunt in lucem eduntur, non ferentes subitam ad contrarium mutationem, vel breui post tempore moriuntur, vel exiles atque insalubres effecti, vix in vita perdurant. Alijs vero, ceu pituitosis, ac mulieribus, difficultates intestinorum aut accidere ex pituita a capite ad ventrem defluente. Hunc enim humorem par est in dicta constitutione plurimum generari, per hyemem quidem capite repleto, circa veris autem initia subito refrigerato: nam cerebrum sua natura generandis pituitosis superfluitatibus aptum est, cum refrigeratum, alimentum conuincere non potest. Inest autem & hoc pituitae generationi, ut, quae a forti fit frigiditate, acida euadat, quae vero a caliditate replente caput, salsa: sicuti sanè, et quae a pauca fit frigiditate, vel paucam dulcedinem, vel nullam manifestam qualitatem habeat. Ea igitur, quae fit in praesenti constitutione pituita: propter eam, quae fuit in hyeme, caliditatem, salsa erit: & hac ratione maxime difficultatem intestinorum generabit, quando longiori tempore mordens atque abradens, intestinum offenderit. Nam propter lentorem inter exeundum intestinis adhaerens & immorans, semperque ipsa propter qualitatem detergens, facit in intestinorum difficultatem. Iis autem, qui natura calidi sunt ac biliosi, inquit ipse Hippocrates, lippitudines siccas accidere. sic autem vocat eas, quae sunt sine fluxu. Par autem est calidis ac siccis naturis in sicca ac frigida constitutione, quae calidam atque humidam excipit, tales lippitudines fieri. Caput enim prius repletum est in calida atque humidam constitutione: frigus autem superueniens, veluti manus quaedam extrinseca, comprehendens ac premens cerebrum, veluti spongiam quandam, exprimit illam, quae in ipso continetur, humiditatem. Haec vero delata ab vno loco ad alium, ex istis, qui faciles sunt ad patiendum, multos generat morbos: atque ita in istis, qui oculos habent natura imbecilles, lippitudines accidunt. Nihil vero ex ipsis fluit extra, propter aeris ambientis frigiditatem densantis superficiem exteriorum. Quod vero Hippocrates ipse omnia, quae diximus, ad causas referat antedictas, manifestum est ex istis, quae scripsit in libro de aqua, locis, & aere, in hac verba: Pituitosis itaque par est difficultates intestinorum aduenire, & mulieribus, pituita a cerebro defluente, propter naturam humiditatem: biliosis autem siccas lippitudines ob carnis caliditatem ac siccitatem. Quod vero scribitur circa finem aphorismi/Senioribus vero distillationes, quae subito interimant ipse in libro de aqua, locis, & aere, per haec verba scripsit: Valde autem senibus distillationes propter raritatem, & venarum colliquationem, ita ut repente intereant: quosdam vero contingit dextra sinistra ve parte resolutos fieri. Per haec verba videtur Hippocrates, non quas communi vocabulo distillationes (hoc est *κατὰ ἄρρηκτον*) consueuimus nominare, quae scilicet ex capite feruntur ad pulmonem per asperam arteriam, sed omnes, quae feruntur fluxiones per venas a capite ad partes inferiores. quare & cito interimentes, bene videtur adiectum, quoniam haec velocem crissim faciunt, cum aliae diutius perdurent. Quidam vero expositores per distillationes intelligentes illas, quae a capite ad pulmonem fiunt per fauces & arterias, cum negatione/non/hunc scribunt sermonem, hoc modo/ Non cito interimentes/ Et recte quidem. Neque enim frigidae fluxiones in ipsis concoquuntur, ob aetatem. In quibusdam vero exemplaribus scriptum est/ Cito interimentes/ quoniam & in libro de aqua, locis, & aere ipse inquit: Ita ut repente intereant.

Si vero aestas sicca fuerit & aquilonia, autumnus vero pluuiosus & australis: dolores capitis ad hyemem fiunt, & tussis, & raucedines, atque grauedines: quibusdam autem & tabes.

Eandem temperaturam nunc attribuit aestati & autumnus, quam paulo antea pronunciauerat de vere

12
* *ἐὐδίογ*, quam dictione aliqui serena, alij tepidam, alij clementer interpretantur, a quibusdam expugitur.

A de vere atque hieme, cum ita dicebat: Si hiems sicca & aquilonia fuerit, verum autem pluuiosum & australe. Verum ibi quidem in hac constitutione aestate dixit febres acutas, lippitudines, & difficultates intestinorum fieri: nunc vero in hieme dolores capitis, tussis, raucedines, atque grauedines. Non adiecit autem vel ibi aestiuam constitutionem, vel hic hibernam: ut qui utrunque tempus suam seruare temperaturam supposuerit. Nam si & in his alia aduenit aeris ambientis intemperies, erit & in praedictis morbis propter illam aliqua alia propria intemperies. Verum in illa quidem constitutione, qua dixit hiemem fieri siccam & aquiloniam, verum autem pluuiosum & australe: ipse subiecit causas, ob quas tales morbi aestate fiunt, in libro de aere, locis, & aquis. de praesenti vero constitutione nihil dixit in illo. Nam post duas antea scriptas constitutiones, alteram quidem, in qua hiemem agloniam & siccam vult fieri, verum autem pluuiosum & australe: alteram vero, in qua contrarium, pluuiosam & australem hiemem, verum autem siccam & agloniam: hanc, quae post ipsas tertia fuerat, de qua praesens est sermo, non etiam adiecit, sed eius loco alteram talem: Si vero aestas pluuiosa fuerit & australis, & autumnus similiter: necesse est hiemem fore insalubrem: Deinde per ordinem quasdam alias, quarum nulla eodem modo, quo ista nunc proposita, se habet. Sed de illis quidem, cum ad earum expositionem peruenimus, sermonem faciemus. Nunc vero de ea, quae ab ipso dicitur in aphorismis, agamus, id est nostro sermoni initium facientes, quod etiam paulo ante diximus. Par etenim est seruare ipsam hiemem similem ei, quae est naturalis, hoc est frigidam atque humidam, quantum haec duae qualitates conueniunt temperatae regionis habitationibus, de quibus & ipse loquitur & nos paulo post nominatim mentionem faciemus. Seruante itaque hieme suum temperamentum, nulla fortior in ipsa aegritudo consistit, sed tamen capitis dolores, tussis, raucedines, atque grauedines, quae sunt repleti capitis accidentia. Si igitur, ut prius diximus, in utroque tempore, aestiuo scilicet atque autumnali, fieri pluuia australes contigerit, forte et in ipsa aestate, si minus, saltim in ipso autumno vulgabantur morbi proprii constitutionis humidae & australis. Nunc vero, cum aestatem siccam & aquiloniam praecessisse supposuerit, autumnum autem humidum & austrinum: par est non solum quosdam non incipere statim aegrotare, verum & immodice per egestatem siccitatis habere remedium non mediocre, eam, quae facta est in autumno, humidam constitutionem. Quia vero totus autumnus talis est subsecutus: necesse erit istis, qui naturam habent humidiores, plus, quam deceat, repleto capite, nuper dictos casus hieme aduenire: quibusdam autem eorum & phthisin id est tabem, qui scilicet ad hunc affectum apti natura sunt. Sunt autem apti natura & qui angusto sunt pectore, & quibus a capite ad pulmonem fluxio defertur. Hi igitur tabidi fiunt. Alijs vero nullus quidem fortior morbus adueniet, sed tussis atque raucedines, & quicumque alij huiusmodi casus fiunt, tempore hiberno capita suscipiente austrinis pluuibus antea repleta, atque ita in quibusdam quidem hoc solum efficiente, quod superfluitas in capite permanens sit ipsi doloris causa. Nullam siquidem plenitudinem vlla in parte corporis hiems dissoluit. In quibusdam vero coacto amplius & velut compresso capite expressa materia inutilis, ad loca capiti subiecta descendit: hoc itaque veluti purgatio quaedam capitis est & euacuatio. In quibus vero multa materia grauatam caput antea laborauit, nec potuit hibernum frigus tolerare propter maiorem intemperiem refrigeratum, maiorum est fluxionum subiectis sibi partibus causa.

14
* *Al. diuturnae.* Si vero aquilonia & sicca, istis, qui naturam habent humidiores, & mulieribus conferet: reliquis autem erunt lippitudines siccae, & febres acutae, & grauedines, non nullis vero & atrabiles.

Hic sermo nunc dictus liquet, quod non est integer aphorismus, sed pars secunda vnius aphorismi, cuius priorem partem nuper desistimus explanare. Nam manente communi ea, quae est, aetatis dispositione utriusque sermonibus: prior quidem pluuium & australem ab ipsa supponit autumnum, secundus vero, qui instat, siccam & aquiloniam. Quod vero nil differt, siue siccam, siue squallentem, siue inaquosum dixerimus, vnicuique est manifestum. Ambobus ergo temporibus squallidus & siccus effectus, humidam quidem naturam non modo nihil offenduntur ex tali constitutione, sed potius aliquam sentient utilitatem. Causam vero ipse dixit in libro de aquis, locis, & aere, scribens in hunc modum: Pituitosis vero haec omnia auxilio sunt. Exiccantur enim, atque ad hiemem minime laxi perueniunt, sed exiccati. Reliquis vero, qui non sunt tali natura praediti, lippitudines siccae, febres acutae, atque grauedines accidunt, & non nullis eorum atrabiles. Causam vero horum generationis, ipse in libro nuper dicto, his verbis explicat: Biliosis vero hoc est inimicissimum, quia valde exiccantur, & lippitudines his siccae eueniunt, & febres acutae & diuturnae, quibusdam vero & atrabiles. Deinde causam subinferens, inquit: Bilis enim pars humidissima atque aquosissima exiccatur atque absimitur: crassissima vero & acutissima linquitur, & sanguis pariter eadem ratione: ex quibus hi morbi ipsis contingunt. Haec itaque a nobis in propositis constitutionibus dicta sunt sufficienter. Cur vero de his solis constitutionibus fecerit mentionem Hippocrates, cum & plures aliae sint, non habeo dicere. Volo autem potius declarare viam ac rationem, qua quispiam utens, omnes constitutiones complecteretur. Est autem talis. Primum igitur incipere est necessarium, veluti ab elementis, a simplicibus aeris ambientis intemperaturis, atque ipsas diuidere in valde paruas, valde vehementes, ac medias: & tum dicere de qualibet earum

earum, quæ dictæ sunt intemperaturarum in singulis temporibus contingentium, quos scilicet morbos sibi vnamquamque naturam generabunt. Post hac duorum temporum intemperaturas inuicem connectere, quemadmodum conatus est nunc Hippocrates facere. His vero tractatis omnibus, deinceps trium temporum coniungere omnes omnibus intemperaturas, deinde quatuor. Sic enim foret integra atque perfecta meditatio. Hæc igitur & nos forte aliquando, si plus orti nacti fuerimus, seorsum scribemus. Sufficiat autem in presentia hoc dixisse solum, quod paucos admodum intemperaturarum complexus scripsit Hippocrates, adeo ut hæc potius quoddam exemplum videantur, quam pars aliqua effatu digna totius circa talia disciplina. Dicemus autem plenius de ipsis, cum librum de aquis, locis, & de Epidemijs primum exponemus. Quod vero paulo antea sum me dicturum pollicitus, nunc adiungens, in ipso finiam orationem. intelligere nos enim oportet omnes, de quibus scripsit Hippocrates, constitutiones, in locis terra habitabilis temperatis fuisse: exceptis ab hoc sermone Thraciæ locis, quæ à mari distant. Hæc enim in frigiditate atque humiditate modum exceperunt: sicuti & quæ ad Ægyptum ac Libyam attinent, loca calida sunt ac sicca: exceptis & hic illis, quæ mari adiacent locis. In frigidis enim, quales sunt circa Thraciam ac Pontum regiones, quoniam loca mari adiacentia, humilia sunt: ob hæc causam calidiores habent temperaturas. In calidis vero, quales Ægyptus ac Libya: quoniam æstate à ventis ab Arcto flantibus refrigerantur, idcirco minus sunt calida ipsæ, quæ ad mediterranea recesserunt. Zona vero exquisitam habens temperiem, ac mediâ orbis terrarum, est, quæ per Gnidum, & Co, & quæcunque loca non multum ab his recesserunt, vel ad aquilonem, vel ad austrum. Oportet autem, ut temperatam zonam nominatam ab ipsis, qui talium habent peritiam, perfecte intelligas, excogitare quandam lineam rectam ab oriente ad occidentem extentam per ea, quæ dixi loca. Quidam autem astronomi non zonas, sed parallelas, id est æquidistantes vocant tales in terra habitationum similitudines, quæ ab ortu ad occasum protenduntur. Sermo igitur ab Hippocrate habetur de ipsis præcipue, quæ diximus, locis. Ordo autem temporum, sicuti ipse sæpius in libro Epidemiorum ostendit, & sicuti ipsi, qui hoc studio excelluere, scripserunt, hic est: Ortus Pleiadum, principium est æstatis: post quem Canis ortus oporam appellatam inchoat, quam etiam secundam partem æstatis vocant. Post hanc Arcturus oriens, initium facit autumnus. Deinde occasus Pleiadum, hiemis principium adducit. Et inde, quod hiemem sequitur æquinoctium, veris exordium affert.

Ex anni autem constitutionibus (quod in totum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores et minus mortiferae. G 15

Quod melius fuisset inter antea scriptos aphorismos, in quibus agit de temporum constitutione, hunc primum scribere aphorismum, quem nunc præ manibus habemus, ex ipsis rebus didicimus, quoniam ad confirmandos priores aphorismos hoc etiam egimus. Et hoc ex necessitate didicimus: quoniam prius est natura atque doctrina, simplex composito. Post illum igitur aphorismum cuius initium est: Austri hebetantes auditum, caliginosi, caput aggrauantes, pigri, dissoluentes, primo loco ponemus illum, cuius principium: Quotidianæ constitutiones, aquiloniæ quidem corpora in vnum cogunt. Secundo loco hunc nunc propositum: in quo ex oibus anni constitutionibus siccitates imbribus anteponiunt, & hoc cum ratione. Nam in siccitatibus superflua humiditates dissoluntur: per imbres autem intra corpus collecta putrefiunt, nisi quis singulis diebus collectas exercitijs expurget. Quæ enim fit per balneas euacuatio, parua est, & sola fere cutem euacuat: quæ autem sunt per carnem et partes solidiores dispersæ superfluitates, haud sufficienter balneis euacuatur. Neque tamen ea, quæ fit per purgatiua pharmaca, superfluitatum euacuatio idonea est. Nam valde indigentibus, & ex longis interuallis utilis est. Earum vero, quæ quotidie generantur in corpore, superfluitatum euacuatio minor est, quæ ut exigat purgantibus pharmaci operationem. Si vero quispiam voluerit bis in mense, aut semel saltim ea uti, veritus ne superfluitatum multitudo aggregetur: præter id, quod nocebit, corpora etiam in mala trahet consuetudinem. Alimenti siquidem pars vna serosa est & humida, quæ ipsi gratia distributionis admiscetur. Altera veluti fuliginosa superfluitas, quæ in plurimis cibis, quicunque sunt peiores, continetur: hæc naturæ operationem subterfugit, cum neque assimilari corpori quod nutritur, neque agglutinari queat. Hæc igitur oēs diebus singulis sunt euacuandæ: verum magis in siccis constitutionibus euacuantur, quoniam in humidis: atque ideo has dixit esse salubriores.

Morbi in pluriarum multitudine magna ex parte sunt, febres longæ, alui profluvia, putredines, morbi comitiales, apoplexia, & angina. In siccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articularum morbi, stillicidia vrinae, & difficultates intestinorum. 16

Febres quidem longas ex multitudine fieri humiditatis, non est mirum: siquidem ægroti ad morborum solutionem egent coctione: plures autem humiditates non nisi in longo tempore concoqui possunt. Accedit ad hoc, quod frigidiores & magis pituitosi generantur humores in multitudine pluriarum: sicuti contra in siccitatibus biliosiores, quare in temporibus pluriarum febres erunt diuturniores, in siccitatibus autem acutiores. Alui autem profluvia in temporibus pluriarum rationabiliter euenire ex humorum suberundantia per aluum expurgata non est obscurum: sicuti

A sicuti etiam, quod eisdem temporibus putredines fiunt, quoniam perspicuum est humida siccis magis esse putredini obnoxia. Sunt utique & morbi comitiales, & apoplexiæ, morbi ex pituita ortum habentes. Angina autem fit non nunquam superfluitatum multitudo ad fauces collecta: fit etiam magna ex parte fluxionibus ex capite firmatis in faucibus. Quod autem in pluriarum temporibus fluxiones, & potissimum ex capite venientes superabundant, & manifestum est, & dictum à me sæpius. In siccitatibus autem & tabidos morbos aut abundare, & lippitudines, & articularum passiones, & stillicidia vrinae, & difficultates intestinorum, satis (ut mihi videtur) indistinctum de hisce faciès sermonem. Morbi siquidem tabidi has duas sequuntur constitutiones: vna summe frigidæ, ob quam nonnulla ex vasis, quæ sunt in respirationis instrumentis, dirumpuntur: alteram, quæ coniunctam habet cum caliditate humiditate, quarum occasione caput repletum mittit ad pulmonem fluxiones, sicutam vero constitutionem, quæ in quo ad caliditatem & frigiditatem naturaliter se habeat, omnia potius, quam tabitudines, cõsequuntur. Quare mihi videtur nonnulli fuisse coacti de oculis, tabitudines intelligere, ut sit sermo huiusmodi: In immoderatis autem siccitatibus lippitudines tabidæ fiunt, hoc est ad tabem oculorum terminantes: ex qua fiunt extenuati ac sicci plus, quæ naturæ conueniat, facta simul & ipsa pupilla angustiore, exiccatis videlicet humoribus, à quibus distenta moderate batur. Si vero ipsas per se ipsas dictas lippitudines intelligamus, verbum siccas adiungemus. Diximus autem paulo ante, causam, ob quam sicce lippitudines in magnis fiant siccitatibus. Iam vero articularum morbi, quod quidem ex fluxionibus fiunt, nullo modo in immodicis siccitatibus fiunt. Qui vero ab aliqua acrimonia accidunt, si & caliditas immodica accesserit, tunc solum euenient. Quas igitur articularum passiones in siccitatibus dixerit fieri, dignum est inquisitione. Si enim immodice facte consumpserint articularum humiditatem: difficile sanè quædam motum ob siccitatem efficiet: forte vero & dolor non nunquam: eam vero passionem, quam arthritin vocant, haudquaquam efficiet: nisi quæpiam omnem articularum dolorem ita velit noiare. Atqui ipse in libro secundo Epidemiorum ita inquit: In Æno famis tempore, qui leguminibus vesciebantur, infirma habebant crura: qui orobos comedebant, genuum dolores patiebantur, non arthriticos, sed genua dolentes ipsos appellauit. Quispiam vero fortasse respondeat non vnius articuli dolorem, sed multorum simul arthritin noiare: & idcirco genua dolentes, nondum arthriticos appellari. De morbo igitur, qui arthritis noiat, hæc dubitare sufficiat: De vrinae vero stillicidijs deinceps videamus. Neque enim ad siccitates & ipsas simpliciter consequuntur, nisi tribus adhibitis distinctiõibus, quarum prima est immodica siccitas, secunda, si caliditas adiungatur, tertia, si frigiditas: de quibus non fecit mentionem Hippocrates: sed, ut dixi, sicuti libeat omnium anni constitutionum naturam inuestigare, sic ipsum facere oportet. Erit autem sermo exemplum manifestus huius propositæ considerationis. Nam immodica siccitas in naturis bene temperatis aliam efficit corporis dispositionem, aliam in siccis, velut & in humidis aliam: sic & in calidis ac frigidis, aliam in vtraque faciet dispositionem: secundum et conjugationes simplicium intemperaturarum, aliam quidem in calida & sicca: differentem autem ab ipsa, in frigida & sicca: & in reliquis duabus eodem modo. Sicuti vero simplicem paulo antea seruantes aeris ambientis temperaturam, in vnaquaque natura propriam dicebamus facere dispositionem: sic compositam supponentes, in vnaquaque rursum natura futuras dispositiones considerabimus. Erit autem composita sicca aeris ambientis constitutio, quando frigiditati, vel caliditati adiungetur, quantum & simplex videbatur quodammodo & ipsa composita. Nam miscebatur bene temperate constitutioni mediæ inter immoderantiam vtriusque, eam, quæ est secundum caliditatem, & eam, quæ est secundum frigiditatem. Cum vero concessum sit in doctrinis, simplices quidem intemperaturas esse eas, quæ secundum vnam qualitatem à modo naturæ recesserunt, non simplices autem eas, quæ secundum plures: non sine ratione, cum aer ambiens, ea, quæ est secundum siccitatem & humiditatem, oppositione, fuerit male temperatus: in altera autem, quæ est secundum caliditatem & frigiditatem, bene temperatus: simplicem dicemus esse intemperaturam. Hæc igitur habita in omnibus consideratione, non est obscurum, quam prolixus fiet sermo de reliquis constitutionibus, & nunc propositus de vesica. Nam vrinae stillicidia fiunt & propter acutiem vrinae, & propter vis retentiuam, quæ est in vesica, imbecillitatem: quæ rursum imbecillitas ex immodica intemperatura contingit. Cum vero octo sint immoderantiae, in singulis earum debilis vesica erit: atque idcirco ad eam vrinae stillicidia consequentur. Iam vero & vrinarum acrimonia à quibusdam fuit intemperaturis, sed potissimum ab ea, quæ est secundum caliditatem, deinde ab ea, quæ est secundum caliditatem & humiditatem, tertio ab ea, quæ est secundum humiditatem. Fiet itaque et ob hæc vrinae stillicidium, demptis ipsis, quæ sunt proprie vesicæ passiones, ad quas vrinae stillicidia casus ratione consequuntur: veluti cum ob vlcus, aut erysipelas, aut abscessum in ea factum, vel inflammationem, aut tale quid aliud, vrinae stillicidium contigerit. Nunc enim non de his sermo existit, sed solum de illis, quæ aeris ambientis ratione proueniunt: sicuti neque de illis, quæ ex malo victu habent occasionem. Quæ vero in vrinae stillicidio sunt dicta, hæc etiam à nobis dici cogites in difficultate intensionum, de qua neque ipse idem cum Hippocrate sentio. Difficultas enim intestinorum non simpliciter ad siccitates consequitur, nisi prius distinctio adhibeatur, primum quidem ut sit exuperans siccitas, deinde ut aer ambiens secundum caliditatem & frigiditatem permutetur, postremo ut nature

* At. lutosa, ac feculenta.

tura corporum patientes considerentur. Non est autem æquum adeo de Hippocrate dubitare, E quod primus talis conditor contemplationis, non totam perfecit, quantum de Diocle primus, & post ipsum de Mnesitheo, tum multis alijs medicis, qui veras Hippocratis vias ingressi, multa sibi particulatim elaboranda proposuerunt. Cum enim deceret eos, si quicquam aliud, eam quoque, quæ de temporum constitutionibus est, contemplationem, ut paulo antea suppositi, articulatum distincteque tractare, totamque elaborare, ipsam omnino contempserunt. Nos vero id facere aggredimur proprio his dicato opere, si prius hæc, quæ præ manibus habemus, absoluerimus.

Quotidianæ autem constitutiones, aquiloniæ quidem corpora densant, & bene firma. & bene mobilia, bene colorata, & melius audientia faciunt, & aluos exiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis prius obsederit, dolo rem augent. Ausbrina dissolunt corpora, & humectant, auditum obrundunt, capita aggrauant, & vertigines faciunt, oculis atque corporibus difficilem motum præstant, & aluos humectant.

Cum frigidus ac siccus ventus sit aquilo, omnes corporis consumit superfluitates. Robur autem adijcit ipsis instrumentis ex eo, quod astringit, & in vnum cogit densando substantiam. Ob hoc igitur (ut inquit) omnia meliora fiunt secundum animales & naturales operationes. Nam animales quidem operationes ostendit per ea verba Bene mobilia, & melius audientia. Naturales vero cum inquit Bene colorata. Commune autem vtriusque bene firma ac robusta esse. Et clarum est, quod ex vno sensu auditus, veluti exemplo quodam, etiam de alijs ostendit. Hæc igitur bona adsunt aquiloniis constitutionibus, quibus maxime perficiuntur, qui salubre corpus habent, et ex his ipsis humidiores. Adsunt vero & mala quædam hisce constitutionibus, verum parua, & non similia malis, quæ auster affert. Cur enim non parua sint, aluum cohiberi, morderi oculos, & præcedentes dolores pectoris exacerbant. Nosces autem ipsorum paruitatem australibus comparans constitutionibus, quas dixit dissolvere corpora. Maximum enim est hoc malum ad omne opus vitale ac animale: Non paruum autem aggrauatio capitis, & difficilis auditus. De vertiginibus autem (iapyos græce vocant) quid dicere oportet quæ proximæ sunt morbis comitialibus, & ijs, quos apoplexias nominant. Ilingos enim est tenebrosa vertigo, quæ fit, cum humor cum crasso spiritu in capite mouetur, & iccirco præcedit epilepsiam & apoplexiam. Sed & difficilem (inquit) præstant oculorum & totius corporis motum. prauum autem sunt & huiusmodi casus. Solum autem inest ipsis hoc mediocre, quod aluos reddunt humidiores. Hoc autem & alia omnia efficiunt, maxime quidem propter humiditatem: sed & insuper etiam propter caliditatem. Id autem, quod in initio sermonis scribitur, melius ordinem commutasset, ut primum quidem foret verbum humectant, & secundum vero dissolunt, deinde ea, quæ deinceps sequuntur. Quia enim humectant, ob hoc et singula alia operantur, coadiuuante ad hæc & caliditate. Fiunt siquidem operationes per solidas animalis partes, quæ vere sunt eius partes. Aggrauantur autem hæc, quapropter & deterius operantur, propter humiditatum excessum.

Per tempora anni, vere quidem & prima æstate pueri, & qui hos sequuntur ætate, optime degunt, & sani sunt maxime: æstate vero & autumno usque ad aliquid, senes reliquum, & hyeme, qui mediam ætatem habent.

Non solum in ætatibus, verum & in omnibus alijs, quæ secundum temperaturam, vel modice se habent, vel immodice, si quis sermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit, verum inueniet. Naturis siquidem, ætatibus, & regionibus bene temperatis, optimum tempus est, quod optimam habet temperiem: cum enim, quo præditæ sunt, habitum non permutari, sed conseruari desiderant, quoniam omne, quod est, à similibus quidem conseruatur, à contrarijs autem transmutatur. Quare puerorum ætas, adhuc autem magis adolescentium (hæc enim est omnium ætatum optima) vere optime degunt: & eadem ratione quæcunque vel regiones, vel naturæ sunt bene temperatæ. Adiunxit autem veri principium ætatis Hippocrates, in latum extendens vniuersi cuiusque theorematis vtilitatem. Magis autem exquiritus sermo fuisse, si ita scripsisset: Adolescentes vere, pueri ætatis principio optime degunt. In senibus vero propter temperaturam frigiditatem æstas vtilissima est: sicuti ijs, qui in ætatis vigore consistunt, hyems maxime confert. Hæc enim contraria est illi, quæ in his fit ex bilis multitudine, interperaturæ. Sic & naturarum, biliosiores quidem hyeme optime degunt: pituitosiores autem, æstate bene autem temperatæ, vere. Similiter & regiones, quæ quidem sunt bene temperatæ, optimum ver habent: ex alijs vero frigide æstatem, hiemem vero calidam. Iam vero pessima tempora vnicuique ætati atque naturæ & regioni, ex ijs, quæ dicta sunt, possumus inuenire. Nam pessima sunt optimis maxime contraria. Eadem ratione & media inuenies inter optima & pessima. Illud præterea animaduertere oportet, quod ver quidem optimum dicitur esse adolescentibus, alijs vero omnibus medium: Neque enim optimum est, neque pessimum. Sic & ad naturas & regiones se res habet. Autumnus omnibus vtiq; maius est, ætatibus, naturis, ac regionibus. Ex ipsis tamen per autumnum minus, quam alia, calidæ & humidæ læduntur.

Morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam vero magis in quibusdam ipsorum & sunt & excitantur.

Si ambientis aeris temperatura sola esset morborum causa: tunc omnes quolibet tempore illos morbos

A morbos pateremur, qui sunt accommodati naturæ temporis. Nunc vero, cum etiam ob errata, quæ in victu contingunt, morbi fiant: omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, plures vero in singulis temporibus naturæ temporis accommodati. Non parum autem in his confert & differentia naturarum. Neque enim similiter ab eadem causa calidum corpus, ut frigidum, offendi aptum est, vel humidum, ut siccum: neque temperatum æqualiter istis, neque illis, quæ secundum aliquam qualitatum coniugationem à bono temperamento recedunt, ut antea diximus.

20 Vere etenim furor, & atræ bilis, & morbi comitiales, & profluvia sanguinis, & angina, & grauedines, & raucedines, & tusses, & lepræ, & impetigines, & vitiligines, & pustulae vlcerose plurimæ, & tubercula, & articularum morbi.

Et quo modo antea recte ab eo dictum videretur, Ver autem saluberrimum, & minime mortiferum, cum multa in eo fiant passiones? Videtur siquidem magis quodlibet tempus adæquare morborum, quos generat, varietate. Furores etenim, & atræ bilis, & morbi comitiales, & anginae sunt morbi autumnales: grauedines autem, & raucedines, & tusses, sunt hiemales. De æstate autem ipse deinceps dicit, communionem eius ostendens ad ver: Æstate vero quædam horum, hoc est prius dictorum in vere: Ex superabundanti autem, præter alia tempora, ver profluvia sanguinis, lepras, impetigines, vitiligines, pustulas vlcerosas plurimas efficit, tuberculaque, & articularum morbos. Sed certe hæc, quæcunque sunt verni temporis propria, omnia periculo vacant: tantumque absunt, ut aphorismum illum falsum ostendant, in quo dixit: Ver autem saluberrimum, & minime mortiferum: ut potius ipsum videantur confirmare. Nam hoc ipso tempore profundum corporis expurgatur vitiosus humoribus à partibus principalibus ad cutem peruenientibus. Sic igitur & lepræ, & vitiligines, & impetigines, & pustulae quædam vlcerosæ multæ generantur. Alio vero modo in tuberculis, & articularum morbis, profundum corporis expurgatur, vitiosus humoribus ad loca vtiliora transpositis. Quod autem profluvia sanguinis, & multitudinem & vitium humorum euacuando, cohibeant morbos, qui ex ipsis oriuntur, perspicuum existit. Si vero aliquod corpus bonos humores habens, vernum tempus excipiat: hoc seruat saluberrimum, nihil innouans ex propria natura: non sic æstas, vel autumnus, vel hiems. Hæc enim tempora etsi purum corpus, & omni vacans reprehensione suscipiant: illa flauam bilem ultra modum generare solet, hic atram, hiems vero pituitam. Tale quiddam enim vere contingit, quale in exercitationibus euenire videmus. Etenim hæc quoque sunt saluberrimæ. Verum, si hominem vel pituita, vel flaua bile, vel atra, vel ipso etiam sanguine plenum, volueris ad exercitacionem perducere: aut ei morbum comitalem, aut apoplexiam efficias exercitacione: aut, si hæc mala non euenient, periculum imminet, ne rupto aliquo in pulmone vase, in morbum incidat insanabilem. Multi vero cum febricitare cœpissent: propter exercitaciones acutissimis morbis fuere correpti. Quibus vero vicem purgationis humorum, qui sunt in profundo corporis, exercitacio suppleuerit, ad cutem euocans malorum humorum abundantiam: his & vlcera, & scabies inde generantur. & hoc innuens dicebat Hippocrates, Si impurgatus laboraueris, vlcera erumpent. Et quidem verno tempore calor aeris ambientis humores diffundens educit ad cutem: atque hoc quoque opus ipsius, exercitacionibus simile existit. Non solum autem exercitacionum operibus, veris opera assimulantur, sed & earum naturæ, cuius opus est & occultam per totum corpus facere transpirationem, per quam excernuntur superfluitates, & corpus in morbis varijs modis expurgare.

21 Æstate autem non nulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, et quartanæ, & vomitus, & alui profluvia, & lippitudines, & aurium dolores, & oris vlcerationes, et genitalium putredines, & sudamina.

D Æstate inquit & non nullos ex vernis morbis fieri, circa initia eius videlicet. Nam, quæ fini veris continuantur, sicuti similem habent temperaturam cum vere, ita & in morborum generatione communicant. Inquit enim alios quosdam æstate generari illi proprios, veluti febres continuas, & ardentes, & tertianas: & (ut simpliciter dixerim) quæcunque ex flaua bile, mala corporibus accidunt. Nam & vomitus bile per summa natante fiunt, & ventris profluvia ad inferiora defluente. Lippitudines quoque æstate plurimæ fiunt utpote repleto capite. Sic & aurium dolores, & alia similia æstate corpus patitur ex capitis repletionem, alias ad alias corporis partes superfluitatem deponentis. Oris autem vlcerationes, quod propter biliosum humorem contingant, perspicuum existit. Genitalium vero putredines, non simpliciter, sed quando æstas aut humida magis fuerit, aut nullus flauerit vêtus, aut auster in ea abundauerit. Nam, cum plurimum à modo naturæ recesserit ad humiditatem, aut flatuum carentiam: non genitalium tantum putredines facit, sed cuiuscunque partis alterius: qualis est illa, quæ scribitur in tertio Epidemiorum constitutio, & quæ in secundo circa eius initia. Quæ vero parua sunt aeris euerfiones, genitalia tangunt, ut quæ ob humiditatem ac caliditatem ex quacunque occasione sint parata putrescere. Quare, cum propriam æstas seruauerit temperaturam, qui multis superfluitatibus infestantur, quando hæc aliquam ob causam ad genitalia defluerint, ipsorum putredines patiuntur. Sudamina autem

tem è genere pustularum sunt in summa hærentium corporis parte, quæ instar vlcærum cutem E
exasperant. proveniunt autem, quemadmodum & ipsum ostendit nomen, propter multos sudores,
qui vel biliosiores, vel omnino mordaciores existunt, mordent enim hi cutem, & pruriginosam
efficiunt, & per modum vlcærum exasperant.

*Autumno vero & multi æstivi morbi sunt, & febres quartana, & erraticæ, & lienes, aqua inter cutem, & ta-
bes, & stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum, & leuitates intestinorum, & coxendicum dolores, & angina,
& anhelationes, (quas Græci asthmata vocant) & ilei, & morbi comitiales, & furores, & melancholia.*

In autumno (inquit) & æstiuorum morborum permulti fiunt, manent: adhuc æstiuo humore
in ipso, flava bile scilicet. Neque enim, sicuti æstas veri superueniens humores euacuat, ita & autu-
nus æstiuos, sed contrarium ex toto accidit. nam ex partibus extimis ad intimas ducit. Cum ratio
ne igitur æstas inquit non nullos ex morbis vernis generare, autumno vero non ex æstiuis aliquos,
sed multos. Nam & quartanas febres in hoc ipso tpe fieri inquit, quia scilicet ex atra bile ortu habent,
quæ dupliciter habet generationem: alteram quidem ex flava bile superflata: alteram vero ex sanguine
crasso. Fiunt autem & erraticæ febres in autumno, propter temperaturam inæqualitatem. Et lienes
magni, ob atræ bilis superfluitatem. Et aqua inter cutem ex liene contingit. Et, si qua dispositio tabida
in dubio est, maxime autumno deprehenditur propter frigiditatem, siccitatem, & tæporis inæqualitatem,
nihilominus autem & propter humorum prauitatem. Fiunt quoque ob eandem causam eo tpe potissimum
vrinæ stillicidia. Nam vesica in inordinatis ac repentinis ad calidum & frigidum permutationibus,
refrigeratur: & quæ ex malis humoribus fiunt acritudines, ipsam molestant: tum præsertim, cum facta
ad frigiditatem subita commutatio, eos, qui antea distabantur, & per sudores euacuabantur humores,
ad vesicam conuerterit. Leuitates vero intestinorum sunt veloces & sine vlla omnino transmutatione ciborum
defectiones, aut propter exulcerationem in superficie ventriculi aut intestinorum, quæ eorum modo fit, quo ille,
quæ in pueris Græco vocabulo aphthæ, id est oris vlcera nominant: vel propter potestatem retinētis imbecillitatem. Quorum primum ex mordacibus,
& substantiâ tenuem habentibus humoribus fit: secundum vero ex magna ventriculi atque intestinorum
provenit intemperie. Hæc autem ambo maxime autumno fieri contingit. Coxendicum autem dolores ex malignitate
humorum, & frigiditate fieri par est. Anginæ vero ex biliosis humoribus ortum habent, quæ ad fauces autumno
decumbunt: ab illis, quæ vere fiunt, differentes, quoniam illæ sunt quodam modo pituitosiores. Iam vero
asthmata, id est anhelationes, tum propter humorum motum ad partes interiores, tum propter frigiditatem fieri
consueverunt. Propter hæc eadem, & qui ilei, id est voluuli, nominantur, sunt autem cibi superfluitatum, quæ per alium
inferiorem excernuntur, retentiones, quæ magna ex parte fiunt ex alicuius intestinorum partis inflammatione.
Maxime vero par est, ut in frigido, sicco, inæquali, & malos gignente humores tempore, partes ad ventriculum
atque intestina attingentes offendantur. Nam, qui in æstate tenues & bene mobiles humores sunt generati,
autumnus excipiens, qui frigidus simul atque inæqualis existit, ad profundum corporis agit. Sunt autem
in profundo etiam intestina. Morbi vero comitiales accidunt ijs, qui naturam habent ad hanc passionem proclivem,
propter repentinam ad contrariam transmutationem. Calor enim media die, frigus vero in prima & vltima parte fit.
Nihil autem adeo comitiales accessiones, sicuti talis varietas, aptum est generare. Furores vero ob tenuitatem
ac biliosorum humorum eueniunt malignitatem: sicuti melancholiæ ex atra bile, de qua paulo ante dictum est.

Hyeme vero morbi laterales, et pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tussis, dolores pepectoris & laterum atque lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexia.

Hyemales morbos post autumnales exponens, non eodem modo, sicuti prius dixit, neque quod hyeme
multi ex autumnalibus. Atqui prius in æstiuis ipsos comparans vernis, ita dixerat: Æstate autem non nulli horum.
In autumnalibus autem, Autumno vero & æstiuorum multi. Nunc autem morbos hyemis simpliciter connumeravit,
vel ex communi volens hoc quoque in loco nos aliquid dictorum subaudire, vel simpliciter enuncians nihil autumnale tempus cum hyemali communicare.
Atqui primas partes hyemis rationale est, & ita experientia comprobatur, cum autumno morbos communicare.
Inquit enim & ipse: Æstiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues, autumnales vero longæ, & magis, quæ
ad hyemem coniunguntur, nisi quis dixerit ipsum de illis, quæ in extrema autumnali parte generantur, facere mentionem.
Verum morbos hyemis proprios hosce vult esse, morbos laterales & pulmonis inflammationes, quoniam instrumenta
respirationi seruiunt, frigiditate læduntur: cum alia ita bene possimus obtegere, ut nihil, aut minimum sentiant
ambientis frigiditatem. Respirationem vero nemo potest cohibere, neque aliter datur respirandi facultas.
Ob hanc igitur ipsam frigiditatem, tussis hyeme maxime fiunt, & laterum dolores: ob eandem etiam caput
oblesum, grauedines, tussis, atque raucedines operatur. Fiunt autem sicuti dolores laterum ob frigiditatem,
sic & capitis atque lumborum, et omnium partium nervosarum. Vertigines quoque, cerebri læsiones consequuntur,
sicuti & apoplexiæ. Nam & hæc passio fit, cum caput repletum est pituita.

In ætibus

24 A *In ætibus autem talia contingunt, paruis & nuper natis puerulis oris vlcera (quæ aphthæ vocantur) vomitus, tussis, vigilie, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.*

Quæ ad ætates attinent, diligentius elaborauit, quæ ad anni tempora, facta in minores partes diuisione. In puerulis igitur nouiter natis ait fieri aphthas: Sic autem Græci vocant vlcera, quæ summam oris occupant partem, ob mollitiem maxime facta instrumentorum, quæ neque tactu, neque qualitatem lactis sustinent, quod non parua in se ferofam continet partem. Hæc autem pars vim habet abstergendi. Quare non est mirum, si in corporibus mollibus quasdam per summa facit exulcerationes. Vomitus autem tunc his fieri par est, propter lactis, quod assumunt, multitudinem. Vigilie vero haudquaquam ipsis sunt assuetæ, ut qui maiori parte temporis dormiant: nisi forte ob ipsam passionem fieri infantibus vigilias opinetur. Quonia vero somni abundantia ipsis maxime secundum naturam inest, Pauores etiam per somnum infantibus adfunt, ijs præsertim, qui sunt natura edaciores: quando loca ad ventriculum pertinentia sensu quidem vigeant, sed imbecillia existant: cibus vero corrumpitur. Nos siquidem obseruauimus, non in tantillis solis, sed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri per somnos imaginationes, quoniam multi & vitiosi humores grauant & mordent ventriculum, præsertim ipsius os. Hæc enim particula præcipuum habet sensum. Umbilicorum autem inflammationes non multo antea præcisorum, non sine ratione nouiter natis puerulis accidunt, non secus, ac si qua alia pars foret vlcærata. Verum & aurium humiditates, passionibus annuerat, quoniam palati & narium in eodem numero non ponat, quoniam naturæ conuenit per nares atque palatum cerebri superfluitates per deriuationem expurgare: & sit hoc etiam ijs, qui sunt ætate perfecta. A natura autem aliena est expurgatio per aures. Verum & infantibus etiam per aures cerebri expurgatur: & recte Hippocrates inter proprias huius ætatis passiones, etiam aurium scripsit humiditates. Est siquidem & totum corpus nouiter natis puerulis maxime humidum, adeo ut & ossium natura in ipsis potius cerea, quam lapidea videatur. Præ cæteris vero partibus cerebrum admodum humidum existit, quod etiam in perfectis talem habeat intemperaturam. Quare non absque ratione in puerulis, cum superfluitates abundant, per omnia foramina excernuntur.

25 *In progressu vero, cum iam dentire incipiunt, gingiuarum pruriginosæ febres, conuulsiones, alui profluvia: & maxime cum caninos edunt dentes: & ijs præsertim pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.*

Pruriginosæ quidem gingiuarum fieri, cum dentes pullulare incipiunt puerulorum, nihil mirum. Prurigo enim (Græce δὲ ἀϊσμός,) pruritus quidam est cum exigua quadam molestia. Febres vero & conuulsiones atque alui profluvia accidunt pueris, qui iam dentire incipiunt, & non adhuc morantur, quemadmodum & ipse ostendit inquit, Et maxime cum caninos edunt dentes. Liqueat autem, quod perforatis gingiuis a dentibus prodeuntibus, hi casus eueniunt, quemadmodum ubi stimulus infigitur carni: & sanè plus dentes affligunt, quam stimuli. Hi siquidem semel firmati, in membro quiescunt, cui ab initio infixi sunt: dentes vero tum procedunt, quantum augentur. Febricitat ergo hæc ætate pueruli & propter dolores, & vigilias, & inflammationes. Conuulsiones autem eis accidunt tum propter hæc, tum propter crudum alimentum, & quia nervosæ partes nondum satis valida sunt. Ad hæc omnia etiam ex necessitate, ventris profluvia consequuntur, quoniam alimentum non bene coquitur neque distribuitur. Quod autem dicitur, Pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent, ad conuulsiones referri: cum his maxime pueris dicat conuulsiones fieri, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent. Tales enim plenum corpus habent, & abundans superfluitatibus, & ideo conuulsionibus facile capiuntur: maxime vero naturas has conuulsiones offendunt.

26 *Cum vero iam magis adoluerint, tonsillæ, & vertebrae, quæ in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci asthmata vocant, calculi, librici rotundi, ascarides, verrucæ, quæ Græci acrochordonas vocant, saryria, strumæ, & alia tubercula, sed præcipue antedicta.*

Primum quidem scripsit de recens natis puerulis, dein de illis, qui dentes edunt: nunc vero de ijs, qui mediam habent ætatem inter illos, qui iam dentes ediderunt, & qui sunt pubertati proximi. Nam deinceps sequenti aphorismo illorum commemorat, qui quartum ab ijs ordine locum obtinent. Verum tertiam ætatem, quæ nunc proponitur, quæ videtur ad duodecimum & tertiumdecimum annum progreditur, multis capi ait passionibus. quarum primas tonsillas (Græce παρίσθημία) nominat, quæ sunt locorum ad isthmum attingentium inflammationes. Hic autem per isthmum oportet intelligere partem illam, quæ os & gulam interiacet, quæ per metaphoram quandam ita nominatur ab ijs, qui proprie dicuntur isthmi. Sunt autem angusti quidam terræ processus inter duo maria sitæ. Hæc autem tonsillæ sunt non nunquam solius tunicæ ventriculo ac gulæ & faucibus totique ori communis inflammationes: non nunquam vero & subiectorum ipsi muscutorum, quando & vertebrae, quæ est in occipite, fiunt ad interiora inclinationes, de quibus post tonsillas inquit: Et vertebrae, quæ in occipitio, ad interiora luxationes. Nam a musculis inflammationem patientibus vertebra hæc tracta, ad partem inclinatur ceruicis anteriorem. Nominauit autem hanc partem Hippocrates, non anteriorem, sed interiorem, ut ad vertebra retro locatam

Extra ord.

Dd suum

suum sermonem referens. Corporis siquidem ad profunda tractatio, siue ex anterioribus, siue ex posterioribus fiat partibus, per unum verbum intra monstratur. Cur igitur Hippocrates in noui ter natis puerulis, neque de tonsillis, neque de vertebra, quae est in occipite, luxatione aliquid dixit, cum tamen & isti nihilominus cerebrum humidum, et plenum habeant superfuitatibus, adeo ut subiectis partibus demittat fluxiones? An quia hac aetate prius moriuntur, quam subiecti fauces musculi una cum nervis fortem subeant inflammationem? Adde, quod hi partes eas habent molles, atque ideo non possunt vehementius intendi, ita ut vertebra intus ad ipsas attrahatur. Iam uero asthma (sic autem Graeci vocant crebram respirationem, qualis currentibus accidit, aut quouis alio modo vehementi agitatatione) in his quidem fit ob exercitium, quod multa indiget animal respiratione: in alijs autem, in quibus non adest exercitium, ob angustiam eorum, quae sunt in pulmone, ventriculorum. haec vero angustia fit repleto viscere ab ijs, quae desuper veniunt, fluxionibus. haec autem fluxiones plures quidem in recens natis puerulis fiunt. Cito autem ipsos interficiunt, quoniam & aliter male se habent. Nam & ex utero ad aerem ambientem transitus, & alimenti mutatio, & inflammatio, ab initio quidem locorum ad umbilicum attinentium, postea vero ob dentium generationem, eos omnes imbecilles reddit, & vix ea, quae dixi, tolerant mala: tantum abest, ut ad haec, etiam fluxionem possint sustinere, ubi ad pulmonem decubuerit. Lapis vero maxime propria passio est talium puerorum, ut qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruunt: ex quibus pars crassior una cum urinis ad vesicam perueniens, fit lapidum generationis materia. Accedit altera causa, vehementia caliditatis. Aceruant siquidem & senes humorem crudum non paucum, non propter edacitatem ut pueri, sed propter potentiam concoquentis imbecillitatem: non tamen calorem fortem habent, qui ex materia crassa vaporem resoluens lapidem generet. Lumbrici vero atque ascarides videntur alijs animalibus proportionaliter gigni, quae non ex femine, sed ex putredine habent generationem. Sola enim putredo haec non est ad generandum sufficiens, sed & calore plurimo indiget. Cibus itaque plerumque corrumpit in ventriculo, & praecipue in inferiore puerulis. verum caliditas in valde tenellis nondum materiam superat, in adultioribus autem et materia idonea est ad animalium talium generationem, & praeterea caliditas adest. Ascarides igitur sunt tenues quaedam lumbrici, qui in parte praecipue inferiore crassi intestini gignuntur. & plurimi manifeste gigni conspiciuntur in iumentis male cibum coquentibus: quorum malam coctionem foetor indicat excrementorum. Aliud vero genus lumbricorum est rotundorum, qui in superioribus magis intestinis generantur, adeo quod ipsum quicquid ventriculū ascendant. Multo vero plures hi, quam ascarides, gignuntur in pueris. Rarior autem est lumbrici lati generatio, qui & longissimus est, & saepe per tota extenditur intestina. Verum de hoc nullam fecit Hippocrates mentionem, quoniam neque eius erat propositum de omnibus agere passionibus, quae mortalibus accidunt, sed de illis tantum, quae singulis aetatibus ut plurimum accidunt. Ob hanc igitur causam ipse enumeratis iam dictis, deinceps verrucarum genus, quod Graeci acrochordones vocant, & strumas adiecit, qui sunt morbi, germina vitiosae multitudinis ad exteriora & cutem repentis. Omne autem ipsorum genus tubercula (Graece phymata) nominat, ita deinceps scribens: Acrochordones, strumae, & alia tubercula. Quaedam autem ex his praecipuo vocabulo tubercula nominantur, quaedam sponte nascentes & celerrime factae inflammationes, quae celerrime in altum attolluntur acumen, & celerrime etiam suppurantur. & plurima est horum in inguinibus & alis generatio, quoniam & in his partibus plures sunt adenes, qui apti natura sunt ad has superfuitates prompte excipiendas. Horum adenum passio struma quoque est, non ex calida materia, neque ad suppurationem properante, sed potius quodam modo pituitosiore & frigidiore consistens.

Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnae magis, & ex naribus profluvia sanguinis.

Incipiunt quidem pueri pubescere post annum quartumdecimum. Qui vero prope hanc aetatem accedunt, sunt qui duodecimum, aut tertiumdecimum, aut quartumdecimum etiam agunt annum. Neque enim est vnus omnium certissimus terminus pubertatis, propter caliditatem & frigiditatem temperaturae. Calidi enim citius, frigidi vero tardius pubescunt. Laborant autem pueri hi multis quaedam morbis antea dictis, propter similitudinem temperaturae, & praeterea febribus diuturnioribus, quae priores: non tamen aliquid dixit de ijs, quae illa aetate febres abundant: verum ex eo, quod nunc dicitur, clarum est, quod ostendit ipsas acutas esse. Alterantur enim puerorum dispositiones citissime propter corporis humiditatem, & naturalis potentiae imbecillitatem. Sanguinis vero profluvia ex naribus fiunt in tali aetate constitutis, quoniam hic humor in ea incipit abundare, non quia nunc plus de eo generetur, quam prius, sed quia nunc minus absumitur ex ipso, propterea quod & augmentum minus est hac aetate, quam priore, ut ad corporis proportionem.

Plurima autem passiones puerulis iudicantur, nonnullae quidem in quadraginta diebus, nonnullae in septem mensibus, nonnullae vero in annis septem, quaedam vero iam ad pubertatem accedentibus. Quae vero permanserint, nec in pubertate finierint puerulis, aut feminis, cum menstrua erumpunt, consensescere consueverunt.

Si verbum diutinae sermoni adiectum esset, melius foret: unde & non nulli nomen passionis de diutinis

de diutinis tantum ipsum arbitrantur intelligere. Verum contra hoc sunt sermones tales, quibus ipse utitur in aphorismis, in acutis passionibus raro, & in principijs uti medicationibus. & Tenues victus & in longis semper passionibus, & in acutis. Manifestum itaque ex his est, quod non in diutinis tantum, sed etiam in acutis dicere consuevit Hippocrates nomen passionis. Videtur itaque hoc in loco, aut de diutinis passionibus intelligere, aut mancum sermonem protulisse. Nos vero ipsum supplentes, dicemus ita: Plurimae autem diutinae passiones puerulis iudicantur, nonnullae in quadraginta diebus, nonnullae in septem mensibus, quaedam in septem annis. Ex diebus autem, quadragesimus, primus eorum est, ex quibus morbi diutini iudicantur, vltimus autem inter illos, qui acutos ex intercidentibus iudicant, sicuti etiam supra notauimus. Quicunque vero hunc transcendunt numerum, ad septimanam rationem habent iudicium, non septem diebus connumeratis, sed primum quidem mensibus, deinde annis, quod autem, qui hoc tempus transcendunt, ad quartumdecimum annum perueniunt, est sane manifestum. Nam secunda septimana in hoc completur tempore: & alijs in pubertate magna fiunt corporis commutationes, ac in feminis maxime propter menstruorum eruptionem. Quare, si qui morbi neque hac aetate finiuntur, vltimum ad longum tempus perdurare consueverunt.

Iuuenibus autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acutae, morbus comitialis, & alij, sed praecipue antedicti.

Cum primas aetates ad pubertatem usque minutissime diuiserit, nescio, quo modo adolefcentum aetatem praetermiserit, quae medium obtinet locum inter puberes & illos, qui consistentis aetatis vigorem habent. Verum ex alijs, quas tetigit, licet & de ista conijcere: quae in multis quidem communicat illis, quae ex utraque parte ipsam circumstant, sed hoc habet peculiare in maribus, sanguinis ex naribus profusionem, de qua commemorat in illis, qui sunt prope pubertatem. Nam hic calus incipit in illa aetate apparere, sed maxime viget in adolescentibus, deinde subleuit in viris. Verum hanc aetatem transgressus Hippocrates, ad illam, quae est iuuenum, peruenit: & primum sanguinis sputum scripsit, ac tabem, deinde febres acutas, & post has morbum comitalem. deinde post haec ait: Et alij morbi, sed praecipue antedicti recte quidem hoc adijciens. Nam rem ita se habere indicat visus. At vero non fat plene de febribus acutis dixit. Neque enim dicere simpliciter oportebat acutas, quae & in pueris nihilominus fieri videntur, sed ex acutis tertianas maxime, & caufos, id est febres ardentes. Haec enim praeter ceteris febribus sunt biliosissimae, & multis iuuenibus accidunt: quoniam & flaua bilis hac ipsa superabundat aetate, a qua morbi tales in summo vigore consistuntibus accidunt. Tabem autem, & sanguinis sputum, non secundum aetatis naturam patiuntur, sed secundum aliquid eorum, quae ei accidunt, quare & antea dicebat, quod senes plurimum, minus agrotant iuuenibus, ubi & nos diximus, quod ob incontinentiam iuuenibus, non ob aetatis imbecillitatem, egritudines plurimae accidunt, ob hoc igitur & iuuenibus spuitiones sanguinis accidunt, quia aut percipiuntur, aut contunduntur, aut saliant, aut clamant vehementius, aut refrigerantur, & humi cubant, aut replentur, aut propter aliquam huiuscemodi causam. Ad sputum vero sanguinis, tabes consequitur. Quare & propter haec talia iuuenes ex accidenti agrotant, non primum, neque aetatis ratione. Morbi autem comitiales, quamuis malo victu utantur, tamen ipsi non accidunt multi: ut mihi mirari subeat, quo modo & hos Hippocrates scripserit: cum in alijs, non modo, quod abundat in pueris, dixerit, sed quod etiam ex hac causa passio puerilis nominatur, & quod aetatis mutatione sanantur. Fiunt igitur & in quibusdam iuuenibus morbi comitiales, qui prius non erant, propter victus errorem, quem in ijs, quae assumuntur, admittunt, & in alijs, quae ab ipsis aguntur, operibus, & quae humi cubant, & soli se exponunt & imbribus, atque alijs similibus. Verum hi morbi non multi sunt. Et fiunt quidem alij morbi eadem ratione. Quare melius fuerat ita scribere aphorismum: Iuuenibus autem & omnes alij morbi, quos diximus alijs accidere aetatibus, sed praecipue caufi, id est ardores, & tertianae febres.

Vltra hanc aetatem asthma, id est crebri anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardores, diuturna profluvia, cholerae, difficultates intestinorum, leuitates intestinorum, haemorrhoides.

Iuuenum aetas quinta septimana terminatur. Iuxta hoc igitur & ipse in Prognosticis dicebat: Magis autem expectare oportet sanguinis quidem profluvium in ijs, qui nondum trigintaquinque annos attingere. Nam, quae iuuenibus aetas continuatur, ad duas sequentes septimanas extenditur: in qua aetate omnia vitae munia aequae, atque illi, qui in viginti aetate consistunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores sufficiunt. Nam ex adustione, & algoribus, & humi cubatu, vigilijs, atque repletionem, plus, quam illi, offenduntur. Saneque horum temperatura plus atrae bilis habet: atque ideo in ea multi melancholia afficiuntur: veluti ex anni temporibus, in autumno. Sicuti enim hoc tempus frigidum existens, pallidam excipit bilem tempore aestiuo exarsatam: sic declinatum aetas iuuenilem, quae maxime aestati similitur, subsequitur. mirandumque est, cur in ea non scripserit melancholiam. Ego tamen in quibusdam exemplaribus hanc quoque scriptam inueni, siue aliquis sit ausus apponere id, quod defecerat, tanquam ab Hippocrate praetermissum, siue ab alijs, qui exemplaria mendosa crediderunt. Moriuntur autem & ex tabe haec

Extra ord. D d ij aetate

27

28

* Vetus tractatio habet fortitudinem.

ætatē multā & ex iuuenibus, quicūq; ex sanguinis sputo in tabem incidunt. Non tamen hæc ætatē multi sanguinem sputant, quā neq; in talibus sanguinis est multitudo. Asthmatis vero, i. crebris anhelitibus, & pulmonis inflammationibus, ac laterū doloribus magis capiuntur, q̄ iuuenes: ut qui & victu simili, & laboribus etiā vtantur, sed multo imbecillius, q̄ illi, corpus habeant. Et oīno eos, quos prætermisit in ætatibus vigore consistentium morbos nominare, eos nūc oēs enumerat. Nā & phrenitides, & ardores, & cholerae, & difficultates intestinorū nihilominus iuuenibus, q̄ declinantibus, accidunt, occasiōem sui ortus ex flaua bile capientes. Diuturniora autē in declinantibus ventris profluuiā contingunt, propter alimenti distributiōis defectū. Nā si iam ferē etatū, ea, quæ iam declinat, paucissimū indiget ad corporis resurrectionem: liquidem & id, quod ex ipsis resoluuntur, paucissimū est. Neq; n. corpus similiter calidum est, ut prius: neq; amplius in augmentū quicūq; assumit: sed neq; q̄ virtus contentiua multum imbecillius sit, ut in senibus, plus aliqd ex corpore defluit. Quia igitur ventris profluuiā, vel coctione, vel alimenti distributiōe frustratis accidunt, aut propter bilis acritudinē abradentis intestinum, hæc q; oīa in declinantibus sunt: non sine rōne in eis alui profluuiā diu perseverant. Febres quidem lethargicæ sunt ex humore pituitoso in cerebro acruato. Prioribus autē ætatibus humor hic deficit magis, q̄ superabundet. In senili autē ætatē plurimus quidem est, verum propter ætatis frigiditatem febres non accendit. In ijs autē, qui ab ætatē vigore declinant: & hic humor superabundat, & nondum corpus frigidum est. Leuitates vero intestinorum ostensæ sunt, hæc quidem à frigida fieri pituita, hæc vero à sola intemperatura, quæ vim alui contentiuam reddit imbecillē, hæc autem ab vlcerosā dispositione: atq; hæc oīa in declinantibus superabundant. Sanguinis vero per ora venarum (quod Græci hæmorrhoidas vocant) profluuium, vere huius ætatis est passio, sicuti melancholia. Fit. n. ex atra bile, q̄ ad venas, quæ in sede sunt, repente tota decumbit. A me quidem oīum enumeratarum passionū causa fuit explicata: scientiā autem horum cum probatione illis adueniet, qui legerint demonstratiōes, quas super his in nostris scriptis tractationibus: quæ quot sint, ac quales, & quam doceant contemplationem, legenti librum de ordine nostrarū cōmentationū, licebit discere. Ex his enim promotus, quo modo earum singulæ sint perlegendæ, cognoscet.

Semibus spirandi difficultates, destillationes cum tussi, vrinæ stillicidia, vrinæ difficultates, articularū dolores, veniū passiones, verrigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigilia, alui, oculorum & nariū humilitates, visus obtusus, glaucedines, auditus graues.

Senes à senioribus non nulli Hippocratis sectatores distinguunt: nomen seniorū vltimæ ætati tribuentes, & hoc perpetuum esse existimantes: senes autē in priorī ætatē statuētēs, quæ mediā est inter iuuenes ac seniores. Sed nunc manifeste monstrauit se senes eos, qui extremam agunt ætatem, noīare. in ipsis ergo sermonē terminauit, ut qui iā oēs ætates percurrisset. Hi vero sæpissime à destillationibus, quæ sunt cum tussi, capiuntur: quā partes ad caput attinentes, in ipsis facillime refrigerantur, & quia multæ in ipsis sunt pituitosæ superfluitates, cum iam admodum frigidā cerebri habeant temperaturam. Asthmata vero, hoc est cerebri anhelitus, ex ijs destillationibus ortū habent: cum alioqui & ipsa spirandi instrumenta nō raro habeant propriū sui algoris principiū, q̄ in ipsis multæ ac crassæ superfluitates generentur. Ad hæc, cū vires sint imbecillæ, renes sæpius obstruuntur, & lapides generantur, q̄ tenax vel crassa superfluitas ibi firmata tophosam consistentiam assumpserit. Articularū autē dolores aliqui sunt fluentibus ad hæc loca superfluitatibus, aliqui propter instrumentorū, quæ natura ad eorum motionem fabricauit, frigiditatem. Vertigines autē ipsis accidunt propter spiritum vaporosum, qui in partibus cerebri inordinato cietur motu: sæpe etiam in ventriculo vitiosis superfluitatibus acruatis, ad cerebrum fertur exhalatio vaporosa. De apoplexiā autem quid oportet dicere? Nullus est, n. morbus adeo senili ætati familiaris, q̄ in ea cerebrum pituitosis repletur superfluitatibus. Si quod vero vlcus aduenerit senibus, difficulter sanatur propter defectum sanguinis: Vehementius insuper se scalpunt, quod pruritū appellauit: q̄ illæ, quæ pruritum operantur superfluitates, difficilem habent per cutem euacuationem. Rationabile liquidem existit & cutem in ipsis ex frigiditate densiorem esse, & superfluitates plures simul ac crassiores existere. Pluresq; ipsorū (neq; enim omnes) continue vigilant: quod eis accidit, & quia senectus plena curarū est, sed magis, quia corpus habent exiccātū: vnde & tūc magis vigilant, q̄ integra sanitate fruuntur. Dictum autē à nobis est & in cōmentarijs de temperaturis ipsas quidem corporis partes in senectute fieri sicciōres, sed multitudīne superfluitatum pituitosarum acruari: ob quam causam à multis putatur senectus frigida & humida. In quo autem tempore hæc plures in cerebro aggregant, fiunt senes potius somnolēti: In quo vero bene excernuntur, peruigilant. Contingit autem & pauciores superfluitates generari, & citius excerni eo tempore, quo salubriter degunt: vnde et maxime propria passio senilis etatis videtur esse vigilia. Humiditates autem in ipsis & oculorum & nariū liquet fieri, propter cerebri superfluitates: quibus eisdem ad alium defluentibus, & ipsa sæpius humectatur. Hebetes autem visus, & graues auditus, propter potentiā sensibilis accidunt imbecillitatem: glaucedines vero propter immodicā instrumentorum siccitatem, & quia speciem habent suffusionis.

Galenus



Vt ergo gerentes sunt medicanda, si materia turget, quarto mense, & vsq; ad septimum, sed hæc minus. Iuniora autem & seniora vereri oportet.

Ad vteros, foetuum connexus eandem habent proportionem, quam fructuum connexus ad plantas. Hi liquidem in prima generatione debilioribus capulis continentur, & ideo facile decidunt, quando vehementior ventus ipsos concusserit: posthac aucti, difficilem habent à plantis dissolutionem: sicuti rursus, cum perfecti sunt, sponte sua sine vi extrinseca decidunt. Eodem modo & conceptus, in primo quidem tempore à seminis iniectiōe, si quando saltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, siue quouis alio modo, vel animo, vel corpore moueri vehementius, facile dirumpunt. Sic etiam, & cum iam perfecti sunt. Tempore vero intermedio firmiorem habent coalitum: quare mulier vtero gerens potest fortiores motus sustinere sine foetus offensione. Quæ omnia Hippocrates noscens, recte inquit, Vtero gerentes sunt medicanda, si materia turget, quarto mense, vsq; ad septimum: quod est medio tempore foetationis, cum foetus vtero firmiter alligatur. Non tamen omnes, quæ hoc tempore indigent purgatione, permittit purgari: sed si materia turget, inquit, hoc est, cogat accelerare. Tractum enim vocabulum est ab animalibus ad coitum concitatis. Cum igitur superabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, nondum in aliqua parte firmati: tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad alium deducente. Eos vero, qui aliqua in parte sunt firmati humores, non oportet mouere. Sic igitur & illud dictum est: Quicumque inflammationes in morborum principio medicamento conantur solueri: nihil de eo auferunt, quod intentū est atq; inflammatum: (neq; enim passio, ut quæ cruda sit, cedit) quæ vero sana sunt, & morbo resistunt, colligant. Quod autem Hippocrates verbo/medicari pro purgare medicamento, consueuerit uti, omnes confitentur, quicumq; vel paruam habent de eius dictione notitiam. Nam, ut quispiam alia omittat ipsius volumina, & de solis post hæc scriptis Aphorismis meminerit: nihil aliud per vocem/medicari/in eis posse significari intelliget, veluti paulopost fiet manifestum.

In medicationibus talia educere è corpore, qualia & sponte prodeuntia, vtile: quæ vero cōtrario modo prodeunt, cohibere oportet.

Sponte euacuari è corpore dicimus, quæcumque sine aliqua medicæ opera excernuntur, non nunquam ea, quæ nostrum regit corpus, potentia ipsum expurgante, non nunquam ex irritamento aliquo, aut quia à valis non contineantur. Cum itaque natura superfluum euacuat, iuuatur animal. cum vero alioqui exceñt, casus ratione: neque inde vtilitas vlla provenit, & talis euacuatio prauæ dispositionis est signum. Recte igitur Hippocrates consulit imitari naturā. Est autem imitatio, in vnoquoque morbo tentare tales humores euacuare, quales nouimus in spontinis prodelle euacuationibus. Prius itaque dictum est ab ipso de omni euacuatione generalius. Sic & vasorum inanitio, liquidem talis fiat, qualem fieri oportet: confert, & leuiter ferunt. Nunc vero de sola purgatione eundem fecit sermonem, quoniam de hac docere proposuerat in præsentis libri loco. Melius igitur fortasse fuerit de omnibus euacuationibus, quas medici moliuntur circa ægrotantium corpora, nos quoque sermonem repetere. Fiunt enim hæc aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia, per vomitus & deiectiones. aliquando medicina partis alicuius est euacuatua, veluti quæcumque per palatum & nares à capite abducunt superfluitates. E genere autem superfluitates abducentium sunt, & quæ per tussim expurgant, quæcumque in pectore sunt atque pulmone, & quæ per vrinas abducunt totius sanguinis serosam superfluitatem. Clysterem quoque ex hoc genere feceris, & quodcumque aliud totum corpus æqualiter non euacuat, quemadmodum & venæ sectio creditur euacuare, & omnino sanguinis extractio quæcumque, & quouis modo facta. Ex talibus autem est euacuationibus & quæ per vterum fit, & quæ per ora venarum sedis, & quæ per exercitia, & frictions, & omnem motum, atque calorem, & balneas calidas, præsertim nitrosas, sulfureas, & bituminosas, & ex accidenti, inedia. Hæc liquidem omnia videntur quidem totum corpus æqualiter euacuare. Siquis tamen exactius perquirat, inueniet non æqualiter euacuare. verum in his, cum sit paruus excessus alterius ad alterum secundum eorum, quæ euacuantur, qualitatem & quantitatem, ideo æqualis euacuatio videtur. Quæ vero pharmaca purgatoria nominantur, speciem faciunt euacuationis manifeste differentem: de quibus, ut dixi, nunc ipsi docere propositum: non tamen quicquam plus docet, quam quod de omnibus euacuationibus ipse iam dixit. Vna etenim

Extra ord.

Dd iij est

est omniū intentio ac scopus humor superabundans: cuius notitia est perquirenda ex eo, qui toto corpore præter naturam color repræsentatur, & insuper ex casibus, & morbis, & tempore, & regione, & ætate, & constitutione, & natura ægrotantis, & vitæ instituto, & victu: Veluti (si ita contigerit) colore pallidiori in toto corpore apparente, quemadmodum in illis, qui regio morbo laborant, non euacuata per sedem bile, aut pustulis aliquibus biliosis per totum corpus dispersis: particulatim autem, si morsus in ventriculo aliquis atq; fastidium sentiat, & ad sit cibi appetentiæ defectus, ac sitis, ore ad amaritudinem alterato, aut quia in aliqua parte corporis sit erysipelas, aut quia tertiana febris hominem habeat, aut ex ardentibus illa, quæ ex amara fit bile. Nam in his omnibus flava bilis abundat, atq; idcirco conabimur ipsam educere illis medicamentis, quæ cholagoga, id est bilis educitua, ab effectu nominantur. Atq; hoc est, quod ab Hippocrate dicitur: Si, qualia oportet purgari, purgantur: confert, & leuiter ferunt. Quod, n. d. / qualia oportet / abundantiam significat humorum videlicet sua qualitate infestantium ægrotantem. Ob hæc igitur causam ait tales conferre euacuationes. Sed, qm̄ oēs artificiosæ coniecturæ in actionibus aliquā aberant: (similitudines etenim, vt ipse inquit, non solum vulgares, sed et medicos eruditos aliqui decipiunt) alterum nobis dedit indicium bonarum euacuationum, tolerantia facilitatem: vt et in hoc fiduciam habeamus, cum recte fecerimus euacuationem. Quod igitur in flava bile dixi, veluti in exemplo, hoc idem mihi & in atra intellige. Nam & in hac color totius corporis ad nigritiem tendit, & pustulæ nigrae fiunt ex atra bilis colore: &, quicunq; morbi ex eius fiunt exuperantia, multitudinem humoris indicant manifeste: quemadmodum elephas, cancer, & quartanus circuitus ex melancholico humore generantur: & lien magnus, & varices nigricantes sunt eiusdem humoris aluinae passionis, quemadmodum & quæ melancholia noiaitur, & omne mentis delirium, cui ira, temeritas, atq; immanitas iungitur. Hippocrates vero etiam ex menstruis, superabundantem in foeminis humorem coniecturabatur: & scripta sunt ab eo indicia, in primo libro de mulieribus. Ex his igitur, qd atra bilis abundet, dignoscere oportet: & has habentem intentiones, ad eius accedere euacuationem. Secunda autem in ipsa euacuatione intentio habenda est, tolerantia facilitas. Quæcunq; vero in atra bile & flava sunt dicta, hæc mihi & in pituita intellige, tumores œdematosos hoc est inflatos, pustulas, totius corporis colorem pro humoris specie, febres quotidianas, mentis pigritiam atque torporem, somnos profundos, capitis grauitates, & quosdam acidos ructus, qm̄ in ventriculo pituita abundat. Hæc enim omnia suadent medicamentum dare pituitam purgans. Facta vero iam purgatione, tolerantia facilitas attestabitur & dignotioni, & ei, quæ ausus es facere propter ipsam, euacuationi. Ad dignotionem vero, & spem euacuationis, habes etiam conferentem aliquid non solum ætatem, vel naturam ægrotantis, sed etiam anni tempus, & præsentem constitutionem, præterea & regionem, & victum antecedentem, vnâ cum alijs vitæ institutis. Etenim didicisti, vt hæc omnia, non nulla pituitam, non nulla flauam bilem, non nulla atram exaugeant. Hæc quidem omnia, vt dictum est, sunt intentiones exhibendi medicamentum, vim habens humorem infestantem expurgandi. In ipsa vero euacuatione altera erit intentio, vel nobis ferens recti iudicij testimonium, vel erroris. Recti quidem iudicij, tolerantia facilitas: erroris autem, difficultas. Nam infestantium humorum euacuationem facile tolerabunt egrotantes. Siquid vero aliud, & non quod infestat, euacuatur: necessarium est oïno male ipsos tolerare. Quod igitur, vt dixi, in principio libri per vnum ostendit aphorismū, ita scribens: Sic & vasorū exinanitio si quidem talis fiat, qualem fieri oportet, confert, & leuiter ferunt: Id in hoc loco nunc in duas secans partes in medicationibus, per prior rem quidem hunc sermonem, quæ sint conferentes vacuationes, docet, per alterum aut, qui sequitur, admonet, vt tales euacuationes firmum indicium subsequatur, facilitas tolerantia. Exempla vero ipse apposuit earum, quæ sponte fiunt, euacuationum ad bonum, multa quidem in libris Epidemiorum, pauca vero in hoc ipso libro Aphorismorū, qualia huiusmodi sunt: Quem aqua inter cutem habet: per venas in venter aqua fluente, solutio. Si lippitudo adsit: ab alui profluuiō capi, bonum. Quibus biliosa deiectiones, surditate superueniente cessant: &, quibus surditas, biliosis factis cessat.

Si, qualia oportet purgari, purgantur, confert, & leuiter ferunt: contraria vero grauius.

Prius hic aphorismus à nobis expositus est in præcedētis aphorismi expositione: scriptus etiā in superiori libri parte, iisdem verbis: quare & non nulli eum de hoc loco sustulerunt.

Medicari æstate superiores magis, hyeme vero inferiores.

Subaudire oportet, videlicet ventres. Recte autem æstate purgat superius, quoniam & qui tunc humor superabundat, flava bilis est, & omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatem magis ad superiora mouetur. Quilibet autem superfluitas, eod, quod vergit, ducenda est per loca conuenientia: quemadmodum ipse in libro de humoribus scripsit. Addidit huic aphorismi sermōni verbum / magis: neq; simpliciter dixit, Medicari æstate superiora, hyeme vero inferiora. Nam, etsi non sæpe, raro tamen tempore æstatis humor pituitosus visus est abundare, sicuti hyeme aliquando flava bilis.

Sub

5 A Sub Cane, & ante Canem difficiles sunt medicationes.

Nam & exusta tunc natura nostra non fert eam, quæ à medicamentis purgantibus prouenit, acrimoniam. Quare plures quoq; purgati hoc tempore incidunt in febres: & natura ob æstum imbecillis, magis ex purgatione dissoluitur. Sed & purgatio hæc praua fiet, cum calor aeris ambientis in partem trahat extrinsecam, contrariam ei, ad quam medicina ducit humores. Sicuti. n. balneæ calidæ natura aptæ sunt oblitere purgationibus, sic & calor æstatis, tunc præcipue, cum seipso vehementior extiterit.

6 Graciles, & facile vomentes, purgare superius, cauentes hyemem.

Hic addere oportet, quod paulo antea dictum est verbum / magis. Magna enim ex parte graciles sunt biliosi. Si igitur hoc accesserit, vt sint ad vomendum faciles: sunt per superiora purgandi, nisi obstitat hyems. Nam supra dictum est medicari æstate superiores magis, hyeme autem inferiores oportere.

7 B Vomentes vero difficulter, & mediocriter bene carnosos, per inferiora, cauentes æstatem.

Si facilis ad vomendum, & gracilis sit, per superiora purgandus est, nisi sit hyems, hoc est æstate, autumno, & vere. Sin difficulter vomat, & mediocriter bene carnosus sit: per inferiora, si res vergeat, solum cauendo æstatem: aliud autem anni tempus non oportet cauere.

8 Tabidos vero, cauentes ad superiora purgationes.

Ad superiores, inquit, purgationes nunquam tabidos duxeris, veritus scilicet instrumentorū, quæ respiratori obseruiunt, imbecillitatem. Per tabidos autem intelligere oportet vel eos, qui morbum à Græcis phthisin nominatum patiuntur, vel qui ad eum sunt natura proni: de quibus ipse in primo libro Epidemiorum scribit: Et maxime moriebantur, quibus natura ad tabem pronata erat. Est autem his pectus angustum, & qui in eo continetur pulmo.

9 Melancholicos autem plenius per inferiora, eadem ratione contraria apponentes.

Ventres inferiores videlicet melancholicorum oportet eadem ratione plenius medicari. Plenius autem dixit pro fortius. Quia vero ad inferiora declinat hic humor, non sine ratione ipsum iubet per ventrem inferiorem euacuari, sicuti flauam bilem per superiorem, cum sit leuis humor, & sponte continue fluitet. Cōmune igitur ambobus est, vt ducatur, quod vergunt, per loca conuenientia: proprium autem alteri quidem humori, per superiora loca euacuari, quoniam ad hæc vergit: alteri vero per inferiora, quoniam & ipse ad ista declinat. Contraria itaq; est per superiora euacuatio illi, quæ fit per inferiora: quorum vtrunq; fit secundum vnâ communem rōnem. Quare recte dixit Hippocrates / eadem ratione contraria apponentes.

10 Medicari in valde acutis, si materia turgēt, eadem die: tardare enim in talibus malum est.

Dictum est & à me prius, quod verbum / turgere / Hippocrates trāstulit ab animalibus, quæ ad coitum properant, cum naturali quadam concupiscentia moueantur ad seminis excretionem. Ostensum est enim in libris de semine, qd femina etiam in coitu semen excernit. Quando igitur vel in toto corpore similis huic fuerit natura: impetus ad excretionem superfluitatum, vel si non toto corpore, saltem in partibus principalioribus: tale quid conueit Hippocrates per verbum / turgere / significare: & statim per medicamentum euacuationem faciendam iudicat prius, qd vel virtus vitata fuerit, vel febris caliditas aucta sit, vel ad aliquod membrū principale decubuerint huiusmodi, qui per corpus vagantur humores. Quod autē valde acutos morbos nominauerit, quos prius peracutos dixit, vnicuiq; liquet. Et quidem, quod iudicationis horum terminus est prima septimana, dictum & à me prius hoc est.

11 Quibus tormina, & circa vmbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neq; à medica mento, neq; aliter soluitur, aquam inter cutem siccam firmatur.

Tormina fiunt & propter morsum vehementem, & propter spiritum flatuosum, qui non habet exitum, sed in intestinorum inuolucris est interceptus. Quod vero dolores ad tales dispositiones consequatur, nemini dubium. At, cum circa vmbilicum ac lumbos se firmauerint, et neq; à medicamentis, neque alijs soluuntur auxilijs: quædam est earum partium habitualis intemperatura: quæ magna ex parte perseuerans, eam aquam inter cutem efficit, quæ ab Hippocrate sicca nominatur. Vocatur autem hic morbus à posterioribus medicis tympanias, quoniam abdomen percussum talem sonum edit, qualem tympana. Nam & in illis per cutem extētā subiectus aer percuitur, quemadmodum aer in hoc morbi genere, qui in profundo locatur. Quod vero & hoc morbi genus ex tumoris similitudine hydropem, id est aquam inter cutem Hippocrates nominet, est manifestum: Non tamen humidum est, sicuti qui ascites ab vtris similitudine

Extra ord.

Dd iij dicitur:

dicuntur: in quo materia collecta non est flatuosa aer, sed humor aquosus. Videtur autem a maiori frigidityte generari aquosus hydrops, quem asciten vocant, quoniam in membrana abdominis interiori, peritonæo græce dicta, humor veluti in vitre quodam continetur: a minore autem tympanias. Neque enim humida substantia in flatuosum aerem sine calore aliquo potest transmutari.

Quorum alui, intestinorum laxitate laborant: hyberno tempore supra purgari malum.

Morbum, in quo celeriter ea, quæ comeduntur, talia deiciuntur, qualia deuorata fuerint: leuitatem intestinorum nominant. fitque ex potentia contentiua debilitate: seu cõsequitur ad omniũ, quæ ad aluum pertinent, instrumentorum intemperaturas, hoc est ipsius ventriculi, in quem cibos deuoramus: & eorum, quæ ex hoc suspiciunt atque transmittunt, intestinorum. Fit etiam quædam laxitas intestinorum ex aliqua summas partes occupante exulceratione, simili illis, quæ in ore fiunt, quas Græci aphtas nominant. Intemperaturæ igitur non nunquam fiunt, vt quispiam dicat, habituales: (sic vero nominant illas, quæ ipso corporum habitu læso fiunt) quædamque propter frigidam pituitam, qualis est acida maxime. Earum autem, quæ in summa parte hærent, exulcerationum causa est humor acris & tenuis. Hic igitur etsi per superiora purgari debet, quoniam huiusmodi humores magis fluere soleant, quam ad inferiora secedere: non tamen hoc hyeme faciendum est: sicuti etiam superius est dictum. Alter vero pituitosus, quando adhæserit intestinis, nunquam est per superiora purgandus, hoc est per vomitoriam medicinam. Sola enim euomina tura apta sunt, quæ in ventriculo continentur: eorum vero, quæ continentur in intestinis, nihil potest per vomitus euacuari.

Ad elleboros qui non facile supra purgantur, eorum corpora ante potionem pluri cibo, atque quiete humectanda sunt.

Prius oportet tẽtare eum, qui elleborum sumpturus sit, quo modo se habeat ad superiores purgationes, hoc est ad eas, quæ fiunt per vomitiones. Fiat autem periculum per medicamenta vomitoria, quæcunq; sunt mediocria. Si igitur non facile purgari videatur, non oportet huiusmodi hominem ad elleborum ducere, antequam præparetur. Hoc autem fieret, si per cõtinuos vomitus assuescat is, qui est sumpturus elleborum, ad prompte vomendum. Verum hoc, vt paruum aliquod, atque omnibus notum, Hippocrates prætermisit. Melius autem fieret præhumectando corpora. Præhumectantur autem plurimo alimento, atque quiete. Ac de quiete quidem clarum est. Si cut enim exercitia sunt apta natura exiccare: sic & requies (quod ocium est, & ab exercitatione vacatio) seruat humiditatem. Cibus vero non simpliciter copiosior est aptus natura humectare, sed quicunq; nullam habet fortem qualitatem, hoc est neque acerbam, neque acrem, neque salam, neque amaram. Forte autem neque simpliciter cibus, hic, qui talis est, est appellandus, sed hoc totum, cibus medicinalis: sicuti illi, qui est cibus simpliciter, soli hoc inest ex omnibus, vt ex sua natura, non autem ex accidenti solidas partes animalis humectet, hoc ipsum non per se, sed ex accidenti aliquo faciẽte quiete. Quia enim eam, quæ prouenit ex cibo, humiditatem non exiccat: idcirco dicitur humectare. Aqua vero neque epota, neque extrinsecus occurrans, natura apta est solidas animalis partes humectare. De talibus autem perfectiorem possit quispiam habere doctrinam legẽdo librum nostrum de potentibus naturalibus, & librum de tabe.

Cum biberit quis elleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis: ad somnos vero atque quietem, minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.

Ipse attulit causam, ob quam eorum corpora moueri præcipiat, qui assumpserunt elleborum. Quies siquidem in eodem statu conseruat, motus vero transmutat atque alterat corpus: vt indicat nauigatio, quæ motus quidem est, turbat autem corpora adeo, vt & vomitum excitet. Cũ igitur talis motus fuerit sufficiens etiam solus ad vomitum corpus præparare, fit sane rationale, vt, si vomitorio medicamento coniungatur, longe maiorem habeat efficaciam. Quidam pro nauigatione nauseam scribunt, vt sit sermo talis. Ostendit autem & nausea, quæ vehementioribus corporis aduenit motionibus, ex motione corpus perturbari. Liquet autem, quod & hic sermo eandem vim habet cum priore.

Cum volueris magis ducere elleborum, moue corpus: cum vero sistere, somnum facito, & non moueto.

Prior quidem aphorismus, quo modo oporteat hominem, qui elleborum sumpsit, ad purgationem præparare, nos docuit: præsens vero, quo modo sistere purgationem. Non est autem absque ratione, quod ea, quæ sistunt purgationem, sint contraria istis, quæ vomitum cient. Si igitur motiones ciebant, sistunt quietes: & multo magis somnus, in quo actiones animales ociantur, quæ et per sensum fiunt, & præterea per musculos in motibus, qui fiunt ex appetitu.

Carnes sanas habentibus elleborus periculosus, facit enim conuulsionem.

Quod in præcedentibus dixerat in omnibus purgationibus, hoc nunc in ea sola dicit, quæ fit per elleborum: adeo vt duo aphorismi possint inuicem iungi, tali modo: Qui corpore bene se habent,

A habent, difficile est medicari. Sic ergo & elleborus carnes sanas habentibus periculosus est, conuulsionem enim facit. Habet namque elleborus istud præcipuum, facere conuulsionem, propter operationis vehementiam.

17 *Si quis febrẽ non habens, abstineat a cibo, & cordis morsum, & tenebricosam vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit: purgatione indigere per superiora significat.*

Apositia, i. abstinentia a cibo, idẽ significat, quod anorexia, i. inappetentia. Cardilogmos autem id est cordis morsus, est cordis, hoc est oris ventriculi, passio. Prisci liquidẽm & hoc, cor nominabant. Scotodinos autem, i. tenebricosa vertigo, est, quando simul res conspectæ videntur circumuolui, & sensus visus repente destruitur, cum egrotus sibi tenebras circumfundi opinetur. Fit autem hoc ore ventriculi a malis humoribus morfo. Nam propter neruorum magnitudinem, qui ad ipsum a cerebros veniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimẽtum patiuntur. Hi itaque casus sunt cõmunes humorum omnium mordacem habentium naturam. Os autem sentire amaritudinem, solius bilis, quæ pallida & flaua nominatur, est opus: quare recte in huiusmodi inquit Hippocrates significari, quod oporteat purgari per superiora: quod explanatum, talem habebit interpretationem: Huiusmodi casus significant medico, indigere hominem purgatione per superiora, hoc est per vomitiones.

18 *Supra septum transuersum dolores, purgatione indigere per superiora significant: quicunq; vero inferiora molestant, per inferiora.*

Hic aphorismus, quod antea in vno dolore docuit oris ventriculi, hoc ad omnes extendit dolores. nam clarum est, vt, quicunq; supra septum transuersum consistunt, purgatione indigentes cõsultat per superiora purgari, quicunq; infra septum transuersum, per inferiora. Addidit autem sermo nunc, purgatione indigentes, ne quis forte arbitretur curare Hippocratem omnes dolores simpliciter per euacuationem. Neque enim nunc dicit hoc, sed quod secundum humorum infestantium inclinationes, oportet etiam facere euacuationes: & neque supra septum transuersum dolores per subducentia medicamenta euacuare, neque infra consistentes per vomitiones.

19 *Qui in medicamentis purgati non sitiunt: non quiescunt prius, quam sitiant.*

Qui purgantur, non nulli statim sitiunt, non nulli postea. fitque hoc propter ipsius ventriculi dispositionem, & propter datum medicamentum, & propter humoris, qui vacuatur, naturam. Ventriculi quidem ratione, qui ex caliditate, vel siccitate, vel ambabus qualitatibus prompte ad sitidum perducatur, siue hoc natura insit ei, qui biberit medicamentum, siue illo solum tempore. Ratione autem medicamenti, cum acre fuerit, & calidum, ac mordax. Propter humorem vero, qui vacuatur, quando bilis amara fuerit. Hisce quidem de causis fiunt sitibundi. Ex contrariis vero longo tempore sine siti perseverant: quando vel frigidiorẽ, & humidiorẽ ventriculum habuerit homo, qui purgatur, aut ab initio, aut tempore purgationis: vel quando medicamentum omni vacat mordacitate: & tertio quando humor pituitosus aut aquosus extiterit. Verum & in his, quoniam abunde fuerint euacuati, consequitur sitis, sufficiens etenim est & ea, quæ ex euacuatione prouenit siccitas, ipsam efficere. Accedit præterea medicamenti purgantis vis, habetis aliquam etiam neque manifestam neque sensibilem, attamen latentem acrimoniam ac caliditatem.

20 *Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor: purgari inferius oportere significatur.*

Sicuti paulo antea docuit signa eorum, quos oporteat purgare superius, ita nunc docet ea, per quæ cognosceret aliquis, quando oporteat inferius purgare. Est autem cõs vtriusque ratio in differẽtibus casibus. Nam pro inclinatione noxiorum humorum, facere oportet euacuationes.

21 *Deiectiones nigrae, qualis est sanguis niger, sponte venientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimae: & quæto colores magis prauis fuerint plures, peius: cum medicamento vero melius, et quanto colores plures non prauis.*

De deiectionibus nunc ipsi est sermo, quæ a priscis medicis quidem nigrae vocantur, bilis vero nigra exquise non sunt. Nam acre, & corrodens, & acidum non habet: ac, quod multo plus est, in terram effusa ipsam non fermentant: verum sunt, vt quis eius describens imaginem planẽ diceret, veluti sanguinis limus, qualis etiam vinis crassioribus iam consistentibus solet sublidere, quæ fecem nominant. Hæc si diutius moretur in corpore, & neque per aliquem sensibilem effluxum neque occultum excernatur, verum transmutetur, atque putrescat, fit bilis nigra exquisita. Antequam vero hæc genita sit, splen trahit eam, quæ est veluti sanguinis faex, hepar expurgans: quemadmodum in commentariis de potentibus naturalibus est demonstratum. Abutitur itaque & hoc melancholico humore ad sui nutritionẽ splen: & quam rursus ipsa fecerit, superfluitatem totam expellit ad ventrem, vna cum alijs superfluitatibus excernendam. Si quando igitur neque splen bene expurgauerit, & ille, qui in hepate continetur sanguis, multum huius limosæ superfluitatis habuerit: accrescet

crescet debilitas viscerum ita, ut in seipso continere superfluitates non possit, & tunc ille, quæ nigra E vocatur, sicut deiectiones, de quibus nunc sermo habetur ab ipso. Adiecit autem suo sermone / Veluti sanguis, tale quiddam ostendens: Qualis sit sanguis denigratus, dum per intestina defertur, tales sunt nigrae deiectiones. Nam extreme demetria fuerit existimare, sanguini secundum naturam se habenti, tales deiectiones assimilari. Sicut etenim hęc & rubrę, & nigrę. Atqui impossibile est sanguinem eundem & rubrum, & nigrum esse. Plurimas vero huiusmodi deiectiones in pestilenti hoc morbo longo conspeximus, quæ non magis in ijs, qui exitio proximi erant, quam in alijs saluandis apparebant: non tamen vel in principio, vel incremento morborum conspiciantur. Tunc enim, quæ euacuabantur, erant & flava & rufa colore colligamta. quæ vero mox apparebant, nigra erant, veluti sanguinis sęxi: siue ipso superaffato habuissent generationem, siue aliquam extraneam putredinem adepti, illis, quę in ventriculo fiunt, cruditatibus proportionalem, quando ad vitiosos humores corruptio terminauerit. Quare ab initio quidam nunquam ad bonum fiunt huiusmodi deiectiones, magnam visceris læsionem ostendentes: ad morbos vero consistentes sequuntur sæpius, natura superfluitates expurgante. Non tamen istud hoc in aphorismo adiecit Hippocrates, quæuis alibi quidem dixerit in vniuersum, Signa iudicatoria non statim appareant: in sequenti autem aphorismo particulatim, dum inquit: Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel supra vel F infra exierit, letale est. Nunquid igitur satis visus est sui animi manifestare sententiam, vires hoc verbo venientes / quod temporis spatium ostendit, tanquam vel per morbum totum, vel per longum ipsius tempus tales veniant deiectiones: Si enim aliquod vnum tempus ostendere voluisset: omnino vel quæ post apparuissent, vel quæ venissent, protulisset: non sponte venientes. Hoc enim verbu venientes / non aduenisse, sed aduenire significat. Assumpto tamen medicamento, quod vim habet purgandi nigra, talia denique nihil mirum. Sic itaque multi deiectionum colores præter naturam, sponte quidam euacuat, multarum, atque malarum in corpore dispositionum sunt signa. a medicamento autem ducti vim habente plures humorum species euacuare, nihil absurdum significant.

Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel supra vel infra exierit, letale est.

Facta est a nobis & in antecedente aphorismo distinctio inter humorum melancholicum, & nigram bilem, de qua nunc sermo habetur ab ipso. Et causam, ob quam ab initio letales sint huiusmodi humores, postea vero iudicatorij appareant, in illo aphorismo sufficienter percurrimus: sed & nunc repetemus, quoniam ea, quæ sunt ad artem maxime necessaria, sæpe tractare sit melius. Quando aliquis incipit morbus: si quid excernitur, nihil tunc excernitur natura ratione, sed sunt G omnia casus earum, quę præter naturam sunt in corpore, dispositionum. Quo enim in tempore a causis quidem morbum facientibus natura grauat, adest autem cruditas humorum, tunc aliquid bene euacuari est impossibile: si quidem oportet coctionem præire, sublequi vero discretionem, & postea euacuationem, ut bona sit crisis, siue iudicium. Hæc autem nos ipse docuit in primo libro Epidemiorum, ita inquit: Coctiones, iudicij celeritasque securitatem significant: cruda autem et incocta ad malos abscessus conuersa, iudicationis cæritatem, vel dolores, vel longitudinem, vel mortes, vel eorundem malorum reditus. Quando igitur post morbi coctionem aliquis humor vitiosus excernitur, tunc corpus a natura expurgatur. Et propter hoc atra bilis, & alius omnis huiusmodi humor, vbi signa coctionis in morbi processu apparuerint, bonam significat euacuationem. Si vero aliter excernantur sine signis coctionis, exitialis est casus. Quare, cum in morbi principio semper sint signa cruditatis, mala semper erit humorum talium euacuatio.

Quibuscunque ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus, siue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue uti sanguis niger desubter exierit, postridie moriuntur.

Sermo in hoc aphorismo est potentia talis: Siue atra bilis (de qua antecedit docuit aphorismus) H siue nigra, quę sanguini nigro assimilatur, (de quibus prior aphorismus) ijs, qui ad extremam extenuationem venerint, apparuerint, postridie moriuntur. Est enim in talibus natura ibecillis adeo, ut non possint concoquere neque discernere neque excernere, quæ ita praua existunt. Propter morbi igitur magnitudinem cum contineri nequeant, effunduntur, & idcirco sunt difficilia. Mortem autem non in posterum afferunt, ut in alijs contingit morbis propter virium imbecillitatem. Ostendit tamen in hoc aphorismo manifeste, quod & in priore, cum dicebat, Deiectiones nigrae, qualis sanguis: subaudire oportet, niger: ut tale sit plenum: Deiectiones nigrae, qualis sanguis niger. Ostendit autem & nos bene a nigris deiectionibus bilem nigram separasse. Hęc enim sanguini denigrato similes videntur, differentes in eo, quod fusæ sunt, & non concretę, ut illæ. Nigra autem bilis & in eo, quod fusæ est absque concretionem, & quia fulgentem habet nigredinem, & præterea mordax est, sicuti acetum, & terram abradit, atque fermentat: quorum nihil nigris adest.

Difficultas intestinorum, si ab atra bile inceperit, letalis est.

Ab illa, quæ a quibusdam pallida, ab alijs bilis flava nominatur, maxima ex parte incipit intestinorum difficultas, ab atra prius in summa parte propter humorum acrimoniam intestinis, postea vero

A vero ex eis adeo, ut exulcerentur. Hanc igitur intestinorum difficultatem sæpe sanauimus. Quæ vero ab atra bile fit, insanabilis est profus, cum nihil differat a cancro vlcerato. Cum igitur hic cancer in summa parte consistens, sit aut cum difficultate sanabilis, aut omnino insanabilis, quamuis possit continuo medicinam habere insidentem: rationabile est illum, qui occupat intestina, non solum quia nihil illi continuo adharere potest, verum etiam quia semper ab alimenti superfluitatibus tangitur, esse penitus insanabilem.

Sanguis quidem supra, qualiscunque fuerit, malum: infra autem nigra deiectiones, bonum est.

De nigris deiectionibus sermo habitus ab ipso est in præcedentibus aphorismis: nunc vero de ijs, quæ vel per os, vel per sedem excernuntur, verba facit. Quare in proposito aphorismo quando ipse dicit supra, solam, quæ fit per os, excarnationem intelligemus, illa, quę fit per nares, omissa. Hanc itaque ait semper esse malam, qualiscunque fuerit is, qui excernitur sanguis, hoc est, siue spumosus, siue rubeus, siue flauus, siue niger, siue aquosus, siue crassus. Melius enim esse inquit, ut infra exeat, non tamen more dirupti sanguinis, sed paulatim fluentis ita, ut sui exitus tarditate denigretur. Ipsum itaque sanguinem confluere omnino ad aliquod intestinum, malum oportet existimare. Melius autem, quando paucus, quam quando multus veluti diruptus effluxerit. Quare, quod legitur bonum / non tanquam idem, sed tanquam idem, quod melius, significaret, est accipiendum: quasi ita diceret: Infra autem melius nigra deiectiones. Re vera enim hoc eligibilis, quam per os quocunque modo sanguinem ferri. Hoc si quidem dixerit quispiam, ut eam, quę videtur in verbis Hippocratis, repugnantiã dissoluat, dicens nunc bonum esse, ut nigra deiciantur, cum tamen paulo antea pessimum id esse dixerit. Possimus etiam vocabulum nigra sic accipere, quemadmodum ipse in Epidemijs dixit, de sanguine ex venis (quas hæmorrhoidas vocant) profuente, tanquam sanante melancholicas passionis. Re vera enim iam facta melancholice maximum est remedium sanguinis ex his venis profluuium: quam etiam, si futura sit, prohibet. Sic itaque nobis intelligentibus, sermo talis erit: Sanguis supra, qualiscunque fuerit, malum: infra vero per hæmorrhoides, bonum, quando nigra euacuantur: hoc est quando hominis natura multum tale accumulauerit sanguinem. Aliter autem non est assuefaciendum ei, quæ fit per hæmorrhoidas euacuationi, ut quæ periculosam habeat vtranque immoderantiam, siue supra modum sanguis excernatur, siue ex toto supprimatur.

A difficultate intestinorum habito, si veluti caruncula exeat, letale est.

In difficultatibus intestinorum, cum adhuc constituuntur, quædam corpora pinguis excernuntur: post hæc autem, nisi finiri anticipauerint, quædam ramenta intestinorum, ablata ipsorum superficie interiore, quæ membranosa existit & densa, illi, quę cutem exterius contigit, epidemiti di. i. cuticula appellatur, proportionalis. Post hæc autem aliquid ex ipsa abraditur substantia intestinorum: in quo tempore non adhuc fieri difficultatem intestinorum, sed iam factam atque completam dicimus esse. Quando igitur partes adeo magnæ intestinorum excernuntur in difficultate intestinorum, ut possimus eas carnes nominare: letalem autem esse morbum, cum neque caro concrecere, neque cicatrix obduci in tali possit exulceratione.

Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo quacunque ex parte: cum reficiuntur, alui ijs humectantur.

Calore natiuo debilitato ex profluuium sanguinis, neque cibi bene concoqui, neque in sanguinem transfutari, multoque etiam magis neque distribui possunt per corpus: propterque hæc omnia, aluos fieri humidiores par est, donec processu temporis vires suas natura recuperauerit.

Quibus biliosa deiectiones, superueniente surditate cessant: & quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus cessat.

Non de habituali difficulter solubili surditate nunc illi sermo est, sed de ea, quę repente in febris, vel aliter fit, recurrente ad cerebrum bile. Ipsa siquidem, cum meatus auditorios occupauerit, efficit surditatem. Cui vero hinc ipsam natura expellente, ad excarnationem puenit, soluit surditatem.

Quibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficile iudicium sequitur.

Quicunque ad febres, & præcipue ardentes, rigores superueniunt: iudicium habere solent bonum atque perfectum, vbi in die iudicatoria fiunt, & cum signis coctionis: non bonum autem neque perfectum quando vel diei vel coctionis signa fuerint imperfecta. Quod igitur concoqui oporteat, bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiorum per ea verba, quæ paulo antea diximus: quorum initium, Coctiones celeritatem iudicij, salutisque securitatem significat. Quod autem neque in oibus diebus: & in Prognostico scripsit, & in hoc ipso Aphorismorum libro, & præterea in primo Epidemiorum. Collecta autem sunt a nobis hæc omnia opportuneque expolita: quæcumque quidem de diebus iudicatorijs ab eo scripta sunt, in tractatu de diebus iudicatorijs inscripto: quæcumque vero de

† Ex cod. grecis manuscriptoribus, & ipse ita vertendum. In præcedenti aphorismo sermo ipsi habitus est de ijs, quos & sedes excernuntur. quare in proposito est aphorismo, quando &c.

22

23

23

24

vero de signis coctionis, in altero de iudicijs. Dicitur autem & in ipsis est de eo, quod fit in die sexta E iudicio: de quo nunc etiam faciens mentionem, ait eos, qui in hoc die fiunt rigores, difficile habere iudicium, hoc est vel malum afferre iudicium, ac si male iudicantes dixisset: vel non firmiter, immo in quibus facile foret fieri recidivam: vel in longum tempus extensos, ac si difficulter solubiles dixisset. Cum casibus vero quandoque difficilibus sextae diei iudicium fit: de quibus omnibus integre scripsimus in ijs, quas nuper nominavimus, tractationibus. Haec igitur in hunc modum fieri etiam ipsa experientia testatur: ipsorum autem causas longum esset in praesentia exponere. De diebus enim iudicantibus, tertio diximus libro de iudicatorijs diebus: de rigore autem in opere ad id seorsum dedicato.

Quibuscumque accessiones fiunt: quacumque hora febris dimiserit, si eadem cras occupaverit, iudicium habet difficile. 30

Supponatur quispiam prima die coepisse febricitare hora tertia, & quiescere quavis alia hora: deinde die secundo eadem hora tertia coepisse, mox cessasse febrem quacumque hora: & tertio rursus die hora tertia coepisse, mox rursus quovis tempore finita febre: coepisse iterum quarto die eadem hora tertia: & ita deinceps servari quidem semper horam tertiam, in qua accessio suam facit initium, non servari autem alias, in quibus finitur: hinc, qui tali labore morbo, necesse est temporibus longioribus aegrotare ijs, qui habent horam initij accessionis inordinata. Hoc quidem nos ab experientia comprobatur, dictum fuisse arbitramur. Sunt vero quidam, qui tale aiunt esse, quod dicitur: Si primo die accessione aegrotus habuerit, exempli gratia, hora tertia: & (si ita contigerit) hora duodecima febris desierit: rursus die secundo hora duodecima coeperit febricitare: morbum aiunt difficile iudicium habiturum, nullam apponentes rationem: sed neque id ab experientia comprobari, ostendere potentes. Non tamen, difficile habens iudicium, aliter possumus interpretari, quam difficile solubile: ut tale sit, quod ab Hippocrate dicitur: Siue quotidie, siue tertio, siue quarto quoque die aegrotus habeat accessionem eadem hora: difficile solubilis est is morbus, siue multas, siue paucas accessio occupet horas. Hoc igitur (ut dixi) experientia comprobatur. Eius vero causam talem esse opinandum est: causam accessionum, ubi non fuerit fixa ac stabilita, non servare eundem terminum aut circuitum: ubi vero firmata fuerit, servare: atque ideo difficile solubilis est causa, quae fixa ac stabilita sit: facile vero solubilis, quae talis non est. Nam, quae firmata sunt, magna vim, ut quispiam diceret, demolientem exposcunt, quae longo tempore, & per fortiora ac plura auxilia comparatur.

Lassitudinem habentibus in febribus: in articulos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt. 31

Dicitur & prius est, quod lassitudinum non nullae quidem ex multis accidunt motibus, quae simpliciter & proprie lassitudines nominantur: Quidam vero neque multis, neque vehementibus acti motibus, lassitudines pati consueverunt. Tales itaque lassitudines, non lassitudines simpliciter, sed spontaneas lassitudines nominare consueverunt. Ambarum autem ipsarum communis est locus perpellus: hic vero est totum genus in corpore musculoso. Quae vero ex motibus pluribus lassitudines accidunt, ipsi adest proprium peculiare, caliditas articularum: quare in his nihil mirum ad articulos abscessus decumbere, ut qui vna cum musculis laboraverint, atque ultra modum concaluerint. Spontaneis autem lassitudinibus, vna sola ratione evenit, ut fluxiones decumbant ad articulos (sicuti & omnibus alijs ferè morbis, qui per abscessus indicantur) cum latiora ipsorum spatia prompte se habeant ad superfuitates suscipiendas. Rariores igitur in illis abscessus fiunt, in lassitudinarijs plures, & praecipue cum lassitudines spontaneae fuerint, & ex ijs maxime quaecumque ob multitudinem fiunt. Erit igitur in aphorismo sermonis haec summa. Iis, qui quomodo cumque in febribus lassitudinem habent: ad articulos, & circa maxillas praecipue abscessus fiunt. Hoc vero contingit propter eam, quae est in febribus, caliditatem, relata multitudine ad caput, mox inde suscipientibus illis, qui circa maxillas adenes existunt, sicuti qui circa inguina & alas sunt, quando ad illas partes multitudo pervenerit.

Quibuscumque resurgentibus ex morbis, siquid laboraverit, hic fiunt abscessus. 32

Si quidem πῶς, i. labor & vehementer significat motum & dolorem, & lesionem, sicuti prius dictum est: liquet, quod & πόνος, hoc est laborare, pluri uti motu significabit, & aliquem habere vel dolorem, vel laesionem. In non nullis igitur, qui ex morbo conualescunt, apparet, quando humores morbum facientes non satis fuerint expurgati, sed quasdam reliquerint superfuitates: cum laborantem siue dolentem partem quampiam habuerint, illuc morbum decumbere: cum labor quidem habeat causam rationem, dolor vero signum. Nam in vehementioribus motibus & vires sunt imbecilliores, & caliditas maior accenditur: dolorque iam fluxione decumbente perficitur. Hoc igitur, ut diximus, est signum abscessus, qui fit. Caliditas autem atque imbecillitas ad locum affectum prouehit superfuitates. Vt quoque igitur (ut diximus) modo accipere possumus verbum laborare: totum tamen sermoni, qui nunc ab Hippocrate profertur, alterum magis conuenit significatum: siquidem antea de lassitudinarijs febribus locutus, deinceps autem rursus, inquit, Sed, & si quid antea laborauerit.

A laborauerit. Videtur enim prior aphorismus, cuius initium, Lassitudinem habentibus in febribus, de lassitudinibus, quae in morbis fiunt, habuisse sermonem: in eo autem, qui nunc proponitur, de ijs, quae fiunt in conualescentibus: in sequente vero, de illis, quae morbum antecedunt.

33 Sed & si ante morbum aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur.

Siue quis velit connectere duobus prioribus sermonibus illud, qui nunc dicitur, ad vnius aphorismi integritatem, siue seorsum vnuquodque scribere, nihil refert: nam & coitas eorum ostensa est, & singulorum proprietates in sermone praedicto. Dicitur autem & nunc a nobis denuo breuibus. Quoniam in morbo sensus aliquis lassitudinis fuerit, expectare oportet abscessum aliquem ad articulos fore, praesertim iuxta maxillas: Simili modo, si quis ex morbo conualescens, parte aliqua corporis laborauerit, vel ante quam aegrotaret. Nam plurimum solet ad talia decumbere, in illis videlicet morbis, in quibus speratur abscessus futurus, neque morbus per excretionem antea iudicandus. Dicta sunt autem quaedam & in praecedentibus de talium morborum dignotione, sed sermo vniuersus in commentarijs de Crisibus siue iudicijs est explanatus.

34 B Si a febre habito, tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenerit, letale.

Licet & simpliciter accipere initium aphorismi, in quo ait, Si a febre habito: tanquam ita dixisset, Si homini febricitanti, tumore non existente: Licet & cum maiori aliqua significatione: quemadmodum solet in Epidemijs scribere, non simpliciter quovis modo febricitantem ostendens, cum dicit, Febris ipsum habebat. sed de eo, cui magna inlit febris, ita loquens. Contingit itaque & sine magna febre, strangulatione repente superueniente, hominem interire: in euitabilior autem & citior est mors, adeo ut neque ex inopinato vnquam homo saluet, cum vehemens febris detinet aegrotantem. Indiget enim huiusmodi febris (ut in sermonibus de difficili anhelitu fuit a nobis ostensum) inspiratione abundantia, fit vero nedum abundans, verum omnino pauca, ijs, qui strangulantur. Neque enim aliud est strangulatio, nisi interitus subitus propter defectum inspirationis: qui fit ex angustia alicuius instrumenti ex ijs, quae obseruuntur respirationi. Nam talis angustia ipsorum seorsum in eo genere est, quod anhelitus carentia noitur: quae & ipsa fit vel propter imbecillitatem potentiae illius, quae mouet thoracem, vel propter vehementem frigiditatem vitalis principij. Strangulatio vero oino fit ex angustia: angustia autem, vel repleta intermedia regione, quae inter thoracem est atque pulmonem, aut pulmonis caernis, vel alia qua inflammatione totum occupate viscus, vel asperam arteriam, vel eam partem, quae est veluti caput eius, quae nominat laryngem, i. guttur: quae etiam inflammatio fieri aliquando solet in praecipue spatio, quod pharyngem, i. fauces appellat. Nam & Homerus ita nominauit in quibus, Per fauces autem vinum impellebatur, spatium illud laxius, quod gulam & guttur praecipue, nominas fauces. Videtur autem & nunc Hippocrates hanc eandem partem eodem modo, quo etiam Homerus, nominasse. Dicit igitur: Tumore non existente in faucibus: tanquam possibile sit ore multum ad aperto partem ipsam diligentius inspicere: quod in gutture fieri nequit. Fiet igitur sermo vniuersus huiusmodi: Si a febre habito strangulatio repente superuenerit citra tumorem fauces occupantem, letale est. Prisci etenim per inflationem (graece oedema,) & tumorem idem intelligebant. Neque nos latet triplicem esse tumorum differentiam. Vel enim sunt cum dolore, quos iuniores inflammationes nominant: vel absque dolore & duri, quos Graeci scirrhos vocant: vel sine dolore & molles, quos idem Graeci oedemata, id est inflationes, peculiariter appellant: & propterea ab antiquo vsu recesserunt, ut qui non omnia praeter naturam incrementa sub vocabulo inflationis complectantur. Cum igitur fauces sine tumore apparuerint, strangulatio autem repente superuenerit, solius gutturis est huiusmodi passio. Strangulantur (ut dixi) & propter morbos alios, quos paulo antea dixi. Repente autem strangulari, soli gutturi inest. Morbus enim, quae Graeci peripneumoniam vocant, non repente strangulat aegrotantes, verum paulatim

† Codex graecus Leonicensi habebat. ἡ γὰρ τοιαύτη σενοχώρα ἀνθρώπων χροίσι, ἐν τῷ τῆς ἀνωτοῦ ἐστὶ γένει. Laurétianus ex impis vertit. non. n. fieri angustia sine spiritalibus officijs potest.

D ab initio incrementum suscipies usque ad propriam consistentiam, in qua talem casum affert. Et, si quod tuberculum & abscessus in pulmone fit, haec quoque passio diuturna est: sicuti & spatium inter pulmonem atque thoracem pure repletum, saepius hominem strangulat, abscessu in ipsum dirupto, qui scilicet & ipse in longo tempore fuit constitutus. Nam asperae arteriae inflammatio difficultatem spirandi quidem aliquam efficere potest, strangulationem vero non potest, propter magnitudinem meatus in ipsa latioris, & tunicae tenuitatem. Impossibile siquidem est corporis adeo tenuis inflammationem, spatium effatu dignum replere. Reliquum igitur est guttur, quod subitum possit facere strangulationem, quoniam ab ipso angustatur pulmonis meatus. Musculi quoque eius interiores vna cum ambiente tunica inflammationem patientes, viam spiritus valent intercludere. Nominant autem medici quaedam talē dispositionem non per, s. synanchen, sed per, c. cynanchen: quibus placet faucium inflammationem per, s. synanchen nominare. Non nulli vero & parasyanchen, & paracynanchen noiant: parasyanchen, quando adiacentium faucibus musculorum inflammatio fuerit: paracynanchen autem, quando extra guttur. Ex ijs igitur, quae dicta sunt, rationabile est talē dispositionem gutturi aliquem inferre dolorem: & videtur Hippocrates eius manifeste meminisse in libro prorrhethico, hisce verbis: Fauces dolentes, tenues cum quadam difficultate strangulantes, velociter exitium afferentes. Nunc vero dolentes non dixit, siue quia ex ijs, quae dixerat antea, poterat subintelligi: siue quia etiam ab scq

abscq; dolore aliquando dictam putauit in præcedente sermone fieri posse strangulationem. Et, si omnino potest esse sine dolore strangulatio: ex talibus causis erit. Possibile est multitudine humiditatis, pituitosæ præsertim, madefacientem tunicam gutturis interiorem, fieri absque dolore tumorem. Possibile est etiam aperiens ipsum musculus, crassioribus factis, meatum reddi angustior. Contingit & vtrumq; coniungi. Illudq; impossibile non est, vt propter superfluam siccitatem musculorum gutturis intrinsecorū supra modum extenti, meatum reddant angustiorē. Qui vero sint hi muscoli, & quo modo claudant guttur, ostensum est in tractatu, qui de voce inscribitur.

Si à febre habito collum peruertitur, & vix potest deuorare, sine illo tumore, letale est.

Non amplius adiecit hic locum, in quo inquit, Tumore non existente: sicuti in præcedenti aphorismo faucium meminit inquitens, Tumore non existente in faucibus. Nos vero dicemus alterū duorum vel ex communi subaudiendum esse in faucibus, vel in omnibus colli locis. Cum enim in nullo horum apparuerit, neq; ore aperto in faucibus, neq; extrinsecus tumor, hominem vero contigerit non posse deuorare, casus est exitialis: qui fit ex inflammatione aliquando musculorū, qui gulæ præiacent, aliquando gulæ ipsius. Est enim quedam societas partibus his per nervos ac ligamenta & ad spinalem medullam, & ipsam ambientes membranas, ac præterea ossa vertebrarum, quæ his extrinsecus adiacent. Extentis itaq; ad partes inflammatas & ligamenti & nervi, trahi vertebrae vel intra vel ad latus est necessarium, si in altera nervi propagine fieri tentationem contigerit, ad latus: si in ambabus, intra. Plenius autem de istis dicemus, librum de articulis exponentes, in quo ait fieri spinæ euerisiones tuberculis crudis intra ipsam constitutis. Igitur in libro illo & gibbos fieri dixit tentis intra vertebrarum partibus, non solū recuruationes, & obliquationes. In secundo siquidem libro Epidemiorum, de proposita nunc in aphorismo angina verba faciens, inquit: Erant autem anginam patientium tales affectus: colli vertebræ intro vergebant, & extra apparebat collum habere cavitatem, & hoc tactum dolebat. In hoc itaq; sermone vnam ostendit vertebræ euerisionem ad intra factam: in præsentis vero aphorismo generaliōri vtens sermone, inquit: Si collum euerit, omnem, quæ est ad id, quod præter naturam, euerisionem ostendit rectitudinis vertebrarum. In secundo autem libro Epidemiorum sermoni adiecit: Et hoc tactum dolebat: Hic vero nihil de dolore dixit, quæ necessarium est adesse dolorem vna cum ea, quæ collum obtinet, inflammatione. nisi & hic eam, quæ fit propter siccitatem exceedentem, tentationem, tractum, & euerisionem partium tantummodo ostendit: & propter hoc ipsum casum inquit esse exitialem: cum alter, qui provenit ex inflammatione, nō sit omnino exitialis, quæ illis erat prior, cui coniuncta erat strangulatio. Neq; enim est æquale periculum, si homo stranguletur, & vix possit deuorare. Verum, si propter exceedentem siccitatem id accidat, & collum euerit, & vix possit deuorare, letalis est casus, & præcipue cum vehemens est febris: vt verba illa / Si à febre habito / etiam in hunc sensum accipiantur. Ob hanc autem febrem ipsam, etiam immodicam fieri par est in membris siccitatem: & duplicem habebit febris vehemens ad mortem rationem: et quia, vt signū, erit, qd fiat euerisio propter siccitatem, & deuorandi difficultas: & quia ipsa quoq; aliquid afferet, & vna ex causis perducentibus ad mortem.

Sudores febricitanti si inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & quarto-decimo, & septimodecimo, & vigesimo, & vigesimo septimo, & trigesimo quarto. Hi enim sudores iudicant morbos. Qui vero non ita sunt, laborem significant, & morbi longitudinem, & recidivam.

Non sudores tantum, sed alui excrementa effatu digna, & vrinæ multæ, & iuxta aurem abscessus, vel aliquem alium articulum, in dictis diebus optime apparēt. Sermo enim in vniuersum est talis: iudicatoria signa, ac casus, in diebus iudicatorijs incipiāt. Ac sermo quidem ita prolatus sufficiebat: verum Hippocrates nunc non de omnibus ipsum fecit iudicatorijs, sed de sudoribus tantum: & nobis memoriæ subiecit iudicatorios dies, qui sunt intra quadragesimum. Morbi enim istis diuturniores, non admodum solent per sudores iudicari, sicuti neq; omnino per excretiones, sed vel per concoctionē, vel per abscessus. Quod vero nō omnis numerus dierum sit ad iudicandum idoneus, experientia manifeste demonstrat. & quispiam admiraretur illos, qui aūt nullam in illis esse differentiam, melius est enim, ex istis, quæ apparent manifeste, discere differentiam: causam vero eius, quod fit, per multum ocium considerare: quod nos in tractatu de diebus iudicatorijs egimus, id, quod ad artis refert vtilitatem, in primis duobus commentarijs transigentes: causas autem ipsorum tentantes in tertio perquirere. Nō parua autem est de diebus scriptis in aphorismo discordia, cum alij alios pro arbitrio scribāt. Nos vero illa secuti, quæ ab ipso Hippocrate scripta sunt & in Prognostico, & Epidemijs, & hoc aphorismorum libro, ipsorum fecimus connumerationem. Verba autem, quibus de his diebus Hippocrates scripsit, habes omnia in tractatu de iudicatorijs diebus & de iudicijs collecta. Nunc vero à tertio incipit, qui anticipat quartū in breuioris temporis morbis: & post hunc quintum scripsit vno die quarto tardiorum. Sic enim ferē in omnibus exemplaribus inuenies, cum quartus dies in aphorismo nondum esset ascriptus, quāuis hic dies sit primus iudicatorius. Veruntamen ipsum nunc prætermisit vel ipse Hippocrates, vel

Atēs, vel qui primus librum transcripsit. Si vero omnino Hippocrates illum præterijt, hanc ob causam ipsum existimo istud fecisse, quoniam morbi plurimi peracuti, qui cum sudore iudicant, tertio & quinto die magis, q̄ quarto, iudicium suscipiunt. Rariores enim sunt, qui die quarto iudicantur: Atq; hoc à me fuit inuentum per experientiam, cum ob hoc ipsum valde admodum ingrerem, qua de causa dies quartus fuisset ab Hippocrate in aphorismo prætermisus. Hoc autem videtur accidere, quoniam morbi peracuti primam statim accessionem vehementissimam habent, & reliquas illis proportionales per diem tertium. Didicimus autem, qd in vehementioribus accessionibus iudicia fiunt, & quod morbi, qui in diebus imparibus accessionem habent, citius iudicantur: qui vero paribus, tardat. Atq; ideo, si etiam in principio aliquis morbus exacerbatur, hoc magis accidit in diebus imparibus: si tardare debeat, ad dies pares vehementiores accessiones transferuntur. Hæc habeo, quæ dicam de die quarto. In fine autem aphorismi, non nulli trigessimum primum diem, non nulli trigessimum quartum scribunt. Scimus autem hos in dierum iudicantium numero contineri: & fortasse trigessimus quartus maiorem vim habet: non tamen quadragesimi meminit, fortasse quia hunc principium morborum longorum existimauit, qui non admodum per sudores iudicantur. Nam & trigessimum primum, & trigessimum quartum, & ante ipsos vigessimum septimū B raro inueniemus per sudores iudicare.

37 Frigidi sudores, cum acuta quidem febre, mortem: cum mitiori autem, longitudinem morbi significant.

Quod quidem ita fiat, sæpius experientia docet. Causa vero huius exploranda, nam plurimam mihi videtur habere dubitationem, quo modo febre calidissima hominē detinente, sudor fiat frigidus. Quod igitur in alijs partibus corporis sit necessarium esse vehementem caliditatem, ex alijs vero sudores frigidos euacuari, est manifestum. Essent enim calefacti, si ex partibus calidissimis efferrentur. Euacuatur autem ex cute sudores, quam frigidam esse contingit: cum tñ ea, quæ sunt sub ipsa, comburantur. Nam quibusdam humoribus putrescentibus ostensum est febres acutas fieri. Hi vero putrescunt sæpius quidem in toto corpore, sæpius vero in vasis solis. Cum ergo hæc aliquando duo contigerint, humores, qui sunt in vasis, putrescere, & eam, quæ solida corpora regit, naturam (quæ secundum Hippocratem est calor naturalis) vel extinguere omnino, vel proximam esse extinctioni: quæ quidem ex his euacuatur, frigida sentiuntur: eam vero, quæ fit ex putredine, caliditatem nihil prohibet vehementissimam esse, atq; ideo signū est exitiale, ostēdēs in aialis corpore humorum multitudinem superabundare, tantam habentium frigiditatem, vt neq; à calore natiuo, neq; à febrili calefiant. Tepidis siquidem existantibus febribus contingit saluari hominem, concocta in processu temporis multitudine humorū frigidorum, atq; euicta à natura. Acuta. n. febris, causa est & signum perniciosissimum: causa quidem, quia prompta est ad dissoluendū corpora: signum autem, quoniam humorum multitudinem esse frigidissimam ostendit, vt quæ neq; à calore febrili transmutetur. Febris vero, quæ non est acuta, sed moderata, permittit tempore longiori à natura multitudinem concoqui, cum non anticipet dissoluere hominem: non est autem signum adeo perniciosum, sicuti vehemens febris. Contingit. n. in tepida febre, et si modice frigida multitudo fuerit, incalēscam permanere.

38 Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum.

Si per totum animalis corpus morbus extenderetur, ex toto etiā æqualis fieret euacuatio. Fuit enim sudores vel natura humiditatem superfluam euacuante, (quando & optime iudiciū fit) vel quando non continetur in corpore, morbi ratione. Sed, siue hoc, siue illo modo fiant, membrorū patientium humiditatem euacuant.

39 D Et, qua parte corporis calor aut frigus, ibi morbus.

Qua parte corporis insignis aut caliditas, aut frigiditas fuerit, i ea morbum necessarium est eē. hæc siquidem exijt à temperie naturali, quæ sanitas est.

40 Et, vbi in toto corpore mutationes, et, si corpus refrigeretur, vel rursus calefiat, vel color alter ex altero fiat: longitudinem morbi significat.

Dispositiones variæ diuturniores semper sunt, quàm quæ sunt vniuersimodæ: cum non possit natura in paruo tempore multas conficere dispositiones.

41 Sudor multus ex somno factus absq; causa manifesta, corpus vti pluri cibo significat. si vero cibum non accipienti hoc accidat: scire oportet, quod euacuatione corpus indiget.

Non nulli ita scribunt aphorismum: Sudor multus ex somno factus sine causa manifesta. Alij sine aliqua alia causa. Verum hæc, etiam si non adiciantur, millies in mille sermonibus ab ipso prætermisissimè intelliguntur: quia, etiam si non dicantur, tamen subaudiunt à nobis: vt qui semel ab ipso didicerimus, quod, qui à causa extrinseca, non ex dispositione corporis casus proueniunt, nullam faciunt certam præcognitionem. Hoc itaq; semper oportet meminisse. Quod vero in præsentis aphorismo

aphorismo docetur, in verbo multus adiecto, maxime consistit. Si enim sudor multus non esset, E posset & propter virium imbecillitatem, & corporis raritatem accidere. Ipsi vero multitudo, altera duarum causarum fit, vel propter ciborum, qui sunt recenter assumpti, immoderantiam, vel illorum, qui antea. Quod si propter recenter assumptos, prohibere oportet, ne plures assumant: quod si propter prius assumptos, euacuare.

Sudor multus calidus vel frigidus superfluens, frigidus magis, calidus minus significat morbum. 42

De sudoribus, qui in diebus iudicatorijs fiunt, dictum est prius: de his verum, qui in toto morbi tpe apparent sine iudicatione, in hoc ostendit aphorismo: difficiliore quidem inquam esse frigidos sudores, minus vero his malos, calidos esse. Indicant siquidem utriusque multitudinem adesse, sed alteri frigidam, qui & peiores sunt: alteri calidam, qui & minus illis sunt exitiales.

Febres, quæcumque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ. Quocumque autem modo intermiserint, periculum abesse significatur. 43

Quod Hippocrates per verbum/intermittere/acceffiones intelligat, quæ in quietem febre vacantem desinunt, manifestum fecit in hoc aphorismo, febres illas, quæ per tertiam accenduntur, F si quouis modo quiescerint, inquiens esse absque periculo. Solæ enim illæ, quæ in quietem febre vacantem desinunt, periculo carent, etiam si vehementissimam & fatis longam habuerint accessiorem. Si enim adeo brevis fuerit, ut in tertianis exquisitis, minori duodenis horis tempore circumscripta: non modo sine periculo talis est febris, sed etiam cito iudicatur: Si vero longior, quam duodecim horarum, tempus occupet, & si ita contingat, ad decem & octo horas prorogetur: est quidem & hæc citra periculum, sed tamen longior, quanto & eius accessio maior extiterit, quam tertianæ exquisitæ. Non absque ratione autem eas, quæ in quietem febre vacantem desinunt, esse absque periculo inquit: ut quæ non ex inflammatione aliqua, neque ex maligna humorum putredine occasione habeant. Neutra enim harum ad quietem peruenit, febre vacantem. Quocumque autem modo intermiserint, periculum abesse significatur, hoc est siue vehemens, siue longa fuerit accessio.

*nota
inde colligitur
quod febris non
intermittens
est magis nam*

Quibus febres longæ, ijs tubercula vel labores in articulis fiunt. 44

Non semper hoc, sicuti nec quicquam aliud huiusmodi, sed magna ex parte videlicet, contingere videtur. Causa autem est manifesta. Nam propter multitudinem vel crassitudinem vel frigiditatem vel visciditatem humorum efficientium febres, in longum tempus morbi extenduntur, cum longum exigant tempus ad coctionem. Par igitur est & tubercula ab eis fieri, & ad articulos superfuitate de cumbere. Siue autem per labores dolores intellexerimus, siue læsionem: uterque intellectus habet rationem. Vtriusque enim horum ad abscessus sequitur.

Quibus tubercula, vel in articulis labores fiunt, ijs pluribus vruntur cibis. 45

De conualescentibus docet. His nam repletis rationale est plethoricos casus aduenire, & maxime ob virium imbecillitatem.

Si rigor incidat febre non deficiente, aegro iam debili, letale est. 46

Non idem est, si quis dixerit, si incidat, & si incidat. Verbum enim/inciderit/vnum significat rigoris insultum, incidat vero plures. Semel igitur rigore incidente, nondum liquet, an mors, an iudicatio optima sit secutura. Potest enim & propter virium imbecillitatem casus esse letalis: potest & iudicatio periculosa, bonum tamen habere finem. Sæpius vero fieri rigorem febre non deficiente, & alioqui bonum non est: in virium autem factus imbecillitate, perniciosus. Nam, si aliqua euacuatio rigorem subsequatur, quæ nullam facit intermissionem: propter utrumque hominem dissolutum verisimile est, & quia vis imbecillis terre non potest rigoris agitationem, & quia ab euacuatione dissoluitur. Si vero solus accidat rigor, nulla euacuatione subsequente, utroque modo casus caret bonitate. Nam & ut mala causa, vim corporis tanget, & malum signum erit, vltimam illius indicans imbecillitatem, quæ solita sit noxios humores in rigoribus euacuare: nunc autem id efficere non possit.

*nota
de hoc*

Excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, foetidæ, & biliosæ, oes malæ. Et si bene exeunt, siue per alui excretionem, siue per vrinas, bonæ. Si vero non aliquid eorum, quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum. 47

Fortè conueniens fuerat doctrinæ aphoristicae, dici compendiosius, omnes prauas excretiones, cum bene exeunt, ad bonum terminari. Hippocrates vero non ita locutus est, sed primum quidem trium generum excretionum meminit, eius, quæ per os fit, eius, quæ per alium inferiorem, & tertiam, quæ per vrinas: deinde illius, quæ fit per os, magis particulatim. Non enim simpliciter dixit prauas excretiones bene exeuntes, bonas esse, sed speciatim ipsarum meminit, inquiens: Liuidæ, cruentæ, foetidæ, & biliosæ. Vna autem communis est in hisce omnibus ratio: Malæ vacuationes sunt prauarum signa dispositionum: prodeuntque sæpius eodem modo, quo in vlcibus putridis

A putridis, a quibus ichores, hoc est liquores saniosi, defluunt, nihil dispositioni conferentes: nonnunquam vero ita sicuti pus, ex abscessu dirupto bene expurgans partem patientem. Indicia vero, quæ bene excernatur, maxima quidem sunt & coctio, et bona tolerantia, cum ipsis vero & morbi species, & post ipsam tempus anni, regio, ætas, natura ægrotantis. Quod uatem est in fine aphorismi, duobus modis scriptum inuenitur. In quibusdam, ut supra, scriptum est, Si vero non aliquid eorum, quæ iuuant, excernatur. In quibusdam vero sine particula/non/hoc modo, Si vero aliquid eorum, quæ iuuant, excernatur. Et erit secundum primam scripturam sermo talis, Si aliquid eorum, quæ non iuuant excrata, videtur euacuatum: non est bonum. Secundum vero secundam scripturam, Si aliquid eorum, quæ iuuant, & sunt animali conuenientia, excernatur, non est bonum. Melior autem est scriptura prior.

In febribus non intermittentibus, si partes exteriores frigide, interiores vruntur, & sitim habeat, letale est. 48

Dignum animaduersione est, nunquid huiusmodi casus possint in febre fieri intermittente. Ego enim neque vidi, neque animo capio. Videntur siquidem solis accidere in febribus, quæ causas ab incendio nominantur, perniciosas, vel si aliter libeat appellare malignissimas, veluti lippitiam. Nulla vero febris alia corpus intus vruntur cute refrigerata. Neque enim mitior causa, neque tertiana: quæ duæ febres præ cæteris sunt calidissimæ. Videtur itaque non distinctionis gratia in aphorismo adiecisse. In febribus non intermittentibus, sed similem protulisse sermonem illi, quo dicitur, Vertebrae autem, quæ in spina sunt: non quasi in aliqua alia corporis parte sint vertebrae, sed veluti si ita diceretur: Vertebrae, quibus hoc inest, ut in spina sint: ita & nunc sermonem Hippocratis accipiemus: Si profundæ partes vruntur, cute refrigerata, letale est. fit autem hoc in nonnullis febribus non intermittentibus. Causa vero huius talis existit: Quando aliqua fortis inflammatio in corporis parte profundiori, vel erysipelas euenerit: totus ex toto corpore sanguis ad locum trahitur patientem, atque adeo vruntur profunda, cutis autem refrigeratur, ut fit in principijs accessionum.

In febre non intermittente, si labrum, vel palpebra, vel supercilium, vel oculus, vel nasus peruertatur, vel non videat, vel non audiat: iam debili existente corpore: quicquid horum euenerit, mors proxima est. 49

Partium fiunt peruersiones, dum tenduntur atque contrahuntur, qui ad eas nerui pertingunt. Quod autem extendantur, accidit propter inflammationes, duros tumores, siccitates, & frigiditates immodicas. Hæc autem grauiora sunt, quando prope neruorum originem fuerint constituta. Quare, cum febris continua fuerit, & æger debilis: non absque ratione mortem esse vicinam est existimandum: multo autem magis, quando vel non audit aliquid, vel non videt, propter virtutis sensibilis debilitatem.

Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, letale. 50

Fit non nunquam ex eadem causa horum utrumque, & difficultas spirandi, & delirium, patente cerebro: & tunc apparet spiritus (ut ipse in Prognosticis inquit) magnus ex multo intervallo, hoc est, magnus, & rarus. Contingit & propter aliquam earum partium, quæ respirationi obseruiunt, passionem, spirandi difficultas. Nam & morbus lateralis, & pulmonis inflammationes, & reliquæ thoracis atque pulmonis passiones, spirandi faciunt difficultatem. Hæc autem omnia periculosa sunt, febre præsertim continua adiuncta. Nam semper cum tali fieri consueuerunt. Quare & hic verba illa / Cum febre non intermittente / eadem videntur ratione esse dicta, quæ etiam in aphorismo antecedente.

In febribus, abscessus, qui ad primas indicationes non soluunt, longitudinem morbi significant. 51

Sermo ita clarus est, ut forte Hippocrate non indigerit. Liquet enim, quod eo ipso, quod ad primas indicationes non soluuntur huiusmodi passiones, sint diu duraturæ.

Quicumque in febribus vel in alijs morbis ex voluntate illachrymant, nihil absurdum: qui vero non ex voluntate, absurdum. 52

Dictum quidem & in Prognostico, lachrymari non esse bonum signum, quædo videlicet oculus ipse nullum affectum habet proprium atque præcipuum, veluti lippitudinem, vel in palpebris asperitatem, vel tale aliquid. Nam debilitas quædam ostenditur potentia contentiua, quando, etiam si talia non adsint, illachrymant. Non recte autem scriptum fuit/absurdum/comparatiue, melius enim fuerat absolute, absurdum dicere, & mihi videtur hic error culpa magis primi librarij, quam ipsius Hippocratis, contigit.

Quibus circa dentes in febribus quidam lentores nascuntur, ijs fortes fiunt febres. 53

Neque enim nasci possunt huiusmodi lentores sine caloris multitudine pituitiosiore humiditate exiccante.

Quibus plurimum sicca tussis leniter irritantes in febribus ardentibus sunt, non multum sui infestantur. E 54

Siccas tussis illas nominant, in quibus nihil exspuitur. Fiunt autem aliquando ob intemperiam instrumentorum, quae observantur respiratori: aliquando faucium asperitate, vel aliquo tenui & paucum humore de stillante. Quicquid horum acciderit, aliquo modo madescunt loca, quae ad asperam pertinent arteriam, & ideo minus siticulosi sunt. Nam, si asperitas sola fuerit: propter motum in tussi factum, ex locis vicinis humor aliquis attrahitur: sic autem, & si sola fuerit intemperatura.

Ex bubonibus febres omnes male, praeter diarias. 55

Febres diariae omnes ab ipso vocantur, quaecumque sui ratione una die durant. Tales autem sunt, et quae ex bubonibus proveniunt, quando ex causis manifestis consistunt. Alios vero bubonas, qui sine causa manifesta fiunt, verisimile est ex viscerum inflammationibus fieri: atque ideo febres, quae una cum ipsis eveniunt, malas esse.

Febricitanti sudor superveniens febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem. 56

Oportuit hunc aphorismum cum altero paulo antea dicto coniungi, in quo dicit: Sudor multus, frigidus vel calidus semper fluens. Ipse vero ostendit, & quo pacto talem sudorem dixerit esse malum, & propter quam causam. Malus itaque existit, quia cum hoc, quod morbum non solvit, ipsum est prorogari significat. Causam vero prorogationis, multam autem esse humiditatem: quam cum longiori tempore dissolvat ac concoquat natura, necessarium est morbum esse longum.

Qui a convulsione aut distentione nervorum tenetur, febre superveniente liberatur. 57

Est quidem & distentio (graece tetanos), nervorum convulsio, sed non videntur in ipsa parte convulsae: quoniam aequaliter ante & retro tenduntur: atque ideo praecipuum illi nomen est datum distentio: ita ut omnes convulsiones sint numero tres, graecis vocabulis, Opisthotonos, id est tentio ad posteriora: Emprosthotonos, id est tentio ad anteriora: & Tetanos, id est aequalis tentio, nominatae. Omnes vero convulsiones secundum ipsum fiunt vel ex repletionem, vel ex evacuationem, partium videlicet nervosarum. Quaecumque igitur convulsiones ad febres ardentem sequuntur, has par est fieri ex siccitate: Quaecumque vero suo tempore inuadunt, ex repletionem habent generationem. His convulsionibus febres advenientes, partim quidem superfluam dissolvunt humiditatem, partim calfaciunt frigiditatem: quae durae sunt medicis remediorum intentiones. Non absque ratione igitur in febribus letales sunt convulsiones, non letales vero, quae febres antecedunt.

A febre ardente habito, rigore superveniente, solutio. 58

Ostensum est in sermone de rigore, etiam ob flavam bilem, quae per membra sentientia veloci motu defertur, fieri rigorem, post quem videlicet & alui solvuntur, & sudores & vomitus biliosi superveniunt. Cum ergo bilis, ex qua febris ardens habuit ortum, expurgatur, solvitur febris. Nam febre ardentem fieri novimus, quando aestivo tempore venae exsiccatae acutos ac biliosos ad se liquores, hoc est ichores, attraxerint.

Tertiana exquisita, septenis circuitibus, quod longissimum est, indicatur. 59

Tertiana febris, ab ea, quae ardens nominatur, humore faciente non differt. Vtraque enim a flava bile fit. Differunt autem, quoniam febris ardens habet in venis una cum sanguine flavam bilem redundantem & ebullientem: tertiana vero eadem bilem habet in totum corpus delatam ac motam. Exquisita igitur tertiana erit, quae sui ipsius naturam puram sinceramque servat. Servat autem, ubi flavam bilem habet (ut dixi) redundantem & motam, & praeterea tempus aestivum, & locum temporis similem, calidum videlicet ac siccum, & hominis aetatem & temperaturam similem. Statim autem in tali tertiana accessio fiet cum rigore: & solutio eius cum sudore, vel per vomitum aut aluum inferiorem flava bile evacuata, vel omnibus istis pariter factis. Erit & huic tertianae tempus accessionis minus multo, quam quietis. Duobus siquidem diebus, & totidem noctibus toto eius perfecto circuitu, exquisitam tertianam nunquam invenies extra duodecim horas suam accessionem protendere. Talem igitur ait Hippocrates in septem circuitibus, quod longissimum sit, iudicari. Quod enim in continuis una dies potest, hoc in intermittentibus accessio. Ad istarum igitur connumerationem, earum sunt iudicationes. Hoc ipse in Prognostico innuit, ubi de quartana loquitur, ita inquit: Fit autem & quartanarum consistentia ex ordine tali. Estque a nobis observatum, tum in quartanis, tum in tertianis, fieri iudicationem ad numerum circuituum, non dierum. Statim itaque in tertiana febre ab initio septima accessio in tertium & decimum incidit diem, & saepius in ipso morbus iudicatur, non expectato quartodecimo. Sicuti igitur in morbis continuis acutorum quidem morborum terminus est quartusdecimus, peracutorum vero septimus: sic in intermittentibus, brevissimi temporis tertiana febris terminum habet circuitum septimum. Rursus autem, sicuti in peracutis, morbus poterat iudicari & in

*At longissimi

Arti & in quinto, & quarto, & in tertio die: sic & in tertiana in eisdem circuitibus fieri solutionem contingebat: non expectante natura septimum circuitum. Hippocrates igitur tertianam aliquando cum adiectione exquisitam nominat: aliquando vero simplici appellatione contentus, tertianam tantummodo: sicuti & nunc quoque consuetudo omnium aliorum Graecorum est huiuscemodi res omnes dupliciter nominare.

60 Quibus in febribus aures obscurerunt: sanguis ex naribus fluens, aut alvus turbata, solvit morbum.

Dicitur est ab ipso & antea surditatem fieri biliosis excrementis retentis, & ad caput recurrentibus: & talem solvi surditatem, alvo turbata. Dicitur est & nunc ab ipso hoc idem, & praeterea de profluvio sanguinis e naribus. Et enim & hoc solvit surditatem, eam videlicet, quae in febribus fit absque vlla propria atque praecipua instrumenti auditus passione. Nihil autem mirum est, si cum eua cuantur ac transmutantur noxii tumores, morbi cessant.

61 Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidivare.

Nescio, utrum hunc aphorismum Hippocrates scripserit, an fuerit a quopiam ascriptus. siquidem in Prognostico dierum iudicantium incrementa ac compositiones fieri in quaternis edocuit, & in hoc ipso Aphorismorum libro, atque in Epidemijs etiam, non modo die quartodecimo multos vidit iudicatos, sed & vigesimo, & quadragesimo, & sexagesimo, & octogesimo. Ipsi vero iudicantur & vigesima quarta, & trigesima quarta, et ab initio protinus quarta. Quo modo igitur ait nunc, quod, nisi in diebus imparibus febris cessaverit, non sit fida iudicatio? Melius est itaque pro imparibus scribere iudicatorijs, ut quibusdam visum est. Multa sane exemplaria in numero plurali, & imparibus, & diebus, scriptum habent.

62 Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum.

Morbus regius interdum quidem fit & iudicatorie, reponente natura ad totum corpus, & praecipue ad cutem, flavam bilem: Fit etiam huiuscemodi casus hepate male affecto: mali autem affectus hepatis, ex quibus morbus regius solet advenire, tres sunt, tumor durus, inflammatio, & obstructio. Verum tumor durus, diutinus morbus existit: inflammatio vero & obstructio etiam repente fieri possunt. Ac regij morbi, qui ante septimum accidunt diem, ex aliquo istorum ortum habent: nam citius non potest iudicatorie bilis ad corpus effundi. Ante septimum quidem diem, morbum regium esse malum, verum existit: non tamen post septimum vacare periculo, est pariter verum: neque hoc nunc dictum est. Potest enim & inflammatio & obstructio longiori tempore permanere: ante septimum autem, iudicatorie bilem effundi est impossibile. In quibusdam vero exemplaribus adiectum est aphorismo circa finem, Nisi humores ex alvo prodeant, volentibus ipsis, qui haec adijciunt, per aluum bilem expurgari.

63 Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres solvuntur.

Cum bile per omnem corporis habitum mota rigores accidant, atque ideo singulis accessionibus expurgetur atque evacuetur: non absque ratione ad infabricationem pervenit talium febrium intermissio. Hoc igitur est, quod nunc dictum est ab eo, Quotidie febres solvuntur. ac si dixisset aegrotos quotidie sine febre fieri. Quemadmodum autem, si quotidie rigores fiunt, quotidie etiam febres cessant: sic & si tertio quoque die, aut quarto, quod proculdubio etiam fieri videmus et in tertianis, & in quartanis circuitibus: in quibus & febres solvuntur, & rursus redeunt, remanet tamen quaedam dispositio praeter naturam in corpore, a qua secundum circuitum aliae febres & aegritudines generantur.

64 D Quibus in febribus morbus regius septimo, vel nono, vel undecimo, vel quartodecimo supervenerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium obdurerit: si vero non, non bonum.

Qui ante hunc scribitur aphorismus, absque ordine mihi videtur fuisse interiectus. Melius enim fuisset hunc, qui nunc scribitur, aphorismum illi fuisse coniunctum, in quo ait: Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum. ut totus sermo talis procedat: Ante septimum quidem diem morbum accidere regium, malum omnino: post septimum vero, optimum: nisi dextrum hypochondrium obdurerit, id est nisi aliquis malus affectus ex ipsis, quos antea diximus, visceri, hoc est hepati, acciderit: Cum enim expurgatur in ipso sanguis, et bilis transfertur ex venis ad meatum bilem recipientes: siue obstructio fuerit in locis ad quae transfertur, siue inflammatio aliqua, vel durus tumor: necessarium est omnino non expurgari sanguinem, & una cum ipso bilem per totum corpus deferri, hincque morbum regium generari.

65 In febribus circa ventriculum & foris aestus, & cordis morsus, malum.

Quod non solum ei visceri, quod sua natura palpat, corda, hoc est cor, nomen fuit apud antiquos, sed etiam ori ventriculi, pro confesso habetur apud omnes: sicuti etiam, quod cardialgian, i. cordis dolorem, Extra ord. Ee ij huius

huius partis dolores appellant: verbum autem cardioſſen. i. corde morderi, plurimi exponētium E aphorismos, pro cardioſſen, id est corde dolere acceperunt: non nulli ipsius cordis, hoc est visceris, motum quendam palpitationi similem, per cardioſſen verbū. i. cordis morſum intellexerunt. Fortis itaq; ventriculi ætus à flava bile in ipsius tunicis ebulliēte generat. Rationabiliter autē ijs, qui ita sunt affecti, & ventriculi morderetur os, atque ob id malus est casus. Siquis vero per cordis morſum, crebrum & velocem cordis motum, eum præcipue, qui palpitationi similis sit, intellexerit: extremum ex eo malum significatur, vim vitalem máximo incendio laborare.

In acutis febribus conuulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum.

Febres vehementes, veluti ignis, nervos exiccantes, eos extendunt atq; conuellunt, atque hoc modo pernicioſas afferunt conuulsiones. Non nunquam vero & viscera ipsa in tali affectu dolorem sentiunt, propter incendij vehementiam, ac siccitatem: atq; idcirco malum esse inquit. Peior autem fuerit, si fortes dolores acciderint. Scimus autem propter inflammationem, vel erysipelas, vel fortem obstructionem, vel abscessum aliquem, in visceribus dolores fieri, sed verisimile non est, vt de his nunc sermo habeatur ab ipso. Manifestum est enim periculum, quod in ipsis est: necessario tamen non adiungitur conuulsioni. Cum Hippocrates in febribus dicit morbos febriles, intelligit, quando febris ipse sunt passio, & non casus partis alicuius, quæ aliquo dictorum affectuum labore.

In febribus, ex somnis timores, vel conuulsiones, malum.

Dicitur ab ipso & antea fuit, qd somnus lædens ægotantem, mortalis est, qui autem non lædit, non est mortalis, vbi & exemplum sermonis adijciens, inquit: Vbi delirium somnus sedat, bonū: tanq; somnus aliquis existat, ex quo delirium non sedatur, sed excitatur aliquando ac generatur. Verum & hic alia dixit exempla noxæ ex somno aduenientis, timores, ac conuulsiones. Quidam vero non timores scribunt, sed labores. Saneq; nos sæpe vidimus in morbis exitialibus & timores & labores & conuulsiones ex somno fieri. Hoc autem videtur contingere, quando in somnis ad cerebrum humor infestus peruenerit, tunc magis intra, qm̄ extra, natura mota. At profecto, vt à cibo ad somnum cōuersi, implent caput: sic in plethoricis dispositionibus, somni ipsum replēt, aggrauant cerebrum. Si igitur ea multitudo magis ad atræ bilis naturam vergit, timores fiunt: si talis non fuerit, labores ac conuulsiones. Somniq; proculdubio semper nocerent, quatenus ad profundum & viscera materia fluit, nisi coctionis ratione plus afferent vtilitatis, qm̄ sit damnum, G quod ex motu ad interiora consequitur. Non solum autem in cerebro ipso mali humores aceruatī tales afferunt casus, sed & in ipso ore ventriculi: quare & in somnis magis evaporant, cum incocti permaneant: sicuti coctiones vtilis somnos inducunt.

In febribus spiritus offendens, malum. conuulsionem enim significat.

Spiritum nunc intelligendum est ipsum dicere, sicuti etiam in prognostico, respirationem: qui vbi offendit, hoc est in medio sui interruptus subsisterit, conuulsionem significat. Etenim sit moventibus thoracem musculis ac nervis iam conuulsioni paratis, qua dispositione insuper aucta, et plures occupante partes, manifesta conuulsio hominem apprehendet. Cū vero duplex sit in respiratione motus: alter, quo spiritus fertur ad interiora, inspiratio dicitur: alter, quo fertur ad exteriora, contrariam is accepit appellationem, expiratio nominatus. Offendit autē spiritus aliqui quidem inspirantibus, sicuti cum ipse dicit, Duplex intro reuocatio, veluti superinspiratio. Aliquando expirantibus, sicuti cum dicit, Et spiritus offendit extra delatus. In his igitur, vtriusq; partis respirationis seorsum meminit: in proposito autē aphorismo de tota ipsa pronuncians, inquit: Spiritus offendens, siue in motu ad intra, siue ad extra, siue ad vtraq; tale quid patitur. H

Quibus vrina crassa, grumosa, pauca, non sine febre: multitudo veniens ex his tenuis inuat. præcipue vero tales veniunt, quibus ab initio, vel breui sedimen inest.

Non simpliciter vrinas crassas dixit, sed & grumosas adiecit, duorum alterum ostendens, vel crassitudinis quantitatem, vel consistentiæ inæqualitatem ac diuulsionem, ita vt plures ipsarum consistentiæ, veluti grumi, circumscriptæ appareant. Non nulli vero non grumosas scribunt, sed cœnosas, sicuti Numisianus et Dionysius: qui, si per hoc verbum, foetorem quendam simul ostendunt, plus aliquid, quam alij, demonstrant: si vero quasi crassitudinis quantitatem, nihilo plus hoc ipso docent. Sermo vero Hippocratis totus non videtur de vrinis esse foetorem habentibus, sed de paucis tantum, ac crassis, vt ex opposito manifestat, inquit, Multitudo veniens, ex his tenuis inuat. Quare, si hoc solum scriberetur, Quibus vrina crassa pauca: nihil sermoni deficeret. Fiunt autem & sine febribus vrinae tales, natura expurgante per renes totius corporis superfluitates: Fiunt etiam cum febre: in quibus quispiam forte existimaret ad contraria transmutationem non esse bonam: quoniam magna ex parte in febribus, ex vrinis ab initio tenuibus fit ad crassiores conuersio, tendente iam morbo ad solutionem, atque ideo mihi videtur maxime ita scriptum ab ipso

Ab ipso fuisse aphorismus, id quod raro accidit, edocete. Contingit. n. aliquando vel per initia morbi, vel non multo post, vrinas factas crassiores, propter grauitatem habere sedimen. His igitur vrinis sedimen, bonum signum non est, sicuti alij, quæ ab initio tenues existentes, ratione totius morbi coctionis sedimen capiunt. Non absq; ratione autem crassa vrinae sunt multitudine pauca, vt quæ vix renes pertranseant. Cum itaq; simul maior pars talium humorum malorum fuerit euacuata, simul & residuum concoctum fuerit: tunc excernuntur multo prioribus tenuiores. Melius est enim ita dicere, & non tenues absolute, quemadmodum dixit Hippocrates. Quæ. n. secundum naturam sunt, non simpliciter tenues existunt, sicuti neq; crassæ, sed medium tenent inter vtrūq; excessum: & cum mediocritatem habeant, crassiores quidem sunt atq; dicuntur aquolis, tenuiores vero grumolis. multæ vero cum ratione excernuntur, quia prius fuerent retentæ: quo tempore crassæ existentes, difficulter exhibent.

70 Quibus vrina perturbata, quales sunt iumentorum, ijs dolor capitis vel adest, vel aderit.

Hunc non nulli aphorismum cum superiori coniungunt, tanq; eius partem, ita scribentes: Quibus autem vrinae obuersæ, hisce dolores capitis. Et volunt quidam verbum obuersæ/contrarias vrinas ostendere ijs, quas antea crassas & grumosas nominauit, hoc est tenues: non nulli vero perturbatas. Falsum autē est, qd vrinae tenues sint cum dolore capitis. Videtur. n. dolores capitis aliqui antecedere, aliquando simul esse cum perturbatis vrinis. Quales autem hæc sint, manifeste monstrauit, inquit, Quales sunt iumentorum. tales vero fiunt materia crassa ac densa à calore agitata. Hæc siquidem maxime et ab extrinseca caliditate videtur in spiritum solui, sicuti bitumen, pix, atq; resina. Non nullæ igitur vrinae longo tempore manent perturbatæ, non nullæ vero cito sedimē crassum habent, et cito morbum solutum iri significant. Quæ vero non resident, si vires affuerint, longum fore morbum ostendunt: si imbecillitas ad sit, ægri mortem prænunciant. Hæc obiter à nobis sunt dicta, qm̄ non carent vtilitate. Quæ vero ad ipsum attinentia aphorismum adhuc dicere oportet, sunt ista: Vrinas perturbatis, capitis dolores necessario aut ad sunt, aut aderunt, vt inquit Hippocrates, qm̄ spiritus flatuosus vna cum calore prompte fertur ad caput. Non tamen, si quis dolet caput, aut doliturus est, huius omnino tales sunt vrinae. Fiunt enim dolores capitis etiā ex calore solo, non nunq; vero ex flava bile, quæ vel in capite vel in ventriculo cōtinetur, & ex humorum abundantia caput opprimente, & propter aliquam loci obstructionem, vel spiritu flatuoso habente in parte ipsa generationem: quorum nihil talem facit vrinam ex necessitate.

71 C Quibus septima iudicatur, ijs nubeculam habet quarta die vrina rubeam, & alia, ex ratione.

Sicuti in pluribus alijs seipſos imperitos artis Hippocratis ostenderunt plurimi eorum, qui hunc eius librum exposuerunt: sic & in isto. Putant enim adiecta fuisse aphorismo cum dicit: Et alia, ex ratione: quæ cumq; ad somnos attinent, vel vigilias, vel respirationem, vel accubitum, vel furrectionem, vel tale aliquid eorum, quæ in Prognostico scripsit: vt si hæc omnia bene facta videantur, in septimo futuram speremus iudicationem. Videntur autem ignorare maxima capita ad præcognitionem facientia. Vigilant enim magna ex parte, & grauitate se habent, ac febriunt vehementius ægri, quanto propius iudicationem accedunt. Plures autem eorum prope iudicationem etiam spirant difficulter. Non igitur signum, quod ex vrinis apparet, talibus indiget calibus ad firmiorem future iudicationis spem, sed multis alijs, quæ frequentius, qm̄ istud, apparent. de quibus nihil videntur cognoscere, qui audent Hippocratis libros exponere prius, qm̄ totam ipsius artem perdiscant. Nam, cum quarta dies sit index, quemadmodum ipse docuit, & qualis sit futura septima, nunciet: omne, quod in ipsa dignum effatu signum coctionis apparuerit, futuram septima die iudicationem ostendit, adeo vt non solum rubra aliqua nubes apparens, antea non visa, D iudicationem significet, sed & alba multo plus ipsa, adhuc aut magis & sublimamentum album, æquale, atq; consistens. Si vero velociter admodum morbus moueatur: & coloris & substantiæ mutatio sunt sufficientia signa future iudicationis. Tenuis itaq; vrina si mediocriter crassa efficiat, & si alba pallida fiat: in tali morbo iudicationem significat. Vnius itaq; signi nominatim Hippocrates meminit, nubecula videlicet rubra. Dignum aut existimat, vt, sicuti hoc, ita et alia ex ratione intelligamus, quæ cumq; futuras iudicationes ostendunt. Sunt autem hæc, quæ in diebus ab ipso vocatis indicibus & contemplabilibus, fieri consuevere vel in vrinis, vel in excrementis alui inferioris, vel sputis. semper. n. omnia talia iudicationes significant, non tamen bonas semper. Solis enim coctionis signis in diebus contemplabilibus apparentibus, bonæ iudicationes futurae indicantur. Sensus ergo verborum aphorismi talis est. Meminit autem nubis rubeæ tanquam signi perrari. Alba enim frequentissime apparent: & sunt signum coctionis manifestum. Rubeæ vero raro fiunt: Et, nisi hoc in loco de ipsis dixisset Hippocrates, qd in diebus indicantibus apparentes futuram nunciant iudicationem, forte nemo talem ipsis adesse vim expectaret: siquidem Hippocrates colorem rubeum salutarem quidem, diutinum tamen esse vult. Nam in Prognostico ita ad verbum scribit: Si vero vrina fuerit subrubea, & sedimen subrubeum & lene: magis quidem hæc diutina, qm̄ illa, sed admodum salubris. Nunquid igitur quarta die talis nubes apparens, futuram in Extra ord. Ee iij septima

Septima iudicationem significabit, in alia autem aliqua indice non significabit, diligentius est inquirendum, quod in ipsis operibus est obseruandum. Nam, quantum ad rationes attinet, sunt ad vtranque partem argumenta, et magis ad alteram, quam non significabit, nisi morbus valde vehementer moueatur. Nam, si quarto die fiat, æquale tempus priori, id, quod sequetur, assumens, non est impossibile, ut iudicationem ostendat. In vndecimo autem apparens, non mihi admodum videtur tribus solis egere diebus, sed etiam pluribus. Verissimum siquidem est colorē talem aliquid suffragari solutionibus. Ego quidem raro signū tale in alijs diebus vidi, præterquam in quarto. Cui igitur in septimo apparuit, hic quartodecimo fuit iudicatus: cui autē in quartodecimo, hic in vigesimo. Apparuit etiam cuidam alteri in vndecimo, qui decimoseptimo iudicatus est: rursus cuidam alij in eodem vndecimo, qui vigesimo die fuit iudicatus.

Quibus vrinae albæ & perspicuæ, malæ, præsertim si in phreniticis appareant.

Vrinae tales extremā cruditatē significāt, quare & morbos longos faciunt. quædā vero ex ipsis, cū anticipauerint vires dissolui, sunt perniciosæ, veluti in phreniticis. Nullū etenim vidi phreniticū, in quo talis vrina apparuisset, saluatum. Melius siquidem est, ut, sicuti totus morbus est biliosus, sic & vrinae appareant biliosæ. Aquosæ autem vrinae (tales enim sunt albæ atque perspicuæ) magnam cruditatē ostendunt, & præterea flauā bilem totam ad caput rapi. Quibusdam enim vrinae perspicuæ, non tñ albæ, quæ quidem tenuem habent substantiam, colorē vero biliosum. Quæ vero perspicuæ sunt & albæ simul, sunt penitus aquosæ. Si igitur simpliciter scriptum sit, præcipue in phreniticis/horum verborum intellectus est manifestus. Sin autē fini sermonis adijciatur, sicuti in alijs exemplaribus videtur adiectum, verbum appareant/sensus erit talis: Aquosæ vrinae malæ sunt: præcipue vero tales apparēt in phreniticis, qui perniciose se habent. Neque enim in omnibus, quemadmodum non nulli huius libri expositores intellexerunt, nihil scientes ex ijs, quæ in ægrotis apparēt. In quibusdam autē exemplaribus ita scriptus est finis aphorismi: Præcipue vero in phreniticis tales apparent. & est idem intellectus, qui secundæ scripturæ antea à nobis dictæ.

Quibus hypochondria suspensa murmurātia, lumborum dolore superueniente, ijs alui humectatur, nisi flatus eripant, aut vrinae multitudo proueniat, hæc vero in febris.

Hypochondria suspensa, hoc est ad maiorem tumorem deducta ex multis causis vnam habet, spiritum flatuosum, de qua nunc disserit, dupliciter factam: non nunquam ex aliquo affectu difficili habente solutionem partium ad aluum attinentium: non nunquam ex aliqua recenti occasione. Distinguit autem nunc Hippocrates ista. Nam prior dispositio cum murmure non fit. Extenta enim atque inflata instar vtris redduntur in ea hypochondria: Altera cum murmure (quod *Βορβορυμὸς* græce dicitur) fit. Sic autem nominatur spiritus sonus, cum neque magnus neque multus extiterit, & cum quadam modica humiditate ad inferiora mouetur. Accidit igitur tali murmure descendente, ad lumborum loca, vna cum ipso tumorem ex hypochondrijs deportari. vnde partibus, quæ hic sunt, ex ipso distentis, prouenit dolor: deinde hoc pacto, humore aliquando ad distributionem concitato, solus spiritus flatuosus emittitur, non nunquam vero vna cū humore. Iam vero etiam humor distributus magna ex parte per vrinas excernitur. Recte vero inquit in dictis signis aluum dirumpi, nisi anticipet seorsum quidē humor distribui, seorsum vero spiritus in intestinis retentus per sedem excerni. Contingit vero quandoque vtrunque ad distributionem concitatum, & spiritum & humorem cito ad vesicam permeare. Quod vero in fine aphorismi scribitur: Hæc vero in febris/tale aliquid mihi videtur ostendere. A febris molestari dicebant antiqui illos, qui absque inflammatione, vel abscessu, vel dolore, vel erysipelate, vel (ut simpliciter dixerim) absque aliquo membro præcipue affecto, ægrotabant. Quod si vel propter lateris inflammationē, vel pulmonis, vel talis partis alterius febricitarent: non febricitantes ipsos nominabant, neque a febris molestari dicebant: sed pleuriticos aut peripneumonicos, & alijs similibus nominibus, veluti hepaticos et lienosos appellabant. Nunc itaque mihi videtur Hippocrates duorum alterū velle insinuare, vel quod hæc, quæ dixit, febris accidit, in quibus nullum membrum affectum est: vel quod & illis accidunt morbis, non tamen ipsis aluus dirupta sit, vel flatus aut vrinae prodierint. Neque enim aliquo naturali motu membrum flatuosum expellentibus, murmur in illis contingit fieri, sed veluti casum tantummodo.

Quibus speratur abscessum futurū ad articulos, liberat ab abscessu vrina multa, crassa, & alba facta, qualis in lassitudinarijs febris quarto die quibusdam incipit fieri. Si vero etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.

Dictum est à me etiam prius, quod abscessus fiunt ad articulos ijs, qui in his laborem passi sunt, & quibus quouis modo in morbo articuli lassati sunt, & præterea in quibuscūque crassorum humorum multitudo longo tempore perdurauerit. Si itaque natura valuerit per vrinam expurgare corpus, æger ab abscessu liberatur, humorem ad articulos decubiturum, per vesicam euacuat. Satis autem habuit lassitudinariarum febrium veluti in quodam exemplo meminisse, quæ initium

Initium ad vrinam motionis in die indice accipiunt. His enim lassitudinarijs hoc inest, quod cito abscessus faciant, non expectantibus, ut alia, tempus prolixius. His vero ipsis & iuxta aurem fieri abscessus consuevere, sicuti alijs prolixioribus multitudo ad inferiora magis decubuit. Quibus igitur caliditas maior magis materiam subleuauit: vel sanguinis profluuium per nares patiuntur, aut parotidas, id est iuxta aures abscessus habent. Quod autē solutio hæc velocior sit, quam altera, quæ per vrinas fit, non oportet dicere: quare & ipsi adiecit Hippocrates, breui admodum solutio fit, altera, quæ fit per vrinas, euacuatione plures exigente dies. Quod autē quarto die dicitur, pro exemplo positum est: te vero oportet transferre ad omnes dies alios, quicunque sunt contemplabiles & iudicatorij.

Si sanguinem aut pus mingat: aut renum aut vesicæ exulcerationem significat.

Siue in renibus, siue in vesica vlcus factum fuerit, si quidem in vase aliquo effatu digno constitit, & præcipue cum aliqua exesione: sanguinis excretio consequitur, sine hoc autē puris tantummodo. Contingit autem, ut factio vlcere in aliquo vrinae meatuum, & pus, & sanguis mingatur. Hi vero renes ac vesicæ interiacent, & oportet hos illis subaudire. Exulcerantur autem magna ex parte ijs, qui in renibus lapidem habent, meatus vrinarij, quādo à lapide aliquo acuto aut admodum aspero in ipsis intersepto excoriantur. Nam ex vlceribus, quæ in pene fiunt, etiam sine vrina & pus & sanguis egreditur. Exit autē simul cū vrinis aliquando pus dirupto abscessu in aliquo superiori loco. Quare (arbitror) plures expositores alteram scripturam magis probarunt, in qua coniunctio & scribitur, in hunc modum: Si sanguinem & pus minxerit, renum aut vesicæ vlcerationē significat, quasi altero solo, scilicet pure per loca vrinae exeunte, fieri possit, ut sit signum non modo renum vel vesicæ exulceratæ, sed etiam alicuius partium superiorum. Forte igitur & hi aliquid dicunt. Forte autem & verbum mingat/quod aliud ostendit, quod minxerit, in seipso continet distinctionem. Neque enim idem est vel ita dicere, Si sanguinem & pus mingat: vel illo modo, Si sanguinem & pus minxerit. In vno enim vel duobus vel tribus diebus potuit minxisse pus dirupto abscessu ad vrinam instrumenta: Multis autem diebus ac mensibus vbi hoc factum fuerit, renum aut vesicæ exulceratio significatur. Vtrum autem ipsorum magis sit, & dolor distinguit, qui in differrentibus accidit locis: & ea, quæ cum vrinis excernuntur: de quibus deinceps loquetur. Iam vero & de vrinarijs meatibus eadem est ratio.

Quibus in vrina crassa existente, caruncula parua, aut veluti capilli vna exeunt, ijs à renibus excernitur.

Parua quidem caruncula renum substantiæ indicia sunt, qui vero uti capilli, nullo modo renū. Neque enim fieri potest, ut ad talem substantiæ formam ren dissoluatur. nam, qui hoc aiunt, renum ignorant naturam. At neque, cum vesica resoluitur & eroditur, ut quibusdam visum est, tales vrinae exeunt. Sunt enim huius particulae, foliorū similes magis, sicuti & Hippocrates paulopost eas squamas appellat. Sed rei veritas ita se habet: quod nobis forte quadam sapius videre contigit. Sed alij quidam medici, quamuis in operibus artis multum exercitati, raro se aiunt vidisse vrinas tales. Vocant autem recentiores medici hæc passionē *πριχιασμι*, capillitium, quoniam capillis, & albis quidē magis similia videantur, quæ ab vrina efferuntur. Nuper quidam talia corpora tā longa mingebat, ut incredibilis longitudo videretur. nam quidam ex ipsis ad dimidium cubitum extendebantur. Hic autem toto ferè anno, qui antecesserat, orobum, & fabam comederat, sapifimeque caseum & tenerum & siccum, omnesque alij, quibus talia mingere contigit, cibis crassioribus vesciebantur. Tali igitur humore in renibus aliquo modo vsto, capillis similes substantiæ generantur. Saneque modus ipse curadi, rationi, quæ de causa habetur, attestatur. Nam ab extenuantibus atque incidentibus medicinis, adhibito etiam alio victu humectante, tales ægri curantur. Si vero tanta esset exulceratio renum aut vesicæ, ut eorum substantia dissolueretur: non modo nihil ex talibus medicinis iuuarentur, sed etiam supra modum irritarentur. In his itaque, sicuti & in alijs, Hippocrates dignus est admiratione, cum ipse eorum inventor extiterit, quæ ne à pluribus quidem medicinis ad hunc usque diem ex signis fuere comperta. Ipsa quoque sermonis diligentia magnam habet admirationem, cum dicat talia ex renibus excerni. Neque enim, sicuti in priore aphorismo renum causatur exulcerationem, ita & nunc dixit: verum simpliciter ex renibus inquit excerni, quemadmodum si aliquo mingente lapidem, ex renibus ipsum excerni dicamus, non quod sit pars substantiæ eorum, sed quoniam in ipsis suam habuit consistentiam. Parua igitur caruncula substantiæ renum vlceratorum re vera partes existunt. Qui vero veluti capilli sunt: in renibus quidem consistentiam accipiunt, veluti & lapides: non sunt autem partes eorum substantiæ. Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphorismus sine particula aut legitur, Caruncula parua veluti capilli. Nullo enim modo caruncula parua assimilantur capillis. Verum oportet inter verbum / parua / & dictionem, veluti, mediam interponere coniunctionem / aut /: tanquam Hippocrates non de vna re, sed de duabus faciat suo sermone mentionem, quarum vna est, Caruncula parua: altera vero, Veluti capilli. In ijs igitur, quæ sunt veluti capilli, semper vrina est crassa: cum pituitosa substantia, quam venæ aggregant, per renes expurgetur: In carunculis autem non est necessarium. Nunquam tamen talem vidi renum dispositionem: sed, quæ sunt veluti carunculae.

Extra ord.

Ee. iij. runculae,

tuniculae, saepius a me visae sunt, in illis febribus, in quibus, et quae sunt similia orobis, sed minima co-
spiciuntur, sanguine crasso in renibus aut in hepate exulto: non tamen veras carunculas vnquam
vidi cum vrina exeuntes. Puto igitur posse contingere, quod crassa vrina ab ipso dicatur, quae medio
cris est & secundum naturam. Haec enim tenui quodam modo opponitur. Neque nos latet, quod proprie
quidem secundum excessus oppositiones ita nominatur: per abusionem autem, & medio & medio-
cri, extremorum nomina tribuuntur: cum & ad maxime crassum, tenue: & ad maxime tenue, cras-
sum nominet. Quod si ita accipiamus, sermo talis erit: Quibus in vrina, quae tenuis non est, ea, quae
diximus, exeunt: renem est passio, si vero vrina sit tenuis, totum venosum patitur genus. Eundem
intellectum mihi videtur etiam in sequenti ostendere aphorismo.

Quibus in vrina crassa furfurea quadam simul exeunt, ijs vesica scabie laborat.

Quando vrina tenuis fuerit: haud secundum naturam venae se habent. Cum vero non tenuis
extiterit, sed mediocrem habuerit substantiam (in quo significato crassa accipere oportet hoc loco)
ea, quae simul cum tali vrina excernuntur, circa renes aut vesicam passionem ostendunt. Cum enim
ex venis vrina veniat, in renibus coletur, in vesica aggregatur, quicquid in ea praeter naturam appa-
ruerit, aut venas, aut renes, aut vesicam male se habere indicabit, sicuti & nunc furfurea vesicam
scabie laborare, quando venae nullum affectum habent. Feruntur enim & ex ipsis aliquando fur-
furea, cum earum tunica patitur, quemadmodum & vesicae: vel cum sanguis, qui in ipsis continetur,
a febre ardente perurit. Aptior autem ad hoc est, quicquid humor in eis crassior existit, et magis
qui veluti seex sanguinis est, quem solemus humorem melancholicum nominare. Sicuti enim cutis
superficies (quam epidermida, id est superiorem pelliculam nominant) in scabie, lepra, atque licheni
bus tenue quiddam remittit, quale est, quod seipsum senectus nominamus: sic, ubi in partibus
interioribus ea, quae est veluti cutis, tale aliquid patitur: & casus erit passioni similis. Hac ratione
igitur & venae ipsae atque vesica scabie laborantes, furfureos cortices vna cum vrinis emittent. Di-
stinctio autem fiet ex tenuitate ac crassitudine vrinae, ut antea diximus. Tenuis enim vrina venas:
non tenuis autem vesicam pati indicabit.

Quicumque sponte sanguinem mingunt, ijs a renibus venulam ruptam significatur.

Quod dicitur sponte (graece ἀπὸ τρυφαιῶν) potest idem, quod sine causa exteriori, ostendere:
potest & quod veluti repente, nullo casu precedente, quales apparerit vesica vlcera. In ipsa enim
venam rumpi ex influentis sanguinis abundantia, quemadmodum in renibus accidere solet, est
impossibile. Neque enim per eius venas sanguis percolatur, sed solum tamen, quantum ipsi sufficiens est
pro alimento, contribuunt. Praeterea neque venae, quae in vesica, nude aut instabiles natura sunt, si-
cuti, quae renem ventres subintrant, quarum ora aperiuntur, & quae aliquando dirumpuntur,
propter humorum multitudinem ac crassitudinem, qui in ipsis continentur. Diruptio itaque puri san-
guinis facit euacuationem. Ora autem aperta non vniuersim sanguinem effundunt, praesertim cum
parua est apertura, sed paulatim atque tenuiorē percolant: vnde tota vrinam subsanguine efficiunt.
Fit autem, ut dixi, & venis vesicae exlesione laborantibus, sanguinis euacuatio, quam antecedunt vlcera
signa in vesica existentis, hoc est & loci dolor, & pus, & saepe ipsius corporis vesicae quaedam ve-
luti frustula. Hac ratione igitur melius verbum sponte/pro repente, accipere, & non pro sine cau-
sa manifesta. siquidem sanguis ex renibus saepius & sine causa excernitur manifesta, vase ex multi-
tudine rupto, sed aliquando ob saltum vehementiorem, vel ex alto casum, vel ictum.

Quibus in vrinis arenosa subsistunt, ijs vesica laborat calculo.

Non omnino vesica laborat, sed contingit & renes: quare manifeste errat aphorismus, siue quia
Hippocrates ipse dimidia partem sermonis neglexerit, siue quia primus librarius omiserit. Siue
enim in renibus, siue in vesica calculi generantur, vna cum vrinis exeunt arenosa.

Si sanguinem mingant, aut grumos, vel stillicidium vrinae habeant, & dolor in inum incidat ventre, & pecti-
nem, & semen: circa vesicam labor est.

Duobus modis finis scribitur aphorismi: in quibusdam exemplaribus, labor est: in quibusdam,
morbus est. Et ferè in hoc nihil inuicem scripturae differunt. Communiter autem ambae errant, si quis
intelligat circa vesicam ab Hippocrate dici, quasi ipsam vesicam laborare dixisset. Nam si, quos
memorat casus, communes sunt omnibus, quae vrinae feruntur, instrumentis, vesicae, renibus, vri-
narijs meatibus. Melius est itaque hoc modo, quae circa vesicam, accipere, non tanquam sola vesica signi-
ficet, sed & partes, quae illi annectuntur. Adhuc autem magis, ut ita accipiamus, hortabimur sequens apho-
rismus, in quo non, quae circa vesicam, egrotare dicit, sed ipsius vesicae esse exulcerationem: cum non
dem sit, pati aliquid ipsam vesicam simpliciter solam, enunciare, vel quae circa vesicam.

Si sanguinem aut pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit: vesica exulcerationem significat.

Sanguis quidem & pus mingendo prodeuntia, omnium instrumentorum vlceratorum, quae vrinae obser-
uiunt,

At uident, signa sunt communia, odor autem grauis, hoc est molestus, & adhuc magis squamulae, sunt
propria vesicae. In pluribus igitur exemplaribus, si sanguinem & pus minxerit, scriptum inuenitur:
In quibusdam vero, si sanguinem vel pus minxerit. Ostendet autem haec scriptura secunda con-
stitutionem aut esse disionctiuam, quasi vtrilibet horum, quae dicta sunt, ubi adsit, significet vlcera-
tionem: altera vero vult ambo assidere, vel simul inuicem, vel alternatim.

Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur: ijs suppuratione facta & eruptione, solutio.

Ob sermonis breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi aphorismo suspicabitur quispiam.
Promptum enim est vnicuique intelligere, in meatu vrinario, qui in pene est, (hunc enim meatum,
fistulam vrinariam graece διουρηθῆσαν nominant), si consistant tubercula, & mox rumpantur, fieri solu-
tionem. Verum, si diligentius animaduertimus, maius aliquid ex eo ostenditur. Contingit
enim vrinam aliquando retineri ob tale tuberculum: ex cuius diruptione sanitas retentionis vri-
nae proculdubio sequetur. Verum ex dictis quaedam dubitatio suboritur, vtrum solum vel ista haec,
quae in hoc loco sunt nata tubercula, rumpi: vel saepius quidem hoc accidere, fieri tamen posse, ut
etiam dissoluantur: vel exemplum solutionum vnum hoc aliquod scripsit, diruptionem: quod &
B verius existit.

Mictio noctu plurima facta, paruum significat deiectionem.

Quod quidem necessarium sit ventris humore distributo, minorem fieri alui deiectionem, vni-
cuique manifestum, sed cum hoc & illud apparet, quod eo vna cum cibis exeunte, aluus quidem humi-
dior fit, atque ideo plura deiciet, vrina vero paucior excernetur. Docebit autem nos haec ipsa ratio
& alui fluentis, & sicca remedia. In quibus enim supra modum humida aluus deprehenditur, ijs po-
tius minorē exhibebimus, ac praeterea illi viam ad vesicam parabimus. In quibus vero siccior, &
plus dabimus potus, & distributionem, quantum fieri poterit, prohibebimus.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIUS QUINTVS.

Onuulsio ex elleboro, letalis est.



Iis, qui elleborum acceperunt, album scilicet, (hunc enim simpliciter ellebo-
rum nominare consueuerunt, non, sicuti nigrum, cum adiectione) ijs, inquam,
si ex purgatione conuulsio aduenerit, casum ait esse letalem. Fit enim non ab
initio purgationis, quando periculum est, ne homo stranguletur: sed quando vo-
mentes vehementius lacerantur, propter ipsam quidem maxime, quae fit in vo-
mitibus, distentionem laborantibus neruis, ob illam, quam habent cum ore ventriculi, in patien-
do societatem: ob quod & alias vidimus, ubi fortius mordetur, fieri conuulsiones, sicuti adole-
scenti, qui aeruginem euomuerat. Praestat enim aeruginem, non aeruginosum vomitum, illum no-
minare. Erat enim talis, qualis, quae vera aerugo nominatur, floridissima: verum inter vomendum,
totum corpus conuulsus est: & aerugine euacuata, febris statim & conuulsio cessauit. Tale autem
erat, quod euomuerat, sicuti si quis optimam aeruginem aqua perfunderet, adeo ut ex eorum vnio-
ne talis substantia exultaret, quae destruti crassitudinem repraesentaret. Non impossibile est igitur
(ut dixi) & per compatiendi ad os ventriculi societatem fieri conuulsionem ex elleboro albo: &
haec foret conuulsio moderatissima. Contingit autem & propter ipsam euacuationem supra mo-
dum ipsis purgatis conuulsionem aduenire: sicuti & choleram patientibus, contractiones frequen-
ter adueniunt, maxime quae eorum, qui sunt in suris, musculorum. Sed neque illud est impossibile, pro-
pter pharmaci efficaciam ex neruis humiditates ad se attrahentis, atque ideo tunc eos male afficien-
tis fieri conuulsionem. Sed & ellebori aliquando vi ad sui distributionem impulsa vehementius,
contingit neruorum substantiam violentius exiccari. Ipse enim nos docuit Hippocrates, quod fit
conuulsio ex repletionem & inanitionem, corporum videlicet neruorum, a quibus secundum ele-
ctionem motus perficiuntur. Sunt autem haec, nerui, ligamenta, musculi, & tendones. Sicut enim
in exterioribus videmus lora & chordas extendi, ubi vehementius exiccantur, aut multa madeant
humiditate: sic & in corporibus animalium par est fieri non raro conuulsionem. Liqueat igitur, quod
ex repletionem conuulsio, sanabilis est per euacuationem. Ea vero, quae fit ex inanitionem, & neruo-
rum siccitate, non facile admittit curationem. Fit autem (ut dixi) & propter compatiendi socie-
tatem conuulsio: quam non debemus existimare fuisse ab Hippocrate praetermissam. Eam enim,
quae primum fit, conuulsionem ostendit, cum ait conuulsionem ex repletionem atque inanitionem ge-
nerari. Et quidem nouimus etiam mortis rationem fieri in ore ventriculi singultum, adeo ut quispiam
& neruos itidem pati existimauerit. Et videbitur ista conuulsio ijs, qui ab elleboro purga-
ti sunt, non dicta ab Hippocrate, aliquando fieri: nisi per Iouem illam dixerit quispiam fieri ex ina-
nitionem,

aberratio

nitione, cum humores mordaces vim habeant exiccandi. Hi itaq; sunt eorum, qui ex elleboro conuellantur. Sanatur autem ex ipsis & qui propter morsum, & qui propter distentionem ex vomitibus fit. qui autem ex siccitate accidit, insanabilis est. Non absque ratione igitur totum hoc genus Hippocrates ait esse letale, quoniam non nullæ eius species cum difficultate sanantur. Vna autem insanabilis est.

Conuulsio ex vulnere, letalis est.

Sicuti in eo, qui hunc antecedit, aphorismo mortalem dixit esse conuulsionem, (quod idem est, ac si diceret periculosam, atq; ad mortem sæpius terminantem) sic & nunc earum, quæ fit ex vulnere, conuulsionem letalem dixit esse, non tanquam ex necessitate ac semper mortem afferentem, sed tamquam admodum crebro. Sic & in multis ex prioribus aphorismis, letalis nomine visus est vti. Ex vulneribus igitur fiunt conuulsiones ratione sequentis ipsa inflammationis, vbi partes nervosas attigerit. Et primum quidem videntur conuelli, quæ è directo sunt partium inflammatione laborantium: deinde postquam & principium attigerit, passio ad totum extenditur corpus.

Vbi sanguis multus fluxerit: singultus aut conuulsio superueniens, malum.

Non aliud quidem ostendi est existimandum ex priori noie letale, aliud aut nunc, cum malum dicit. Consuevit siquidem Hippocrates casus illos ita nominare, quos letum sæpe subsequitur. Sicuti vero per magis & minus differre hæc nomina videantur: maius periculum per vocem letale, quæ per malum, ostenditur. Quæ igitur fit ex multa sanguinis profusione conuulsio, ex altero genere causarum ipsam efficientium consistit, vt antea dictum est.

Ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus superueniens, malum.

Quod aliquando ijs, qui elleborum sumpserunt, diximus fieri: hoc nunc ostendit in omnibus, qui quouis modo purgantur. Conuellantur enim, qui vltra modum purgantur, eadem ob causas, quas diximus in ijs, qui elleborum assumpserunt: & ijs, qui hac ratione laborant, non paruum periculum imminet. siquidem multo peior est ea, quæ fit ex inanitione conuulsio, altera, quæ fit ex repletionem. Quod autem & singultus conuulsio sit stomachi secundum Hippocratem, nos vtiq; nouimus.

Si ebrius quispiam repente obmutuerit: conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut, vbi ad horam peruenerit, qua soluantur crapulae, vocem recuperet.

Repletis neruis talis conuulsio superuenit. Solet autem facillime eos replere vinum, vt quod calidam habeat temperaturam, talis siquidem natura prompte omnia subintrat, præsertim cum non admodum crassam substantiam habuerit. Substantiæ igitur copia vinum neruis affert conuulsionem. Rursus autem qualitate sanat eam, quam fecit disponere, neruos calefaciendo atq; exiccando. & si hoc aliqui facere nequeat, mortem subsequi est necessarium. Qua autem vi diximus vinum sanare conuulsiones, eadem videlicet & febris sanat. Hic vero maxime obseruanda est Hippocratis consuetudo, qui de febribus, i. mutos noiat illos, qui quouis modo caro laborant. Verum proprie caros noiat totius corporis insensibilitas atq; immobilitas repentina. Hanc itaq; dispositionem consuevit Hippocrates ex vno casum nominare: & fit proculdubio neruorum principio patiente. Neq; n. aliter potest omnino conuelli corpus, antequam id principium patiat, vel principaliter, vel per compassionem, altero prius patiente membro. Liqueat autem omnem noxam ex vino factam, à Græcis omnibus crapulae nominari. Sicq; non nulli vocabulo fecere etymologiam à carenon pallestha, quod significat caput concuti. Horam autem, qua crapulae soluantur, tempus nominauit. Est autem hoc tempus non præfinitum neq; circumscriptum omnibus vna mensura. Quidam enim postridie à crapula sunt liberati, quidam vero sequenti nocte, quidam vero tertio die profusus: & fit hoc pro multitudine ac vi epoti vini, & eius, qui potauit, natura. Sicuti igitur neq; cibum vnum habet in omnibus tempus coctionis præfinitum, sic neq; vinum. Aut igitur oportet nos ægri naturam habere experientia compertam, aut postremum terminum obseruare: in quo si neq; febricitare, neq; loqui anticipauerit, conuulsus morietur.

Quicumq; à distentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt: si vero has effugerint, sani sunt.

Distentio græce tetanos morbus peracutus est, vt quæ composita sit ex illa, quæ Græci emprosthotonon, id est ad anteriora distentionem: & opisthotonon, id est ad posteriora distentionem noiant: atq; ita merito citius in ipsa fit iudicatio, non tolerante natura longiori tempore, quæ fert distentio, laborem. In primo igitur circuitu dierum iudicatoriorum passio iudicatur.

Quibuscumq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt: quibuscumq; autem vigesimo quinto, commoriantur.

Proprie quidem passionis mutationes nominant, quando ex vna parte transeunt ad aliam: per abusionem

Abusionem autem & omnes solutiones ita noiantur. & mihi videtur Hippocrates secundi significatus visus esse appellatione. Non modo enim ad alias partes translatis ijs, qui morbum comitalem faciunt, humoribus, soluitur passio, sed etiam omnino curatis. Sunt enim hi crassi, frigidi, & pituitosi. Causant autem & ob ætatem ad sicciorum naturam transmutatam, & ob exercitationem, & vicium exiccantem, adiunctis ad hæc idoneis medicinis. Verum Hippocrates nunc solum eius meminit mutationis, quæ ex ætate fit: à qua docti, & formam victus vna cum medicinis inuenimus. Quod igitur in altera parte aphorismorum dicit, Qui morbo comitiali laborant, si iuuenes fuerint, mutationibus maxime ætatis, & regionum, & victus liberantur: hoc nunc in ipsis passionibus declarauit, morbos comitiales, qui ante pubertatem fiunt, cessare dicens ex ætatis commutatione: qui vero vltra vigesimum quintum annum processere, commori inquit. Vnde liquet, quod pubertatis tempus vsq; ad vigesimum quintum annum extendi arbitrat, sumens initium post secundam septimanam. Liqueat autem, quod neq; omnibus sanabitur passio ex pubere ætate, nisi & alia recte gesserint: neque, quibus in hac accidit, omnino permanet, si bonam victus rationem adhibeant. Verum, quod non habeant ex ætate sanationem, sed quantum ad eam attinet, passio confenescat, liquido ostendit. Non tamen adhuc manifeste dictum est, quamuis videatur manifestum ijs, qui negligentius accipiunt verba illa. Quibus vero vigesimo quinto anno, commoriantur. Neq; enim ijs solis passio commoritur, quibus vigesimum quintum annum agentibus aduenit: sed multo magis etiam ijs, qui vltra hanc ætatem progressi sunt. Addentes igitur sermoni Hippocratis illud quod deest, verum ex omni parte ipsum faciemus: Morbi comitiales, qui quidem ante pubertatem fiunt, in eius ætatis tpe soluntur: qui vltra pubertatem procedunt, commoriantur. Tempus autem pubertatis est post quartum decimum annum vsq; ad vigesimum quintum. Est autem & alia scriptura talis: Quibuscumq; viginti quinque annorum fiunt, multum commoriantur. significante verbo/multum/idem, quod magna ex parte.

Quicumq; morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad suppurationem vertuntur.

Eam, quæ fit per sputa, euacuationem humorum facientium morbum lateralem, solet Hippocrates purgationem ac repurgationem nominare: sicuti & istos expuere, purgari, tam in libro de victu acutorum, quam in Prognostico, nominauit. Verum nunc & tempus præfinit purgationis, in quo si non fiat, ad suppurationem ait morbum verti lateralem: aut omnem, quæ fit ad pus, transmutationem ita nominans, (sicut in Prognostico sæpius) aut eam, quæ fit inter thoracem & pulmonem, puris effusionem. fit enim vtrunq; horum, quando morbo laterali laborantes non expurgantur per sputa. Verum secundum, quod diximus, ipse in sequentibus eruptionem suppurationis nominauit.

Tabes fiunt maxime ætatibus à decimo octauo vsq; ad trigessimum quintum.

In superioribus aphorismis, quæ morbos secundum ætates enarrabat, Iuuenibus, dicebat, sanguinis sputa, tabes. Nunc vero et numerum apposuit annorum, non propterea eadem rursus scribens, quæ antea, sed propter passionum thoracis atq; pulmonis conditionem. Propter quid igitur iuuenes his morbis præcipue corripiantur, antea diximus: de annis autem ætatis nunc determinandum, quæ & Hippocrates dixit tabem maxime fieri ætatibus à decimo octauo vsq; ad trigessimum quintum. Quod n. ætatibus numero plurali dicitur, quædam habet significationem, quod non eandem Hippocrates ætatem existimat esse mediã inter annos enumeratos. Neq; sanè vna est, si diligentius consideremus: verum ea, quæ est à decimo octauo vsq; ad vigesimum quintum annum, adolescentium est: quæ autem ab hinc vsq; ad trigessimum quintum, iuuenum.

Quicumque ab angina liberantur, ijs ad pulmonem vertitur, et in septem diebus pereunt. si vero has effugerint, suppurantur.

De transmutatione nunc ipsi est sermo, quæ fit ex angina ad pulmonem: quam ait plerunq; ante septimum diem occidere, ægro videlicet strangulato: si vero id tempus possit euadere, fluxione in pus conuersa, suppurari.

Qui tabe molestantur, si sputum, quod exiit, graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, letale.

Eas, quæ sunt in pulmone, vlcerosas dispositiones, nunc tabes nominat, in quibus iubet odorem diligentius persequi, id, quod expuitur, carbonibus inieciendo. Sicut autem prius in vlcibus vlcera, odorem dixit grauem sentiri, ita & nunc tabidorum sputum grauius olere. Si vero & ex capite capilli defluant ita affectis, letalem esse notam: quoniam & maximus alimenti defectus ostenditur, atq; aliquando humorum corruptio.

Quibuscumq; tabe laborantibus, capilli à capite defluunt: ijs alui profluvio superueniente, moriuntur.

De ijs, qui ex tabe iam morti vicini sunt, nunc sermo habetur: quos etiam male se habere ostendat

Antiqua tralatio hæc addit. Cognoscitur autem ad pulmonem migrasse ratione pullus. Nā durus & inordinatus & inæqualis ad principale membrum trahentem significat materiam: molli autem & equalis & ordinatus cum bona respiratione & equali certâ dimissionem significat.

derat in defluuio capillorum. Alui autem profluuio superueniente, mortem appropinquare opinandum: cum hic casus, & mala causa, & malum signum existat. Fit enim ex virium imbecillitate, quæ præterea ex ipso casu fiunt imbecilliores.

Quicunq; spumofum sanguinem expuunt, ijs è pulmone educio fit.

Et pleracq; exemplaria, & quàm plurimi huius libri expositores norunt aphorismū in hæc verba scriptum: Quicunq; sanguinem spumofum euomunt, ijs è pulmone educio fit. Et quidam ipsum exponentes, aiunt verbum id multitudinem significare, ac propterea à proprio esse trāslatū: aperte mentientes contra id, quod apparet. Sepe. n. visus est sanguis spumofus absq; multitudine euomi. Si igitur ita Hippocrates re vera scripsit, ipsum abufum fuisse vocabulo dicemus. Neq; n. sanguis multus, ex pulmone educationem significat: paucus vero, ex alio loco. Si vero expuunt aut extullunt scriptum sit: tūc proprio vsum fuisse vocabulo, et ostēdere sanguinē talē carnosam pulmonis substantiam (quæ est ipsius vera substantia) affectam vlcerebus esse, adeo vt vere quidē dicatur solius pulmonis vlcera ex spumoso sanguine indicari: nō vere autem, vlcerato pulmone, ex necessitate spumofum expui. Sapius. n. vidimus quibusdam ex alto cadētib; & calcitratis, atq; in palæstra percussis, ab illa maxime iētus parte, in quam cuiuspiam ad solum ruenti, alter super thoracem incidit, sanguinem plurimum optime coloratum expui cum tussi sine vilo dolore: quem ratio dicitur ex aliquo pulmonis vase dirupto prodire.

A tabe habito profluuio alui superueniens, letale.

Paulo antea dixerat, tabidis, cum sputum graue olet, & capilli à capite defluunt, alui profluuio superueniente, mortem subsequi. Hic vero simpliciter dixit esse letale superueniens alui profluuio in tabe, nulla facta, neq; de sputo, neq; de capillis mentione, tanquam illud solum sufficiat mortem significare, non tamen ita è proximo, neq; tam cito secuturam, sicuti cum defluuio capillorum adiungitur.

Quicunq; ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgantur à die, qua fit ruptio, liberantur. Si vero non, ad tabem transeunt.

Addens suo sermoni ruptionis vocabulum, manifestum fecit se de illis loqui, in quibus lateris inflammatione in suppurationem conuersa, deinde dirupta, in spatio thoracis atq; pulmonis intermedio pus continetur. His enim omnibus, nisi vt plurimum in quadraginta diebus puris euacuatio fiat per spuitiones purgati: necessarium est pulmonem exedi, pure processu temporis putrescente. Morbo igitur laterali diem quartumdecimum, terminum posuit purgationis, suppurationis autem quadagesimum. Dicitur autem est plenius de differentia & aliorum dierum iudicatoriorum, & horum, in eo tractatu, qui inscribitur de diebus iudicatorijs. Quare, si quis vniuersam illam legerit contemplationem: ea, quæ ab Hippocrate de diebus iudicatorijs dicuntur, promptius assequetur.

Calidum, vbi quis sepius eo utatur, hæc mala affert, carniū effæmationem, neruorum incontinentiam, mentis torporem, profluua sanguinis, animi defectiones: hæc, ad quæ mors.

De calidi & frigidi vsu immodico & modico dictum est non parum & in libro de vsu humorum. Dicta sunt autem & hoc in loco aphorismorum omnia ferè capita, & primum hoc ipsum, quod calidū, si quis eo vltra modum vatur, has facit passiones, carniū effæmationem, hoc est debilitatem: dictum est enim nomen per trāslationem, quā foemina debilior est masculo: cui astipulatur hoc, quod subiungitur Neruorum incontinentiam. Nam & hi fiunt imbecilles, cum eorum substantia à calore dissoluatur. Et rursus mentis torpor, mentis est imbecillitas: cum ita scilicet substantia cerebrī, sicuti etiam neruorum, dissoluatur. Eodem modo & calidi vsus immodicus facit sanguinis profusiones, in illis vtiq; corporis dispositionibus, quæ ad sanguinis profusionē apta sunt. Sequuntur autem ad sanguinis profusiones, defectus animi, & ad hos mors, sicuti & ad alia prius dicta: sed ad illa quidem tempore pluri, ad hæc quidem magis, ad hæc vero minus: ad sanguinis vero profusiones, & animi defectus, statim. Scriptus est autem finis aphorismi vario modo in exemplaribus: scripturæ vero oēs dictam sententiam ostendunt. Est aut vna hæc, His mors: altera vero hæc, In quibus mors: tertia hæc, Quibus mors: alia, Hæc ad mortem.

Frigidum autem conuulsiones, distentiones, liuores, rigores febriles.

Immodicū scilicet frigidū hæc facit, conuulsiones, distentiones, & neruorum refrigerationem. Sicuti enim non oportet ipsorum substantiam ab immodico calore dissolui, sic neq; vltra modum conuenientem refrigerari, & in vnum cogi ac cohiberi. Ac sanè quidem liuores ex refrigeratione fiunt, & rigores febres aduocantes. Melius autem fuisset ita dicere: Rigores facientes & conuulsiones, & distentiones, & liuores, & febres. Plenius autem de his seorsum diximus in libro de casuum causis.

Frigidum,

18 A Frigidum, inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medulla: calidum vero vtile.

Quæcunq; partes sunt natura frigidiores, (sunt autem in animalibus tales, quæcunq; sunt penitus exangues) citius ac magis ab immodico frigidi vsu offenduntur: ipsæ autem rationabiliter calidum conuenientius.

19 Quæcunq; refrigerata sunt, excalefacere oportet, exceptis ijs, quibus sanguis fluit, aut fluxurus est.

Hoc, quod nūc dictum est, haudquaquam euertit illud theorema, Contrariorum contraria eē remedia: de quo plenius diximus in eo tractatu, qui de arte curatiua inscribitur: in quo ostēdimus aliud esse theorema maxime necessarium, illa prius curari præcipiens, quæ magis vrgent, hoc est, quæ maius periculum afferunt, sicuti & nunc profluuio sanguinis. Ad hoc igitur prius obstitendum est: atq; ita deinde, quod passum est, ad bonam temperiem est reuocandum.

20 Vlcerebus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones.

B Si proprio vtamur vocabulo, calidum mordax est: sensus autē similitudine, & frigida aqua vocatur mordax: non cum in cutem simpliciter incidit, sed vlceratam. Nam, quod mordax futurum sit, eius, quod morderi debeat, substantiam oportet peruadere: quod in cute secundum naturam se habente, frigida aqua non potest efficere, quoniam densior est, quàm pro eius substantia, cutis. In vlceratis autem, vt quæ rariora sint, peruadere potest eorum substantiam, in profunda subintrans. Dicitur autem est plenius de natura mordacium, in libris de potentia simplicium medicinarum. Vlceratis igitur frigidum est mordax: non vlceratis autem non solum mordax non est, sed & cutem facit duriorē, eius densando substantiam. Et quidem dolorem efficit insuppurabilem, natiuum refrigerando calorem, qui vlcera ad suppurationem perducit, & ea diffilari prohibet, quæ dolorem efficiunt. Quæ autem sequuntur, prius etiā dicta sunt ab ipso, & liuores, & rigores febriles, & conuulsiones, & distentiones.

21 Est autem, vbi in distentione sine vlceratione, iuvene bene carnosus, æstate media, frigida aqua multa perfusio calorem reuocat. Calor autem hæc soluit.

Quæ raro iuuent frigidum ac calidum, post ea, quæ ante dixit, Hippocrates deinceps prosequitur: & primum quidem de frigido inquit, vt in distentione. (Liquet autem quod & in omnia conuulsione) in medio æstatis tempore, cum bene carnosus fuerit æger ac iuuenis, frigida aqua perfusio calorem reuocat, passionē sanat. Vnde & manifestum fit, quod non sua vi frigida aqua morbum tunc sanat: sed ex accidenti, quoniam iuuenibus bene carnosus reuocationem caloris facit. In alia enim ætate nil proderit, quoniam neq; reuocationē efficit: quando neq; in hac, vilo anni tempore, præterquam ætate media. Nam aqua frigida occurfus aut vincit natiuum calorem, aut colligit, vincit quidem cum debilis fuerit: colligit autem cum fortis, ipsum continens ac diffilari prohibens. Excipit autem eas, quæ sunt cū vlcere, conuulsiones, vt quæ nunquam ab aqua frigida sanari queant, neq; si æger iuuenis, & natura calidus fuerit, & æstiuo anni tempore, ac regione calida: quoniam (vt & ipse antea dixit) vlcerebus frigidum mordax dolorem insuppurabilem facit. His igitur, qui in vlceratione conuelluntur ob neruorum corporum inflammationem, contrarium vehementer est frigidum, vt quod neque vlcus iuuet, neq; corporum neruorum dissoluat inflammationem.

22 Calidum suppuratorium, non in omni vlcere magnum ad securitatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, conuulsiones, & distentiones mitigat: et ex ijs, quæ ad caput attinent, eius soluit grauitatem: plurimum autem confert ossium fracturis, sed nudis præcipue, eorumq; maxime, qui in capite vlcera habent, et quæcunq; à frigore moriuntur, vel vlcerantur, & herpetibus excedentibus, sedi, pudendis, vtero, vesicæ. His calidum, amicum & iudicans: frigidum, inimicum & perimens.

Sicuti frigidum conuulsiones & distentiones facere natura aptū, tamen sanat aliquando, quæquam raro, distentionem: sic & calidum, quantum ex sui natura, ad suppurandum efficax, est aliquando prohibens suppurationem. siquidem vlcera putrida, & simpliciter omnia, quæ fluxiones habent, adeo non suppurat calidum, vt his etiam plurimum noceat: atque hæc ambo in vnum coniunguntur, nocere vlcerebus, & minime suppurare: sicuti contra, prodesse, ac suppurare. Maximum etenim est vlceri signum ad securitatem, & pus, & medicamen, quod habet id faciendi facultatem. Nihil enim male potest aduenire vlceri pus generanti. Quæ igitur conuulsionem afferunt, non suppurantur omnino. Similiter autem & quæcunq; vlcera sunt putredini obnoxia, & quæ partes circumstantes exelas habent: atque hæc difficulter ad cicatricem perducuntur vniuersa & minime suppurantur: & quæcunq; ex malis vlcerebus proprijs nominibus insigniuntur, veluti quæ cæcrosa, chironia, telephia, & phagedenica, id est carnem comedentia nominantur, omnia & ipsa nō suppurantur. Maximum igitur signum vlceri ad securitatem, est pus: & hoc potes consicere

nota de u...

conijcere ex calidi vsu. In quibus enim non congruit, videbis hæc à calido insuppurabilia perdu-
rare. Deinceps autem calidi opera, quæ frequenter apparent, enumerat. Etenim cutem indura-
tam mollit, & crassatam extenuat, & dolorem sedat, & conuulsiones ac distentiones mitigat: nec,
sicuti frigidum, dolorem, insuppurabilem efficit, quoniam est à natura nostra alienum, quæ est ca-
lor natiuus, quem coarctat, vbi mediocriter adhærescit. Calor vero extrinsecus facit hæc omnia,
quæ dicta sunt, non nullasq; concoquendo, & ad melius alterando: quædã discutiendo, & euacuando
noxia, ad sanitatem perducit, q; si non ex toto sanet, saltem dolores mitigat. In capitis vero di-
spolitionibus & hæc eadem facit, et eas, quas *καρνηρασιαις*, id est capitis grauitates, nominant, sanat,
concoquens atq; dissoluens, quæcunq; molestant. Et quidem fracturis ossium vtilissimum est, &
magis nudis, hoc est carne exutis: adhuc autem magis ijs, quæ in capite fiunt, nam talia frigidum
maxime offendit: vt quod non ossibus tantum, sed ipsi quoq; cerebro sit inimicum. Iam vero &
quæcunq; partes ex algore emoriuntur, ijs calidum remedio est: sic, quæ frigidum exulcerat, sicuti
hiberno tẽpore calcanea, & digitos, & omnino extrema, horum quoq; remedium est calidum.
Sanat etiam herpetas exedentes, quamuis ab humore bilioso calidoq; fiant. nam propter exulce-
rationem frigidum est ipsis inimicũ, vt quod eis mordax existat. Sic & omnibus, quæ sunt in se-
de dispositionibus, amicum quidem est calidum, contrarium vero frigidum, quoniam sedes est ner-
uosa: frigidum vero neruis est inimicum: & quoniam per communicationem frigiditas facile ex
sede ad ventrem ascendit, & eodem modo caliditas. Sic & vtero & vesicæ calidum quidem, ami-
cum & iudicans: inimicum vero & occidens, frigidum. nam & hæc pariter neruosa sunt, & supra-
iacentibus partibus facile tradunt frigiditatem. Quod autem omnibus, quæ in aphorismo dicun-
tur, communiter subiecit, his calidum esse amicum & iudicans, frigidum vero inimicum & occi-
dens, liquet, etiam si à me non dicatur.

*In his frigido vtendum, vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa vnde influit, & quæcunq;
inflammationes vel inflammata ad vubriũ & subcruentum sanguine recenti tendunt, nam veteribus nigredinem
affert. Erysipelas etiam non vlcera iuuat, nam exulceratum lædit.*

Eas, quas facit frigidum, vtilitates, ac mala hoc transigit aphorismo. Primum, in quibus sanguis
fluit, aut fluxurus est, in quibus conferre ipsum, non ipsis partibus manantibus sanguine admo-
tum, (veteribus enim frigidum mordax) sed circumstantibus, & illis præcipue, vnde aliquid ad vl-
cera profuit. Et quidem ait omnes iuuare inflammationes, quas ipse sic nominat inflammata (græ-
ce *επιφλογισμωτα*) hoc est veluti ab aliqua succensa flamma, propter humorum, à quibus fiunt, cali-
ditatem. Nam & hæc frigido gaudent. Videntur autem hæc omnia intuenti, colore rubra & sub-
cruenta, recenti scilicet, & non antiquo suffusa sanguine. Nam sanguis antiquus floridum nõ ha-
bet colorem. Quare frigido admoto liuere, & nigras fieri contingit partes patientes. Eodẽ modo
& erysipelas non exulceratum iuuatur à frigido, sicuti vlcera mordax est frigidum, & dolorem
affert: & hac ratione nocet, cum partes dolentes semper ad seipsas moueant fluxiones,

Frigida, qualis nix & glacies, pectori inimica, tussis mouent, & sanguinem, & destillationes.

Hactenus de aqua calida & frigida sermonem habuit, nunc autem de niue & glacie differit, il-
lud ostendens, q; tanto magis hæc nocere possunt, quanto sunt aqua frigida frigidiores, & q; thora-
cis partibus sunt inimicissimæ, cum & tussis moueant, & vasis plerunq; diruptis sanguinem ma-
nare faciant, & ex capite destillationibus thoracem offendat atq; pulmonem: nam has quoq; nix
facit & glacies, cerebrum refrigerantes.

*Tumores articulorum atq; dolores absq; vlcere, & podagricos quoq; atq; conuulsa, horum plurima, frigida aqua
large effusa leuat, & extenuat soluitq; dolorem, nam modicus torpor dolorem soluit.*

Quod quidem aqua frigida horum plurima iuuat, ostendit. Sed, quænam hæc sint, dicere præ-
termisit: tanq; ex illis, quæ antea dixit, non sit admodum difficile inuenire. Quæcunq; enim inflā-
mationes, vel inflammata ad rubrum & subcruentum recenti sanguine tendunt, à frigida aut aqua
sanari, quæ influxum scilicet cohibet, & hac ratione corpora euacuat: quapropter & dolorem in
talibus soluit, quia eius causam abscindit: refrigeratio etiam partium largior, affert torporem me-
diocrem, qui & ipse dolorem soluit sensum hebetando.

Aqua, quæ cito calefit, & cito refrigeratur, leuissima est.

Non pondere talem esse leuissimam dicendum est. Sic enim nihil magnum edoceret, præter
id, quod per quandam circuitum illud inuenit, quod facile erat statim inuenire. Nam, si pondere
leuiorem aquam dignoscere quærit: promptum ipsi fuit ad proprium eorum, quæ ponderantur,
iudicium rem deducere, eiusq; per lancem ac pondus inquisitionem facere. Sed nunc leuiorem
dixit aquam, quæ ventrem non grauat, & quæ cito permeat: sicuti isti contrariam, grauem voca-
mus, quæ cito non permeat. Liqueat autem, quod non solum hoc iudicium existit virtutis aquæ,
sed quod cum alia in propatulo sint, & omnibus nota, hoc vero aliquid habeat artificiosum: sic ad
id prodendum

A id prodendum scriptis Hippocrates venerit. Sed quænam sunt alia: Primum quidem, si neq; tur-
bida, neq; cœnosa: deinde si neq; in gustu, neq; in odoratu aliquam absurdam qualitatem præ fe-
ret: tum & illud, quod nunc Hippocrates dixit, si cito refrigeratur & calefit. nã perspicuũ existit,
talem esse bene alterabilem. Sicuti autem cibi virtus est esse bene alterabilem, ita & aquæ: si qui-
dem facile transmutari volumus, quicquid concoqui debeat ab instrumentis, quibus est coctionis
munus à natura demandatum. Quicunq; vero sola potantium dispositione, optimam aquam iu-
dicant: certissimo quidem vtuntur iudicio: verum, si hoc tantum assumpserint, non recte faciunt.
Prius enim oportet de aqua ex dictis signis iudicare, antequam ad talem veniant experientiam.

27 *Qui noctu bibere appetunt, ijs admodum sitientibus, si superdormierint, bonum.*

Neq; si dandus, neq; si minime dandus sit potus ijs, qui noctu admodum sitiunt, quicquã ostē-
dit, sed hoc tantum, quod superdormire confert. Coquitur enim per somnum, vt liquet, & subde-
scendit id, quod efficit sitim. Non tamen illud est in obscuro, quod valde sitientibus potus est dā-
dus, siue ex potatione vini meracioris, siue ex defectu potus sitis aduenerit. Nam & defectui exhi-
bendo succurrere: & illam, quæ facta est ex vino, caliditatem aqua restinguere, theorema est me-
dicinale. Si tamen modice sitierint, non omnino eis dandus est potus, sed abstinendũ, siue ex defe-
ctu humidi tale qd patiatur, siue ex nimia vini potatione. cōtingit enim & hos ex somno iuuari.

28 *Suffitus aromatum, muliebria ducit: sapius vero & ad alia vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem.*

Muliebria dicit, vt liquet, ea, quæ ex vtero mulieribus euacuatur in mensuris purgationibus,
& à partu. Clarum etiam illud est, q; & hoc in loco, illas, quæ vel propter vteri inflammationē, vel
euerfionem, aut talem aliam causam non purgantur, non aliter recte curabimus, q; eam curantes
passionem, cuius est casus suppressio menstruorum. Illas vero, quæ sine hac passione parcius pur-
gantur, ijs, qui nunc ab ipso docentur, suffitibus curat. In his enim vel sanguinis crassitudo causa
est retentionis, vel obstructio vasorum, quæ pertingunt ad vterum, vel eorundem obseratio, to-
tius ve ipsorum substantiæ densatio. Quodcunq; vero dictorum in causa fuerit, ex aromatibus suffi-
tus sanat dispositionem, qui vi sua aperit vasorum fines obseratos, extenuatq; humorum crassitu-
dinem, & obstructiones incidendo remouet. Multoties vero & ad alia, inquit, vtilis esset, nisi capi-
tis faceret grauitatem. Nam totum corpus poterat continue suffiri per vterum in omnibus frigi-
dis atq; humidis dispositionibus, nisi timeremus illam, quæ fit ex suffitu, capitis grauitatem, præ-
sertim in febribus. Quod vero omnia ferè aromata natura apta sint facere capitis grauitatem: &
experientia ostendit, & ratio docet. Quæcunq; enim satis calefaciunt, omnia capitis grauitatem
causant: vt ipse sui natura calido superiora petente. Calida autem est sufficienter omnium aromatu
natura, præcipueq; Cassiæ, Costi, Cinnamomi, & Amomi.

29 *Grauidas purgare turgente materia à quarto mense vsq; ad septimum, minus vero has. Recentiores autem &
seniores vereri oportet.*

Hic aphorismus dictus est & antea, vbi de purgatione sermo habebatur. Sed & hic, vbi de mu-
liebribus agitur, in quampluribus exemplaribus inuenitur. Quidam vero eximunt ipsum, ne bis
scriptus inueniatur. Noua autem expositione non indiget præter illam, quam retro scripsimus.

30 *Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, letale est.*

Non absq; ratione. Si enim sit febrilis morbus, necesse est ipsum febres habere continuas, Ta-
lis enim est morbus acutus: et in hoc duplex est periculum: Vnum quidem propter febrem ipsam
foetum occidentem: alterum vero, quod ex longo interuallo cibum dantes, ex alimenti defectu
foetum destruemus. Si vero, vt hunc seruemus, non verebimur crebro cibum exhibere, febres cō-
tinuas victu intempestiuo augentes, matrem occidemus. Sic & si absque febre aliquis alius
morbus acutus fiat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus, quem Græci apoplexian vocat,
conuulsio, distentio: propter magnitudinem morbi & acutiem impossibile est laborantem
euadere.

31 *Mulier vtero gerens, sanguine misso ex vena, abortit, & magis, si foetus sit maior.*

Ex defectu alimenti foetus destruitur, non modo misso sanguine ex vena, sed etiam ex longio-
ri inedia. Ostendemus autem hoc ipsum paulo post & per alios aphorismos. Non absq; ratione
aut & maior foetus magis destruit misso sanguine ex vena mulieris, quia plurimo indiget alimẽto.

32 *Mulier sanguinem euolenti, mensuris erumpentibus solutio.*

Non absq; ratione: Erit enim retractio simul atq; euacuatio sanguinis ad superiora tendentis.
Hoc quidem igitur & experientia comprobatur vtiliter fieri: nos vero ab ipsa excitati, opera, quæ be-
ne à natura geruntur, imitabimur: et mulieres hac passione laborantes, misso sanguine è vena, va-
cuabimus.

Menstruis deficientibus, sanguis ex naribus fluens, bonum.

E 33

Quod quidem sit necessarium eum, qui singulis mensibus bene euacuatur, sanguinem, quoniam ob aliam quam dispositionem fuerit retentus, mulierem laedere, & quod per aliam partem euacuatus, omnem corporis tollet lesionem, vnicuique est manifestum. Cum vero multa sint loca, per quae potest euacuari, omnibus alijs aut maius, aut minus inest detrimentum: sola, quae fit per nares, euacuatio innoxia est, quam nunc laudat Hippocrates. Non tamen, si aliqua etiam alia euacuatio sine noxa est, propterea aphorismus est falsus. Neque enim quod sola per nares euacuatio deficientibus mensibus bona sit, dixit: sed hanc simpliciter laudauit, non adiuncto, quod sola. Siquis igitur eam, quae fit per sedem, dixerit ita affectis mulieribus vtilem esse, non aduerfatur aphorismo. Vt enim aliqui Hippocrates per vnum exemplum de similibus omnibus pronuntiare.

Mulier in utero gerenti si aluus plurimum profluat, periculum est ne abortiat.

34

Ratione euacuationis & nunc Hippocrates inquit periculum abortus esse, quemadmodum & antea in missione sanguinis e vena, ostendebamus.

Mulier, quae vterinis molestatur, aut difficulter parit: superueniens sternutatio, bonum.

F 35

Vnum in aphorismo verbum habet obscuritatem vterinis (graece hysteris). Nonnulli enim per id accipiunt omnes, quae vtero adueniunt dispositiones: nonnulli vero illas tantum, in quibus passio contingit, quam vocant vterinam strangulationem, quae tamen non est vere strangulatio, sed apncea, id est ablatio anhelitus, alij secundas (graece choria) intelligunt. nam & has vteros nominant. Verum hi aperte aberrant, quauis maxime verum dicere videantur: quod secundae contentae in vtero, ex sternutatione dirumpuntur. Alius enim de his aphorismus est ab ipso prescriptus. Et plurimum refert, an vterum dixeris, an vterina. Falsum est etiam illud, de omnibus vteri passionibus dictum esse ab ipso sermonem. Neque enim, exulcerationes, neque inflammationes, neque erysipelata, sicuti neque abcessus, sternutatio iuuat. Verum autem hoc, quod in vterinis strangulationibus superueniente sternutatione, patiens aliquantulum leuatur, non solum quia bonum est signum sternutationis sponte adueniens ijs, quae ita se habent mulieribus, sed quoniam & causa, ut quae sit huius passionis remedium. Signum itaque bonum existit, quia naturam offendit, quae prius obstructa fuerat, excitari ac reuiuiscere, & propriarum meminisse motionum: quando aliquam eicit superfluitatem. Ostensum est enim in libro de causis accidentium, sternutationem hac ratione fieri. Causa autem, ob quam iuuat, est, quia vehemientiore concussu atque feruore partium quidem naturam excitat, partim vero excernit, quae partibus corporis firmiter infixae adhærebant. Sic enim & singultum sanare solet.

Mulier mensis decolores, nec per idem semper tempus venientes, purgationem indicant esse necessariam.

36

In multis exemplaribus scripturam ita se habentem possumus inuenire: Mulier mensis tardi, nec per idem semper tempus venientes. Possunt igitur & mensis tardi, hoc est, qui post consuetum veniunt circuitum, purgatione indigere humoris pituitosi, ob quem & decolores fiunt: non tamen egemus hac sola necessario. nam & per extenuantem aliquando victum tales dispositiones sanamus. Scriptum autem est a nobis de hoc extenuanti victu, libro vno seorsum. Sufficit insuper aromatum idem facit, & qui eadem isti vim habent, pessi adhibiti, epotaque medicamenta, quae incidunt, & humorum crassitudinem extenuant, quale est, quod calamentho fit, quo nos assidue vtimur, quodque saepius tardates mensium purgationes exciuit. Nam intentio sanationis in ipsis est, cum ora vasorum aperire, quae pertingunt ad vterum, tum sanguinem extenuare. Ac sane quidem purgatio totius corporis, ut dixi, quando crassi euacuantur humores, tales sanat dispositiones. Si vero decolores scriptum sit, multo magis purgatio sanabit ita se habentes mulieres. Neque enim propter humorem pituitosum tantummodo, sed & propter melancholicum & biliosum mensis fiunt decolores. Quomodo igitur dignoscere oporteat humorem superabundantem, ipse in primo de muliebribus docuit: nunc autem, quod per purgationem euacuandum sit, idem monstrauit. Verba autem illa, nec per idem semper tempus venientes, huic scripturae magis consonant: ut totus sermo sit talis: Si mensis decolores fiant, & non per idem tempus veniant, quo antea venire consueuerant, mulier purgatione indiget. Contingit enim in mulieribus, quae malos humores habent, non modo decolores apparere menstruas purgationes, sed etiam tempus periodi non seruari: siquidem crassiores fuerint humores, & difficilius fluentes ijs, qui secundum naturam se habent, morando, & longius tempus expectando: si autem contrarij, hoc est humidiores ac tenuiores, consuetum terminum anticipando.

Mulier vtero gerenti si mammae graciles repente fiant, abortit.

37

Hic pariter aphorismus ex illorum numero est, quos diximus defectum alimenti foetui significare. Coes enim quaedam venae sunt mammae ac vteris: quae, vbi parum habuerint sanguinis, graciles quaedam mammae reddunt, atrophia autem, id est alimentum cessatione non nunquam foetum perimunt, non nunquam et ad excretionem

A excretionem excitant, illam ob causam, quam ipse in libro de natura foetus, per haec verba explicat: Alimentum atque auctio a matre veniens, non amplius est infanti sufficiens, quando decem menses praeterierint, & foetus auctus fuerit. Trahit enim a sanguine ad se id, quod est dulcissimum: & simul etiam lactis parte aliqua fruitur. Vbi vero haec illi rariora fuerint, & iam infans molem corporis habet, plus cibi requirens, quod illud, quod adest: calcitrat, & membranas dirumpit. Liqueet igitur, quod ante decem menses foetus est indigens alimento, & calcitrans, ac membranas dirumpens initium partus matri affert.

38 *Mulier vtero gerenti si altera mamma gracilis fiat geminos haberi, alterum abortit: & si quidem mamma dextra gracilis fiat, marem: si vero sinistra, foeminam.*

Quod supra scriptus aphorismus de ambabus mammae dicebat, hoc in altera iste dicit. propter illam vero, quam diximus de venis communibus causam, is, qui est directio est mammae factae gracilioris, foetus abortum patitur. Quod autem existentibus geminis, altero mare, altero foemina, si dextra quidem mamma gracilis fiat, solus mas: si vero sinistra, foemina sola corrumpatur: ex illa ipsius pendet opinione, quia mares quidem in dextris, foeminas vero in sinistris magis concipi opinatur.

39 B *Si mulier, quae neque grauida est, neque peperit, lac habet: huic menstrua defecerunt.*

Ratio quidem longior existit: & oportet illum, qui eam exquisite affe qui debeat, exercitatum esse in libris de potentijs naturalibus. Tantum tamen de his nunc a nobis dicitur, quantum breuissime dictum possit ad praesentia conferre. Hoc quidem commune est omnibus animalis partibus, quae aptae sunt humores aliquos viles generare, aut ad usum aliarum partium, aut ad generis propagationem, aut ad conceptum nutritionem, esse humorem illum quandam veluti superfluitatem partis ipsam generantis. Non enim, quia norit, ad quod utilis erit humor animalis, ipse facit pars generationem, nisi debeat tale habere intellectum, qualem habere ciuitatum gubernatores arbitramur oportere, sed animalis quidem opifex illum habet intellectum, ipsa autem pars (ut ostensum est) potentijs regitur naturalibus, cum alijs quibusdam, tum alteratiua, per quam assimilatur alimentum sibi ipsi. Quantum igitur alimentum ab ipsa alterati fuerit nutrito corpori exquisite assimilatum, illi apponitur parti, ac nutrit ea. & hoc est, quod ipse ait: Alimentum est, quod alit, & quod est veluti alimentum, & quod debet alere: superfluum vero, quod superest, similis autem naturae partis humor existit, in ossibus quidem id, quod in cauernis eorum continetur, in hepate vero sanguis: ex hoc genere est & spumeus humor, qui in carne pulmonis continetur, & qui in articularum copagibus glutinosus humor, & id, quod in testibus, & in vocatis parastatis, semen, & qui in lingua, cui nomen salua. Sunt autem & quaedam in mammae adenes, vim habentes id, quod ad eos influat, sibi ipsis assimilandi. Cum ergo hi sint exangues & albi, proprium efficiunt humorem, tale, quale est lac, eiusque maiorem copiam, quo plus alimentum defertur ad ipsos. Plus vero defertur octauo & nono mense conceptionis, quoniam abundanter oppletae sunt communes venae mammae & vteris, sicuti in animalium pregnantium dissectionibus manifeste conspicitur. Fit autem & tale quandoque, licet raro, cum mulier grauida non est, quoniam ad similem peruenierint venae repletionem ex menstruum retentione: cuius nunc dispositionis Hippocrates meminit.

40 *Quibuscumque mulieribus ad mammae sanguis colligitur, furorem significat.*

Quod quidem sanguis ad mammae feratur, deinde ab adenibus, qui ibi sunt, in lac transmutetur, in praecedenti scriptum est aphorismo: Nunc autem, quoniam intransmutabilis mater hic, qui ad eos sanguis peruenit, furorem ait Hippocrates significari. Ego quidem nondum hoc accidisse vidi: & si quando eueniat, ex ijs est, quae raro eueniunt. Hippocrates vero, ut qui viderit, scribit. & si verum sit, talem ipsius oportet causam existimare. Adenum natura, illorum praesertim, qui in mammae sunt, dexanguis est, & proculdubio frigida: omne enim exanguie frigidum. Atque ideo sanguinem, qui defertur ad ipsos, ad frigidius commutat. Quato enim adenes hi sunt hepatis carne frigidiores, tanto lac sanguine. Cum igitur multus aliquis sanguis & feruens per totum labitur corpus, & caput praecipue petit: in furorem vertuntur, quoniam sanguis talis occupat caput. Qui vero ad mammae defertur: ad contrariam naturam alterari non poterit ita, ut lac fiat, tum propter feruorem, tum propter exuperantiam.

41 *Si velis noscere, an conceperit mulier: cum dormitura est, ei aquam mulsam potanda daret, si alui tormina patitur, concepit: si minus, non concepit.*

Tormina fiunt quidem propter mordacitatem, fiunt etiam propter spiritum flatuosum, qui facile non habet exitum. quae tormina fieri nunc est arbitrandum in mulieribus, quae conceperunt, propter eam, quae fit ex vtero, angustationem. Dat autem aquam mulsam mulieri dormituro, crudam videlicet: quoniam qualitas flatuosa (si noscere volumus) est necessaria: volens & quiescere simul, & plenam esse cibis mulierem. haec enim ambo conferent ad torminum generationem.

42 *Mulier, si marem concepit, bene colorata est: si vero foeminam, male colorata.*

Vt ad seipsam muliere collata videlicet, non autem ad alteram, dictum est ab Hippocrate indicium.

Extra ord.

Ff

cium

Et cum, quod ex bono colore ac malo sumitur. Nam, quæ scēminam concepit, minus seipsa colorata apparet: quoniam frigidior est scēmina mare. Nuncq̄ vero talem concepisset, nisi & viri semen & vterus mulieris frigidior eo tempore fuisset, in quo concepit. Quare, quod dicitur, ex eorum numero est, quæ sæpius eueniunt. Contingit enim ita omnia recte agere mulierem post tempus conceptionis, vt bene colorata fiat. Liqueat autem, quod & alia signa sunt, quæ significant mare esse conceptum: sicuti ipsius conceptus plurimæ ac validæ motiones: quæ tamen neq; ipsæ, signa perpetua sunt. Contingit enim aliquando, licet sit rarum, quod concepta scēmina sit mare robustior, & multis ac validis motibus moueatur: contingit etiam, vt aliquando mas sit debilior scēminæ, ac paucioribus debilioribusq; motibus cieatur.

Si mulieris grauida in vtero sit erysipelas, letale.

43

Nunquid solum erysipelas in vtero mulieris grauidæ constitutum, putat esse letale, an illam etiam, quæ proprio nomine dicitur phlegmone, hoc est inflammatio? Quod enim factio in vtero erysipelate, scetus moriatur ex necessitate, manifestum est, quando quidem & febres acutæ aliquando sine erysipelate ipsum interficiunt. An vero vtero inflammationem patiente, possit aliquando scetus viuere: dignum est inquisitione.

F

Quæcumq; præter naturam tenues existentes, vtero gerunt, abortiunt prius, quam crassescant.

44

Secundum tres modos intellexerunt expositores libri huius, præsentis aphorismi sciam. Quidam enim, omnino arbitrantur ipsas abortire: quidam vero, si non crassescant & reficiantur, sed maneant absq; refectioe, ac tenues: quidam vero, cum reficiunt, tunc maxime eas existimant abortire: quod minus vtiq; prius dicta, verisimile. Verum tamen ita exposuit Numesianus, dictum inquit in aphorismum in his, quæ præter naturam extenuatæ sunt, & quas prius refici oporteat: sed, cum concipere anticipet, eas non posse refici aut absq; sanguis ad conceptus alimentum deputatus, ad eius, quæ concepit, nutritionem assumatur: quare non absq; ratione scetus sufficienti indigens alimento, corrumpitur. Sed & verba illa, Præter naturam tenues, quidam ita acceperunt, sicuti Numesianus, vt præter sui ipsius naturam grauida mulier sit extenuata. Quidam vero magnum excessum dicunt significari, volente Hippocrate nobis insinuare, non q̄ mediocriter extenuatæ id ex necessitate patiantur, sed quæ valde sunt extenuatæ. Vtraq; autem expositio non caret ratione.

Quæcumq; mediocriter corpora habentes abortiunt secundo, aut tertio mense sine occasione manifesta, ijs acetabula vteri plena mucoris sunt, & non possunt ex pondere scetum continere, sed dirumpuntur.

G 45

Sine manifesta occasione aut, febre vehemēte, vel alui fluxu, vel profluuiio sanguinis, vel erysipelate in ipso vtero constituto, vel saltu grauidæ mulieris vehementiore, vel clamore, vel tristitia, vel ira, vel timore, vel victu parciore, vel alio tali aliquo actu seu passione. Est enim verisimile in his esse plena mucore ora vaforum venientium ad vterum, ex quibus secundæ pendent: quæ ora, acetabula nominauit, non (sicuti quidam arbitrantur) adnatas ipsis carnes adenosas. Nam, vt ipse inquit in primo libro de passionibus muliebribus, Si acetabula plena fuerint pituita, mēstrua fiunt pauciora: & Praxagoras in primo de naturalibus, Acetabula, inquit, sunt ora venarum & arteriarum, quæ feruntur ad vterum.

”

”

”

Quæcumq; præter naturam crassæ, non concipiunt vtero: ijs omentum os vteri comprimit, & prius, quam extenuatæ fuerint, non concipiunt.

46

Verba præter naturam dupliciter etiam hoc loco accipiunt. quidam enim, excessum significari arbitrantur: quidam præter ipsius mulieris grauidæ naturam. Verior est aut prior acceptio: nam ab omenti pinguedine comprimitur, atq; angustatur vteri os ijs, quæ supra modum crassæ sunt. appellat autem nunc os, illud, quod intus est, vbi vterus quidem desinit, collum vero incipit: quod magis proprie os vteri diceretur. Nam altera colli extremitas, quæ muliebri pudendo coniungit, non vteri, sed ipsius colli os haud sine ratione vocaretur.

Si vterus in coxam vergens suppuratur, necesse est linamentum fieri.

47

Cui necessarium est fieri per linea fila curationem, linamentum nominauit. Quod autem vterus suppuratus, et præsertim ad exteriora, (nam hoc nunc videtur dicere) curatione tali ex necessitate indigebit, non est obscurum.

* 2440707. i. linamentarii.

Scetus, mares quidem in dextris, scēminæ vero in sinistris magis.

48

Quod propter temperaturam, quæ statim ab initio calidior existit, scetus masculus generatur, in cōmentarijs de semine, est demonstratum. Calidior vero temperatura scetibus aduenit non minime ob locū, q̄ est dextra vteri pars: hæc aut calidior statim existit propter hepatis viciniam. conferet autem aliquid ad conceptus caliditatem & muliebri semen profusum quidem ex proprijs testiculis per vtrumq; corniculum, partim in dextrum vteri sinum, partim in sinistrum, dissimile tamē: vt & hoc

Avt & hoc ipsum ostendimus. Si igitur ferocius est atq; frigidius, quod in sinistro testiculo continetur semen: etiam iuxta hoc conceptus in læua parte vteri constitutus, non absq; ratione fuerit frigidior. Dictum autē est de oibus talibus sufficienter etiam in quinto libro sectionis Hippocratis.

49 *Vt secunda procidant, sternutatorio imposito, nares apprehendito & os.*

Non cum accentu circūflexo vltimam syllabam *ὄσπερ*, legere oportet, vt significet vterum, sed cum graui *ὄσπερ*, vt secundæ intelligantur. Neq; enim vult vteros ipsos excidere, tentione facta cum medicinis sternutare facientibus, sed ea, quæ choria vocantur atq; secundæ.

50 *Mulieri si velis menstrua cohibere, cucurbitulam quam maximam ad mammam appone.*

Sicuti menstruorum, quæ aut parce, aut nullo modo fluunt, curationem Hippocrates docuit: ita & nunc illorum, quæ vltra modū euacuantur, docet, iubens nos cucurbitulam quam maximam mammis apponere. Melius est aut non māmīs ipsis cucurbitulam adigere, sed inferius sub ipsis eam affigere, potissimū, vbi sunt venæ, quæ ad ipsas defubter veniūt. Sanèq; non nullis his verbis aphorismum scribūt, Cucurbitulā quā maximā sub māmīs pone. Vult autē q̄ maximā esse cucurbitulā, vt fortiorē faciat ex vtero ad superiora reuulsionē, p̄ cōmunes id venas artificiose molitus.

51 *Quæ vtero gerunt, ijs vteri os comprimitur.*

Maximum hoc est mulieris, quæ cōcepit, indicium, si obstetrix potuerit immisso digito os vteri tangere. Statim enim cum semen intra seipsas acceperint, totum sui interius spatium contrahūt, & os claudunt. Videtur autem & propter durum tumorem & inflammationem os vteri cōprimi. Distinguiturq; ab eo, qui in grauidis, ex duritie vteri.

52 *Mulieri vtero gerenti si lac multum è māmīs effluat, scetū imbecillum significat: si vero māmæ solidae fuerint, scetum significat sanioerem.*

Illo videlicet tempore fluit lac, quibus visum fuerit fluere, quādo natura fert, vt in grauidis generetur. Neq; enim in primis generatur mensibus. Quod autem omnino fluat, & non maneat intus, hoc ideo fit, quia plurimum ex eo colligitur. Plurimum vero colligitur oppletis venis cōmunitibus, quæ à mammis pertingunt ad vteros. Sed adhuc magis implentur, quando minimum cōceptus assumit. Hoc vero ipsum fit ob eiusdem conceptus imbecillitatem. Liqueat igitur, q̄ neque mammæ tenues oportet apparere, sicuti in muliere non grauida: (hoc enim signum defectū sanguinis ostendit, & hac ratione scetus in ipsis corrumpitur) neq; adeo plenas, vt lac effluat, sed tantum subleuari, vt solidæ tangentibus videantur. Media enim est hæc consistentia inter renitētes propter nimiam repletionem, & molles ac laxas propter defectum sanguinis. Quare merito laudat hoc signum Hippocrates, vt quod indicio sit neq; scetum esse imbecillum, neque deficere ipsi alimentum.

53 *Quæ corrupturæ sunt scetus, ijs māmæ extenuantur: si vero rursus durae fiant, dolor aut mammæ, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corrumpent.*

Prius dixerat, Mulieri vtero gerenti si māmæ repente extenuentur, abortit. Dixerat etiam, Et, si altera māmā extenuetur geminos habenti, alterius scetus abortum secuturum: Nunc vero ordinem consecutionis commutauit, & non à signis, sed à mulieribus scetum corruptentibus fecit initium, ipsis præcedere inquit inueniens māmæ tenues. Non est autem omnino idem, si dicatur ad māmæ tenues sequi corruptionem, & futuræ corruptioni māmæ tenues præcedere. Qui enim ait ad mammarum extenuationem sequi corruptionem: hic istud solum ostendit esse signum futuræ corruptionis. Qui vero dicit ijs, quæ debent corrumpere scetus, māmæ extenuari: non hoc solum videtur ostendere signum præcedere scetus corruptioni. Quare diligentius inquirendum est, & obseruandum in ijs, quæ apparent in mulieribus grauidis, nunquid aliter scetum corrumpant nec ne, sed semper præcedat māmæ extenuatio. An saltantibus, vel magnopere vociferantibus, vel ira excandescētib; vel nimio repente pauore correptis, contingit quidē interdū māmæ non præcedere extenuationē: Contingit autē & in quibusdā, vt propter magnitudinē febris, aut factū in vtero erysipelas, vel mucorem acetabulorum, aut aliquid aliud tale, scetus corrumpatur absq; māmæ extenuatione. Ceterum videtur Hippocrates existimare hanc semper præcedere: & mihi sæpius obseruanti visæ sunt in supradictis occasionibus ante corruptionē māmæ fuisse extenuatæ. Nunquid igitur, qm̄ citra aliquam huiuscemodi causam māmæ extenuant, defectū sanguinis esse in venis vtero mammisq; cōmunitibus, in causa existimare debemus: vnde propter nutritionis cessationē scetus corrumpitur. In alijs vero causis, in quibus aut propter passionem interiç, aut dirupitur scetus, cum ipsum mēbrana cōtinentes diuelluntur, natura os vteri adaperiēte, & dolores excitante, ob has ipsas causas sanguinē ad genitales deferri partes: Hæc enim est quædā ratio cōmunis, in quibus natura aliqd violenter excernit, vt eo sanguis ac spiritus tendat: q̄bus duobus veluti instrumentis natura vtens, ea, quæ infestāt, per vim expellit. Atq; hac ratione

Extra ord.

Ff ij tione

tionem dolentibus partibus inflammationes adveniunt, natura excernere atque expellere causam E doloris properante: ut vero hoc faciat, sanguine ac spiritu locum implente. Hæc itaque a me dicta sint in primam partem aphorismi. Secunda vero, quæ sequitur (in qua contrariæ mamarum meminuit dispositionis) talis est: Si vero rursus mammae duræ fiant. Cum vero dictio/rursus/(græce *καὶ ἄνω*) duo significet in huiusmodi locutionibus, alterum quidem, quod antedictæ coniungitur dispositioni, alterum vero, quod per alia verba dici consuevit vice versa: mihi verius, & magis Hippocratis sententiæ coherere videtur secundum significatum: ut, quod in toto dicitur aphorismo, sit tale: Mammæ quidem tenues omnino præcedunt foetuum corruptionem: et non possunt isti corrumpi sine earum extenuatione præcedente. Duræ, corruptionem quidem non significant, sed dolor quidam dictarum partium ad ipsas consequitur: ut, sicuti mammae tenues, defectus sanguinis significationem habent: sic duræ, multitudinis: differetes ab illis, quas paulo ante dixerat solidas, in quibus rursus reponente natura ad quasdam partes materiam inutilem, illæ dolent, sed foetus nullam habet offensionem. Quæstio autem occurrit hoc loco, ob quæ causam ad corpus vteri natura nunquam materiam reponit inutilem, & non facit inflammationem: vel cur inflammato vtero, foetus non corrumpitur. An, quod ab Hippocrate dicitur, aliud est: Neque enim nunquam ad mamas duras corruptio foetuum sequatur, putandum est fuisse ab Hippocrate dictum, sed quod non semper, quemadmodum in tenuibus: verum, si ad alterum locum natura reponat superfluitates, (quod ex dolore cognoscimus) corruptio non sequitur. Et fiet rursus, si ita intelligamus, sermo talis: In mulieribus, quæ foetum corrupturæ sunt, semper mammae extenuatæ præcedunt: duræ autem ac plenæ, non semper. Omnino enim in his ad alteram partem materiam inutilem natura reponit. Si vero ad vteros ipsam expellat, fient & tunc omnino tenues. Nam secundum Hippocratis (ut apparet) sententiæ, etiam si propter aliud quicquam, & non ob defectum alimenti abortus fiat, omnino præcedet mamarum gracilitas, ob causam antedictam, quare, etiam si ob acetabulorum humiditatem conceptus effluet, tunc etiam ipsum natura expellente ad excretionem, motio sanguinis erit ad vteros, & hac ratione mammae fient graciles magis, quam prius erant.

Quibus os vteri durum est, ijs vteri os comprimi est necessarium.

54

Dicitur est & antea, quod os vteri comprimi, commune est signum & tumoris alicuius in eo præter naturam existentis, & conceptionis in muliere, & quod oportet id ex duritie distinguere. Grauidis enim molle est, & secundum naturam: Durum autem, in quibus est tumor præter naturam, siue sit inflammatio, siue tumor durus. Melius itaque fuerat hunc aphorismum post illum scribere, in quo dicebatur, Quæcumque vtero gerunt, ijs os vteri compressum est.

Quæcumque vtero gerentes a febris corripuntur, & fortiter calesunt sine occasione manifesta, difficulter parvum, & cum periculo: aut abortum facientes periclitantur.

55

Accidit quibusdam grauidis, in quibus vitiosi humores prius, quam conceperint, sunt acervati, non nunquam a febris vehementibus corripitur, adeo ut ex necessitate abortiant: non nunquam vero a mediocribus quidem, sed cum non purgentur sufficienter, aliquid superest reliquiarum humorum in corpore vitiosorum, ex quibus febres erant institutæ, utpote non potentibus medicis mulieri grauidæ aliquod validum auxilium adhibere, aut exquisita victus ratione in ipsis viti. Ob hanc igitur causam febris in ipsis frequenter reuertitur, & maxima temporis parte grauiter se habent. Non sine ratione igitur foetus aliquando nequit obistere, sed a febris & vitio humorum corrumpitur: non nunquam vero perdurat quidem usque ad tempus partus, sed, cum et ipse valetudinarius sit, ut qui longo tempore laborauerit, & matrem habeat imbecillum, non sine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporum vigore est opus, & grauidæ mulieris, & infantis.

H

In fluxu muliebri si conuulsio & animi defectus aduenit, malum.

56

Non statim fluxu constituto hæc fiunt, sicuti nec aliorum vllum, quæcumque in sequenti sermone quibusdam alijs ait aduenire, sed cum vel vehementior fuerit, vel diu perdurauerit. Defectus quidem animi, communis omnis immodicæ euacuationis est casus: conuulsio vero, etsi non communis existat, ad plurimas tamen ex ipsis consequitur, & magis, si pars, quæ patitur, neruosa fuerit.

Si menstrua plura fiant, accidunt morbi: & si non fiant, ex vtero morbi contingunt.

57

Quibusdam medicis visum est ex multitudine quidem multos fieri morbos, ex defectu autem nullum. Verum Hippocrates arbitratur etiam ob defectum fieri aliquando morbos, non solum in mulieribus, sed etiam in viris. Siquidem ad defectum consequitur aliquando siccitas, aliquando frigiditas, aliquando vtrunque. Ostensum autem est, quod intemperaturæ, quæcumque tantam habent magnitudinem, ut possint iam lædere operationem, sunt ex morborum genere. Verum, quantum ad hoc, neque falsum, neque obsecratur est quicquam ab Hippocrate dictum. Quatenus autem, in pluribus quidem mensuris simpliciter dixit fieri morbos, neque ex vtero / adiecit in defectum autem eorum

A eorum istud adiunxit, dignum est inquisitione, nunquid in vtriusque affectibus dictis, communiter / ex vtero / subintulerit, an tamen hoc proprium sit defectus menstruorum. Hoc autem scire exquisitè, est impossibile, nisi omnes nouerimus causas, ob quas vel plura, quam opus sit, vel pauciora veniant menstrua. Possibile est igitur immodicas fieri menstruorum euacuationes, si ora vasorum, quæ pertinent ad vterum, ultra modum aperiantur: & si sanguis vel calidior, vel tenuior fiat: & si totum corpus propter malum habitum aliquem aggrauetur sanguine, quem, licet modum naturæ conuenientem non excedat, expellit ad venas, quæ in vtero sunt, ut in rheumaticis dispositionibus accidit ex vna parte ad aliam. Eadem vero menstrua possunt fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterum menstruam purgationem, comprimuntur: vel obstruuntur ob crassitatem sanguinis, siue frigiditatem & robur ipsorum, quæ in vtero sunt, vasorum, adeo ut, quod influit, non admittant. Quodcumque autem horum fuerit, necesse est processu temporis & ipsum vterum pati aut similem inflammationi dispositionem, aut erysipelati, aut duro tumori, aut cancro: quibus denuo totum compatitur corpus. In immodicis vero euacuationibus nulla talis accidit vteris passio, adeo ut per compatiendi rationem totum corpus vna labore. quare fit verisimilius in sola retentione menstruorum dixisse Hippocratem morbos contingere ex vtero.

Recto intestino aut vtero inflammationem patiente, vrinæ stillicidium superuenit: & renibus purulentis vrinæ aduenit stillicidium, hepatis autem inflammationem patienti singultus aduenit.

Quando aliquis parum, & frequenter mingit: hæc passio, vrinæ stillicidium nominatur, & fit aliquando ex imbecillitate potentie retentivæ in vesica, non nunquam vero ex acritudine vrinæ. imbecillitas ergo fit propter intemperaturam, & aliquem tumorem præter naturam: acritudo autem vel propter renium passionem, vel quia talis ad ipsos venit ex venis superfluitas serosa percolata. Recte itaque Hippocrates inquit vrinæ stillicidium recto intestino, & vtero inflammationem patiente, & renibus suppuratis aduenire. In recto quidem intestino & vtero, per compatiendi rationem vesicae patiente: in renibus autem purulentis, pure per vesicam euacuato. Hoc igitur sui acritudine mordens vesicam, excitat ad excretionem: In vteri autem vel recti intestini inflammatione, vicinitatis ratione pati vesicam est necessarium, ut quæ & intemperaturam participet et inflammationem, & præterea prematur atque angustetur a tumoribus præter naturam, qui in illis existunt. Dicitur autem est a me etiam prius, quod non simpliciter alterius passio alteri superuenire apta est, sed ijs, quæ magnitudinem habent effatu dignam. Sic igitur & hepatis inflammationem patienti singultus superuenit propter neruorum communicationem, non quidem semper, sed quando ad maximam attollitur inflammationem.

Si mulier non concipit, scire autem velis, si conceptura sit, pannis circumiectam desubter suffias: & si odor videatur per corpus ire ad nares, & os, scito, quod ipsa non ex se ipsa sterilis est.

Verbum / suffias / materiam indicat, quæ naturam habet, ut suffiri possit, thus videlicet, & myrrham, & styracem, & quæcumque alia talia, quæ calidam habent temperaturam, & sunt satis odorata. Vult enim in totum corpus ferri vim, quæ ab ipsis manat, ut, cum & os & nares attigerit, a muliere manifeste sentiat. In ijs igitur solis totum non peruadet corpus qualitas suffitorum, quibus durum est ac densum vteri corpus, cum vero sit tale, non est aptum ad conceptionem: sicuti et paulo post ipse inquiet: Quæcumque frigidus habent vteros & densos, non concipiunt. Quod autem in fine aphorismi scribitur / Scito, quod ipsa non ex se ipsa sterilis est / indicat eius rei usum. Sepius enim, ut pmaneat genus alicuius sacerdotis, vel regis, student ciuitates, ut prolem habeant, mares, seu foeminas, in quibus vel solis genus consistat, atque ita, vbi mulieres non concipiunt, quæritur, vtrius causa hoc accidat, ut factio diuortio mulieres concipiant. & hanc Plato in Theæteto innuit esse bonarum pronubarum artem. Totus autem sermo dicitur paulo post, quando omnes exposuerimus, qui ad ipsum pertinent, aphorismos.

Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impossibile est foetum esse sanum.

Et verbum / purgationes / numero plurali dictum, & ipsi verbum / eant / adiunctum, ostendunt non esse paucum illum, qui excernitur sanguis, neque semel, sed sæpius, & multum. Qui enim semel aut bis paucus excernitur, in multis apparet absque hoc, quod foetus quippiam patiat. Cum vero nihil deficit multitudini purgationis menstruorum, & seruat deinceps terminum circuituum per menses, impossibile est foetum esse sanum. siquidem ille, qui fortis est, ad sui alimentum abutitur sanguine, qui ex toto corpore ad vteros fertur. Excretio vero, quæ in grauidis fit, videtur ex venis, quæ in collo sunt, apparere. Nam ab interioribus, quæ sunt in cauitate vteri, secundæ pendent, quare nihil per illas potest in muliebrem sinum excerni.

Si mulieri cesset purgatio, neque horror neque febris superueniat, et fastidia incidat: indica ipsam in vtero habere

In ijs, quæ recte purgantur, mulieribus, & quibus repente sine causa manifesta supprimuntur purgationes, sermonem fecit Hippocrates, docens nos ea, quæ plurimæ mulieres ipsa experient. Extra ord. Ff iij tia

ta didicerunt. Cum enim fastidium patiuntur menstruis suppressis, tunc se concepisse conijciunt. Fit autem fastidium eadem, qua pica, ratione, laeso ore ventriculi in mulieribus grauidis. Interdum autem contingit & propter vitiosos humores totum corpus occupantes, tale aliquid accidere, verum hoc cum horrore & febre patiuntur, & his distinguuntur a grauidis.

Quaecunq; frigidos & spissos vteros habent, non concipiunt. Et, quaecunq; praehumidos vteros habent, non concipiunt. Extinguitur enim in eis genitura: Et quaecunq; siccos magis & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quaecunq; vero ex virisq; mediocrem habent temperaturam, ea fecunda sunt.

Si mihi liceret omnibus aphorismis ordinem congruentem apponere, non effem veritus paulo antea dictum aphorismum in hunc locum transferre: ut finito sermone de purgationibus, ille, qui de ipsis esset vteris, deinceps scriberetur, docente ipso, quot modis mulieres steriles fiant. Primus igitur in ipsis erit aphorismus, in quo dixit, Si mulier non concepit, scire autem velis, si conceptura sit, pannis circumtectam defubter suffias. Secundus autem iste, qui nunc est nobis propositus: cuius summa est, quod bene temperati vteri ad conceptionem sunt idonei: male autem temperati, si parum a bonitate recedunt, difficulter concipiunt: si nimium, mulieres steriles reddunt, ita ut simul etiam detur intelligi, unde viri sint steriles. sed hoc multos latet. Qui vero ea, quae dicta sunt, diligentius considerat: primum quidem sciet, quam ob causam & quidam viri omnino steriles sunt: Secundo loco, post hoc de viris quidem ac mulieribus bonam habentibus temperaturam, quae semper generabunt, etiam si cum malam habentibus coeant. De habentibus autem malam temperaturam, quae cum solis contrariam temperaturam habentibus coeantes, gignent. Prius autem dicitur de mulieribus sterilibus, quarum vterus statim ab initio est male temperatus, exuperante scilicet vel vna primarum qualitatum, vel duabus: quemadmodum in commentariis de temperaturis determinauimus, ostendentes octo esse numero omnes intemperaturas, simplices quidem quatuor, quarum & nunc Hippocrates meminit, compositas autem alias quatuor, his simplicibus inuicem complicatis. Vbi igitur immodica frigiditas exuperat adeo, ut vterus spissior efficiatur, angustia quidem sunt summopere in ipsis ora vasorum, quae ad ipsum pertinent: mulieres vero steriles redduntur, cum secunda non possint vasorum officijs adnasci, neque, si hoc fiat aliquando, sit bene nutriti conceptus: vel, nullo modo fiunt in hisce mulieribus purgationes, vel omnino paucae, & haec ipsae vitiosae, solo tenuiore atque aquosiore sanguine perlabente. Sed & haec quoque ora facile obstruuntur cum propter naturam angustiam, tum quia magna ex parte haec mulieres humorum aggregant pituitosum, liquidum & corpus totum ut plurimum est vteris simile. Contingit autem & maris semen in talibus vteris refrigerari, nisi sit natura calidissima. De prima itaque frigida temperatura Hippocrates fecit mentionem, in quibus / Quaecunq; frigidos & spissos vteros habent, Non per Iouem volens simul coniungere in ipsis cum frigiditate densitatem, veluti si siccitatem aut humiditatem addidisset. Harum enim neutra semper, consequitur frigiditatem: & propterea ipsi modo vna, modo altera adiungitur. Densitas vero ex necessitate valde frigidos vteros comitatur, ob quam non possunt concipere, ut diximus. Quare ita sermonem totum huius aphorismi accipiemus. Quaecunq; frigidos vteros habent, non concipiunt, propter substantiam ipsorum spissitudinem. Cur vero spissitudo aduerfetur conceptioni, dicere praetermisit, ut nobis potentibus intelligere. Et quaecunq; vteros nimis humidos habent, non concipiunt, extinguitur enim genitura, quemadmodum in terra palustris cerealia semina. Et quaecunq; siccos siue adurentes habent vteros, propter defectum alimenti non concipiunt. Nam in siccis vteris tale quiddam accidit, quale, vbi aut arenae, aut argillosae terrae, aut petrosae mandantur semina. In habentibus autem immodicam caliditatem, quale, vbi valde calidae terrae semina committuntur, quemadmodum in aestibus sub Cane contingit. Sic itaque quatuor qualitatum Hippocrates meminit, singulorum seorsum facultatem exponens: ut, si quae inuicem misceantur, manifesta sit earum commistio. Post haec autem inquit, Quaecunq; vero ex virisq; modice temperate sunt, fecunditatem habent. Ex quibus autem vtriusq; non profecto ex qualitibus, (sunt enim quatuor) sed, quae sunt secundum ipsas, oppositionibus. Sicuti enim dictum est in libris de temperaturis, vna quidem est bona temperatura, mixtis modice inuicem calido ac frigido, altera vero humido ac sicco, & fieri potest, ut sit aliquis vterus secundum vnam quidem oppositionem bene temperatus, secundum alteram vero, male. Sed, ne mulier concipiat, potest vel altera efficere intemperatura. Mulierem vero esse fecundam, sine ambabus bonis temperaturis est impossibile. Hippocrates itaque sicuti totum sermonem anteriorem de mulieribus scripsit, sic & nunc dictum de ipsis, quas habent vteri, temperaturis descripsit, nec tamen addidit de viris sermonem, vel quia promptum nobis sit ex ipsis, quae dicta sunt, easdem intemperaturas ad semen transferre, vel quia distulit in posterum, sed postea oblitus est. Quidam tamen alterum deinceps aphorismum de maribus ascribere, cuius initium est, Similiter & in maribus. Sed probatissimi aphorismorum expositores aiunt ipsum ab Hippocratis mente & elocutionis modo manifeste deficere. Ac proculdubio ad proportionem illorum, quae de mulieribus Hippocrates scripsit, licet nobis ad viros transeuntibus dicere, quod vel propter temperaturam frigiditatem non bene semen concoquitur: atque ideo, si mediocris sit intemperatura in ipso, indiget vtero calido

A calido sufficienter: Sin immodica sit, est omnino infœcundum, vel propter humiditatem rursus non concoquitur: & hoc etiam indiget, si modica sit intemperatura, vtero calidiori ac sicciori: sin immodica, infœcundum est. Eodem modo & propter excedentem calorem semen fit tosto simile. Ob siccitatem vero, vbi primum excidit, neque extendi potest: quod maxime est necessarium, si mulier debeat concipere. Ostensum est enim in libris de semine, nisi per vteri cauitatem parte plurima semen extēdatur, mulierem non concipere. His igitur veluti quibusdam elementis a nobis affructis, deinceps dicamus id, quod paulo ante dicere distulimus, quod etiam a Platone in Theaeteto proponitur. Inquit enim hoc esse maximum opus obstetricum, scire coniungere inuicem corpora apta ad conceptionem, quod nunc in sermone dictum est: & simul posse discernere, qui viri sint infœcundi, et quae mulieres steriles. Nam immodica intemperatura, horum sunt causae: Modica vero si sint, & contrarijs coniungantur, tunc concipient mulieres: si vero similibus, non concipient. Neque enim fieri potest, ut frigidius semen in vtero frigidior sit fertile, quemadmodum neque siccus in sicciore: idem & de duobus alijs sentiendum: sed indiget semen quidem frigidius, vtero tanto calidior, quando deficit ab optima temperatura: & humidius sicciore: eodem modo & in alijs. Cognitio autem omnium immodicarum vteri intemperaturarum est, quam paulo ante dixit Hippocrates in suffitu, qui per aromata fit. Frigiditas enim spissitudinis ratione non permittit vscq; ad os & nares ferri aromatum exhalationem: eodem modo & siccitas. Humiditas vero sicuti ab ipso dicta est extingueret genituram, sic et aromatum qualitatem. Reliqua est vehemens caliditas, quae ea ratione, qua vincit aromatum facultatem, alterat atque corrumpit: ac propterea non permittit ipsam seruantem suae naturae sinceritatem, ad os & nares ferri. De hisce etiam naturis suffitus aromatum sufficientem cognitionem praestabit: qui si eam praestare non sufficiet, ex alijs indicijs nobis erit talis natura inuestiganda, hoc ipsum primum cognoscētibus, quod rara admodum est huiusmodi temperatura in mulieribus. siquidem foemina est mare natura frigidior. Unde ob hoc ea, quam facit Hippocrates, ex aromatum suffitu dignotio, in sterilibus mulieribus vtilissima est, vel quia omnis immodica intemperatura isti subijcitur, vel quia rarissime vna ipsam subterfugit in mulieribus illis, quae tenues apparent, nigrae, & hirtae: ita ut ex his signis percipiatur earum immodica intemperatura sine suffitu aromatum.

B Similiter autem & in maribus. Aut enim propter corporis raritatem spiritus extra fertur, ut semen non transmittatur ad os: vel propter spissitudinem humor non exit foras: vel propter frigiditatem non coalescit ita, ut ad hunc colligatur locum: vel propter caliditatem hoc idem accidit.

C Qui hunc interposuit aphorismum: neque proprias voces intellexit. Nam, cum profiteretur eundem in viris sermonem se facturum, sicut Hippocrates in mulieribus scripserat, non fecit hoc. Cum enim ille de quatuor intemperaturis fecisset mentionem, oportuit hunc etiam quatuor in maribus, ut nos fecimus, in medium adducere: verum non sic iste, sed primum quidem corporis raritatem statim damnat, quae in mulieribus fuit praetermissa. deinde nec eius sermo, si ipse seorsum diligentius examinetur, verus deprehendetur. Conspiciuntur siquidem viri non pauci, qui, licet corpus rarum habeant, semen tamen habent fecundissimum. neque id mirum. Raritas siquidem corporis in calidioribus vna atque humidioribus provenit temperaturis, quae potissimum plurimo semine & fecundissimo abundant. Nam & materiam habent, ex qua semen generatur copiosum, & vim, a qua concoquitur. Eiaculatur autem semen vasorum seminalium intentione compressum, non spiritus occurfu propulsus. siquidem substantia spiritalis cum humore miscetur seminis, quae & ipsa indiget experimentibus, sicut & humor: qui tantum siccum superexcedit, quanto & celerius foras eicitur, & ad longius spatium fertur. Haec igitur sunt ab eo ignorata, qui aphorismum adiecit, & praeterea cum ait humorem propter spissitudinem non exire foras. Si enim alium humorem a semine dicit, sermo delirus est. Si vero ait semen propter corporis totius spissitudinem non exire foras, ignorat omnino, quae sit structura instrumentorum, quae seminaria vocantur. melius enim fuerat ipsorum causari angustiam. Sed &, quod deinceps est dictum, vscq; ad aliquid verum, non habet id, quod sequitur, intelligibile. Nam, quod propter temperaturam frigiditatem semen non concalescat, ac propterea sit infœcundum, verum existit: quod autem colligi nequeat ad locum hunc, superfluo adiectum est, praeter id, quod neque locus ab ipso explicatur, sed a nobis intelligendus relinquatur: & tamen id verbum/hunc/ad ea, quae prius dicta sunt, habet relationem. Sed haec quidem parua sunt: Qui vero circa finem error, est magnus, cum dicat propter ipsius caliditatem hoc idem euenire. nam manifeste ad illud, quod antea dictum est, sermo iste refertur. Dictum autem antea fuit, quod propter frigiditatem non adeo concalescat, ut ad hunc locum colligatur. Quare propter calorem oportet intelligere non concalescere, neque colligi in vasis seminarijs semen. Hoc autem est aperte absurdum. Nam torreretur aut assari, aut tale aliquid semen pati propter calorem, rationem habet: non concalescere autem, est omnino perabsurdum.

D Lac dare caput dolentibus malum: malum vero & febricitantibus, & quibus hypochondria suspensa murmurant, & siticulosi: malum autem, & quibus in febris acris biliosa sunt deiectiones, & quibus sanguinis multi Extra ord. Ff iij deiectione

deiectione facta est. Conuenit autem & tabidis dare, qui non valde multum febricitant: & in febribus longis, & paruis, si nullum ex supra dictis signis affuerit, & prater rationem consumptis.

Quod lac facile alteretur, & quod duplicem habeat alterationem: quoniam pluri quidem adhæret calori, statim in nidorem abiens: quoniam autem paucio, cito ascensit: tibi licet perdiscere, partim statim, cum ex māmīs excidit, ad ignem elixanti: partim ipsum facere per seipsum permittenti. Nam & elixatum in nidore abit, & sibi dimissum omnino acescit, cito, vel tarde. Sic autem & in sanis, si non bene concoquatur, in quibusdam acescit, in quibusdam autem in nidorem abit, in vetriculo quidem frigidiore prorsus acescit, in calidore vero in nidorem abit. Lac vero bene concoctur, nutrit, & bonos facit humores: & dum concoquitur, pariter attollit hypochondria, ac caput petit. Hos effectus & passiones in sanis etiam videbis. Verum, quæ ægrotis accidunt, percurrit Hippocrates: quæ semper quidem experiri volentibus manifestantur: & possunt etiam ante experientiam cognosci. Vbi enim in ijs, qui integra sanitate fruuntur, videmus lac capiti dolorem afferre, & hypochondria inflare: non est admirabile colligere, quod ijs, qui iam caput dolent, vel suspensa habent hypochondria, sit inimicissimum. Recte autem dixit hypochondria suspensa, licet dicere potuerit inflata & flatuosa. Neque enim hæc sola potest lac offendere, sed & alia omnia, quæ sunt quouis modo suspensa, propter aliquam flatulentiæ, qualis est inflammatio, vel erysipelas, vel tumor prædurus vel lassus, passionem. Adhuc autem magis, si abscessus nondum sit in hypochondrio disruptus, est, in his etiam lac inutile. Hæc itaque omnia vno verbo significat Hippocrates, inquiens, hypochondria suspensa. Nocere autem ait & murmurantibus lac, quæ alia sunt ab inflatis & distentis, flatuosa siquidem ac ventosa & hæc sunt. Maior itaque offensio distentis hypochondrijs obuenit, minor vero murmurantibus: sed tamē his quoque lac est inutile, acescit, non in ipsis. Serum tamen lactis sale & melle condientes, plurimis talibus exhibuimus, qui & iuuati sunt eorum alio subducta. Sicut in quibusdam, quoque malum inquit lac esse, euaporat, non in ipsis, siue natura siticulosi sint, siue ex aliqua occasione litis aduenerit. Et biliosa deiectionibus, in quibus etiam dicerem ipse lac in nidore abire: non minus, quoniam in ijs, qui talia euomunt. Nam in vniuersum didicimus quod celerrime ab omnibus causis calidis lac ad nidorosum alterari. Rationabiliter itaque & ijs, qui acute febricitant, nocet. mihi quod videtur sermo melius in hunc modum se habere: Malum autem, & quibus biliosæ deiectiones, & acutis febribus. Neque enim ambobus simul iunctis tantummodo noxium est lac, sed seorsum in utroque. His igitur passionibus lac plurimum aduersatur. Vtile autem est ijs, quæ sequuntur, de quibus est ab Hippocrate scriptum in hunc modum: Conuenit autem tabidis non valde febricitantibus dare. Nam primum de tabidis facit mentionem. Intelligendum autem est ipsum ita nominare illos, qui tabem ex vlcere pulmonis patiuntur. Nam alios, qui alia ex causa sunt extenuati, ipse deinceps nominat in verbis illis, quorum initium est, Et in febribus paruis. Comune autem in omnibus, qui lacte indigent, quod cibum bonum generans succum, et qui cito per venas distribuatur, illis est necessarius. Neque mirandum est, si lac dicimus bonum succum generare, etiam si aliquid habeat flatuosum. Nam in vniuersum, bonum succum generare dicimus, quæcumque post coctionem ad bonum humorem mutantur, hoc est ad sanguinem, hic enim humor est nobis amicus. Cur autem, cum dixisset, Conuenit autem tabidis, adiecit, Non valde multum febricitantibus, mihi videtur dignum inuestigatione non parua, nam sufficiebat etiam sine valde dicere. Nunquid igitur & multum febricitantibus lac exhibet: solis autem ijs, qui valde multum febricitant, haudquaquam exhibet: an ab aliquo adiectum fuit verbum, valde sicut & pleræque alia: Hæc itaque quispiam per otium inquirat. Sciat autem hoc nunc à nobis discens, multum febricitantibus lac dandum non esse. Miror autem, quo modo in illis, in quibus lac dari iubet, ascripsit, Si nullum ex supradictis signis affuerit, cum sit à doctrina aphoristica alienum, id enim erat ex ijs, quæ prius dixerat, cognitum, etiam hoc non adiecto, quod dandum est tabidis, & prater rationem extenuatis lac, nisi caput doleat, aut hypochondria intumuerint, aut biliosæ sint deiectiones, aut tale aliquid aliud ipsis adsit. An non simpliciter, neque semper seruire breuitatem videtur Hippocrates, sed, in quibus magnum aliquod periculum imminet, si negligentius, quod ab ipso docetur, accipiatur, in his bis ter ve repetere eadem non veretur.

Quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelliuntur valde, neque insaniunt: verum his euanescentibus, de repente quibusdam à tergo conuulsiones & distentiones fiunt: quibusdam ante insaniam, vel dolor lateris acutus, vel suppurationis, vel difficultatis intestinorum, si tumores sint rubicundi.

Omnes prater naturam tumores Hippocrates œdemata, id est inflationes, nominat, sub quibus videlicet etiam inflammationes continentur. saneque hoc ipsum nomen inflammationis anti-qui omnes magis inflamminibus, etiam si sine vllo sunt tumore, adaptabant. Quod igitur dicitur, tale est: Quibus tumores vlceribus adueniunt, non admodum conuelliuntur, neque insaniunt. Hoc autem indicio est, quod non nulli quidem in ipsis conuelliuntur & insaniunt, sed raro hoc patiuntur, quoniam videlicet magnitudinem effatu dignam vel malignitatem aliquam assumpserint. Si vero tumores de repente euanescant, conuulsiones ac distentiones, quoniam in partibus posterioribus, hoc est in dorso, vlcera fuerint. Quæ vero deinceps dicuntur, si in partibus anterioribus fuerint, consequi dicit.

A dicit. Posteriora siquidem nervosa sunt, anteriora autem venosa atque arteriosa. Quando igitur ab vlceratis partibus humor, qui fecit tumorem, ad aliquam partem principalem se contulit: in partibus quidem nervosis posterioribus conuulsiones fiunt ac distentiones: (nam hæc sunt nervorum passiones) in anterioribus vero insaniam, si feratur ad caput: lateris autem dolor, si ad thoracem humor conuertatur. Sæpius vero & hi suppurantur, si humor non dissolutus fuerit. Difficultatem vero intestinorum fore inquit, si tumores rubri fuerint & repente discedant: illam dico intestinorum difficultatem, quam sanguineam nominant, quæ est sanguinis euacuatio per intestinum absque exulceratione. Quod igitur, si vel in dorso, vel in partibus anterioribus illi oppositis contigerit aliquando tumores de repente euanescere, in tales egri incidunt passiones, nos vidimus: non tamen ipse nobis Hippocrates manifestauit, an de his partibus solis loquatur, an simpliciter de omnibus, ita vt crura etiam & brachia hoc sermone comprehendantur. In tibia itaque non sunt in partibus anterioribus musculi in chordas validas desinentes. In coxa vero in partibus genu anterioribus maximam videmus chordam, ob quam per compatiendi rationem rationale est magis sequi conuulsionem, quam ob aliquem musculorum, qui sunt in partibus coxæ posterioribus. Sunt enim omnes carnosissimi. Quare verum non videretur id, quod vniuersaliter ab Hippocrate dicitur, B quod ex partibus tantum posterioribus accidunt conuulsiones. Videtur quidem magna ex parte id fieri, non in cruribus modo, sed etiam in brachijs, forte quoniam hæc partes omnes è directo sunt dorsalis medullæ. Nascuntur autem ab hac & membrorum extremorum, & spinalium musculorum nerui.

66 Si in vulneribus fortibus & prauis tumor non appareat, ingens malum.

Potest & vltimo aphorismi verbo, malum adiungi ingens: potest & priori parti coniungi. Fiet enim sermo talis: Vulneribus prauis existentibus, si tumor non appareat, ingens est malum. Vel talis: Vulneribus prauis existentibus, si tumor ingens non appareat, malum. Contingit autem & verbum, ingens, communiter dici, ac si ita dixisset: Si vulneribus prauis existentibus, tumor ingens non appareat, ingens est malum. Melior vero ex tribus sermonibus meo quidem iudicio hic est: Si vulneribus prauis existentibus, tumor non appareat, malum est ingens. Dicitur autem est & antea, quod tumor (græce œdema) ab ipso generaliter dicitur de omnibus tumoribus prater naturam. Vulnera autem praua dici existimandum est, quæ sunt in capitibus aut finibus musculorum, & maxime nervosorum. Nam in capitibus musculorum, musculis nerui inferuntur: ex finibus autem chordæ oriuntur. Sicuti igitur paulo prius damnabat omnes tumores de repente euanescentes, ita nunc illos, qui neque omnino adueniunt vulneribus prauis. Nam & in his suspicandum, ne humores ad vulnera defluentes, ad partes principales transmeent. Hoc in illis præsertim fieri vulneribus est existimandum, in quibus adest quidem dolor, & propter ipsum omnino aliquid influit, sed à medicis reprimitur valde infrigidantibus aut astringentibus medicamentis: nam, si dolor absit, neque fluxio mouetur. Maxime autem dolores patiuntur partes nervosæ, quæ per medicinas calefacientes atque exiccantes curari desiderant.

67 Molles boni: crudi vero mali.

Hic sermo pars est antecedentis, docente Hippocrate omnes tumores, quicumque molles sunt, bonos esse: contrarios vero prauos. Proprie igitur molli opponitur durum atque renitens: Hippocrates vero crudum ipsum nominauit. Neque enim fieri potest, vt sit tumor renitens bene concoquente membri natura humores ad ipsum confluentes.

68 Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta vena incisa prodest.

D Non solum studet Hippocrates, vbi sit opus, euacuare, sed cum auersione. Auersio autem ad contraria fit, secundum longitudinem quidem supra & infra: secundum latitudinem vero hinc & inde, hoc est à dextris & à sinistris: secundum altitudinem vero ante & retro. In doloribus itaque partis capitis posterioris, cum auersione nunc euacuatio ex fronte fiet: sicuti anterioris ex occipite. Sic itaque diurnæ oculorum fluxiones sæpius sanatae sunt, ex partibus secundum occiput sanguine misso, vna cum cucurbitulæ vsu.

69 Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput: sed & viris parte corporis posteriore magis, quam anteriore, veluti femorum, cubiti. Sed & cutis, rara: indicio autem est pilus.

Rigores omnes incipiunt quidem cum sensibili frigore: paratiores autem non solum ad suscipiendam, sed etiam sentiendam frigiditatem, sunt dorsii partes: quare non absque ratione hinc rigores inchoant: & hi citius fiunt mulieribus, quoniam foemina est natura frigidior atque imbecillior. Recurrit autem hinc rigor incipiens, ad principium nervorum, scilicet caput, celerrime facta per spinalem medullam compassione, quoniam & ipsa, natura frigida est, sicut & cerebrum, & propter substantiæ mollietatem, vt cerebrum, alterationem facile suscipit. Ex partibus autem anterioribus rigores non inchoant, quoniam calidorem habent, quæ partes posteriores, temperaturam huiusque

huiusque argumentum sumit ex cutis raritate: rursusque raritatis ex pilorum multitudine. Dicitur est enim autem a me de generatione pilorum sufficienter in commentariis de temperaturis.

A quartanis capti, non admodum a conuulsionibus capiuntur. Si vero prius capiuntur, & quartana superuenierit, liberantur. 70

Quæ quidem fit ex euacuatione conuulsio, acutissima est & perniciosissima: quæ vero ex repletionem partium nervosarum, qualis in morbo comitiali, neque acutissima, neque similiter periculosa. Meminit autem Hippocrates nunc non de tali conuulsione. nam verba/capti, & capiuntur/longitudinem temporis ostendunt. Hanc itaque conuulsionem quartana non solum prohibet fieri, verum, si præfuerit, soluit. Fit autem ab humoribus lentis ac pituitosis, qui partibus nervosis inserti sunt. Cum vero horum humorum duplex sanatio sit, excretio scilicet, & coctio: ambas habet quartana, excretionem quidem ex rigore: (hæc enim sola agitatio sufficiens est crassum excernere humorem) coctionem vero, caloris febrilis ratione, qui rigorem consequitur.

Quibus cutes circumduntur aridæ & sicca, sine sudore moriuntur: quibus vero laxæ & raræ, cum sudore moriuntur. 71

Moriuntur, qui quidem squallidas, duras & siccas habent cutes & extensas: sine sudore moriuntur: qui autem contrario modo, laxas videlicet & molles, & raras, cum sudore moriuntur. prioribus siquidem humiditas vel omnino deest, vel cuti: alijs vero & cuti inest.

Qui regio morbo laborant, non multum ventosi sunt. 72

Ventosos ab ipso nunc dici est existimandum illos, qui in ventre colligunt multitudinem venti flatuosi, qui vel per ructus vel flatus excernitur, vel remanet, & extendit, quæ ibi sunt. Fit autem hoc non nunquam quidem ob debilitatem, & imbecillitatem partium ad ventrem attinentium, non nunquam vero ex pituitoso & frigido humore. Hi itaque, qui propter pituitosum humorem ventosi sunt, contrarij sunt laborantibus regio morbo, qui ex bile accidunt. Quare hi nunquam ob humoris exuperantiam naturam ventosi fiunt. Contingit autem ipsos ob partium imbecillitatem fieri aliqui ventosos. Quare sermone adiecit non admodum perpetuitatem quidem negationi adimens, ostendens autem maiori ex parte, quod prius dixerat, fieri. Neque enim admodum inuenire contingit regio morbo laborantes, habere partium ad ventrem attinentium imbecillitatem.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIUS SEXTUS.



In longis læuitatibus intestinorum, si ructus acidus fiat, qui prius non erat, signum bonum.

Læuitas intestinorum (græce lænteria) est velox exitus eorum, quæ comeduntur atque bibuntur: quæ talia deijciuntur, qualia fuere deuorata. Siquis vero vellet breuiorem asserre definitionem diceret esse priuationem coctionis, cum neque quo ad consistentiam, neque quo ad colorem, vel odorem, vllamve omnino qualitatem, in ventriculo facta fuerit mutatio ciborum. Tale autem nomen hæc passio sortita est, existimantibus illis, qui prius talem ei indiderunt appellationem, fieri ipsam propter intrinsecam superficiem intestinorum læuitatem, ob quam cibos, qui continentur in eis, non amplius apprehendunt, ut, cum suam seruabant sibi à natura inditam asperitatem, retinebant. In pluribus itaque alijs, qui primi nomina rebus imposuere, quæuis sint collaudandi: non tamen eos in læuitate intestinorum accepto, cum ignorauerint, quod ipsius ventriculi proprium est cibos amplecti, ac se circumstringendo, certo tempore detinere, & rursus ad inferiora dimittere. Et, sicut in vesica fit vrinæ stillicidium, non expectate, ut illa colligatur, sed statim tanquam mordentem aut aggrauantem expellente: sic & in ventriculo veloces exitus. hi enim sunt communes omnium excretionum cause: quas si illi sciuisent, qui primi hanc passionem, læuitatem intestinorum nominarunt, talem de ea opinionem abiicissent, & vice eius, totius ventriculi atque intestinorum imbecillitatem in causa posuissent, ob quam hæc partes corporis grauata à cibis assumptis, ipsos confestim excernunt. Fieri vero potest etiam aliquando, ut à quorundam humorum mordacitate in superficie exulceratis fiat hæc passio, et si ipsa vis non multum patiatur: nam & tunc erit necessarium, ut permeantibus cibis, partes exulceratae dolorem sentiant, atque ideo deorsum illos propellant, & à seipsis quam citissime emittant: quo in omnibus partibus facto, velocitas exitus sublequetur, & nullum fiet initium coctionis. verum tali intestinorum læuitati cuiusdam morsus in erit sensus. In illa vero, quæ accidit propter ventriculi atque intestinorum imbecillitatem, absque villo doloris sensu fiunt deiectiones. Adest autem & hæc haud parua vtriusque differentia. Quæ enim fit ex humorum

A ex humorum acritudine in ventriculi atque intestinorum abrasa superficie, cessante humorum prauitate statim sanatur cibus ac potibus, qui vim adstringendi habent. Quod si longiori tempore perseveret, in alteram passionem, quæ dysenteria, id est difficultas intestinorum nominatur, transmutatur. Quæ autem potentia retentura sequitur imbecillitatem, omnino quidem fit ex in temperatura, sed vel ipsorum corporum, quæ iam habitum quandam non facile solui contraxerunt, est dispositio, vel propter humorem aliquem, qui in ventriculo atque intestinis continetur, euenit: ex quibus humoribus vnus est pituita. Vnde & acidus ructus, qui tali passione laborat, habent, quos Græci oxyregmias nominant, qui & sine aliqua pituita quandoque in ventriculo frigidiores fiunt: & in quibusdam læuitatibus intestinorum, quæ ex frigiditate ortum habent, vnâ fiunt, sed progressu temporis cessant. Nam ab initio paruo quodam tempore cibi in ventriculo retinentur, procedente autem atque aucta passione, neque hoc tempore retinentur. In quibus igitur paruo remanent tempore, fit quoddam veluti initium coctionis, & propter hoc non sortitur effectum. Nos vero didicimus frustrationes coctionis ex frigiditate prouenientes, ructus acidus facere. In quibus autem cibi nullum habent coctionis initium: neque vlla ab initio fit in qualitate mutatio: quare neque ructus acidi, nisi pituita, ac præsertim acida, in ventriculo abundet.

B Propterea Hippocrates non simpliciter dixit bonum esse signum acidus ructus in læuitatibus intestinorum, sed primum quidem in longis adiecit, quasi cum incipientibus, ut dictum est, sæpius vnâ eueniant: deinde, vbi prius non fuerint, inquit, Quæcunque enim à pituita ventriculum refrigerante fiunt læuitates intestinorum, semper cum ipsis sunt acidi ructus, ut casus quidam. Illis igitur, quæ neque incipiunt, neque ex pituita fiunt, non insunt acidi ructus. quod si aliquando fiant, significat tantum iam tempus cibum in ventriculo retineri, quod principium mutationis accipiunt, & naturam suorum operum reminisci. Hactenus mihi videor expositoris officium satis impleuisse. Siquis autem eorum, quæ dicta sunt, vult capita omnia scientificè comprehendere: in tractatu, qui de potentijs naturalibus inscriptus est, non pauca habet de ventriculi viribus demonstrationes: in causis autem accidentium, de omnibus, quæ velociter excernuntur. Quoniam vero Erasistratus in secundo de ventriculo mentitus est de medicis se ætate superioribus, turbauitque & confudit intestinorum læuitatis notionem: melius mihi visum est hæc etiam superaddere, ac primum ipsius Erasistrati verba subscribere, quæ ita se habent: De ea, quæ læuitas intestinorum nominatur, dicendum: quam priores medici in tres partes diuiserunt, in difficultatem intestinorum, in læuitatem intestinorum, & tensesmon, id est tentionem: quidam tamē in ijs, quæ excernuntur, differentias considerantes passionis, atque dicentes, Quando sanguinolenta atque mucosa exeunt, quæ à ventriculo fuere concocta, tunc difficultatem intestinorum nominabant: si vero exeuntia cruda, mista autem sanguinolentis atque mucosis, læuitatem intestinorum vocabant: cum vero biliosa mista cum sanguinolentis atque mucosis excernuntur, tentionem, passionem appellabant. Hæc igitur Erasistratus inquit, nescio qua ductus opinione, adijciens crudis excrementis mucosa ac sanguinolenta. Hoc enim nullus apposuit, neque eorum, qui eius ætate clauerunt medici, velut Philotimus, Herophilus, & Eudemus, neque eorum, qui post ipsum fuerunt vsque ad iuniores istos Archigenis sectatores, neque, quos ipse citat, priores medici, hoc est ipso Erasistrato seniores. Diocles siquidem in libro de curatione & causa passionis, scribit in hunc modum: Tertia fit magna ex parte ex difficultate intestinorum. vocatur autem læuitas intestinorum, ad quam sequitur deiectio humida ac spumosa, & cruda, & multa, & cita post cibum assumptum, ac potum. Praxagoras autem in secundo de affidentibus, inquit: Intestinorum læuitate laborantibus, quoniam lubricum est intestinum, ieiunum præsertim, necesse est cito ciborum fieri deiectiones. Post hæc deinceps, quod necessarium sit cito exeuntia, esse omnino cruda, Praxagoras scribit, maximam quidem passionis proprietatem in cita ponens deiectione: quod vero cibi omnino incocti permaneant, hoc vnum faciens ex ijs, quæ necessario consequuntur. Neque enim, quia omnino incocti permaneant cibi, ideo cito deijciuntur: sed, quia cito deijciuntur, idcirco nullam habent coctionem: atque ideo nos, & alij complures medici, citam ciborum nullam habentium coctionem, deiectionem, dicimus esse læuitatem intestinorum. Ad hunc modum & alij anti qui medici de ipsa sentire vident. Nā in libro de passionibus Hippocratis, siue eius sit is liber, siue Polybi eius discipuli, hæc de læuitate intestinorum scripta inueniuntur: Cibi deijciuntur imputridi, humidi, absque dolore, corpus autem extenuatur. Liqueo vero fuisse morem antiquum viris istis, vocare imputrida, quæ nos incocta nominamus. In libro autem de victu salubri, qui & ipse Hippocrati ascribitur, (licet, qui adulterinum censent, non nulli ad Aristonem, non nulli ad Philitionem, quidam ad Pherocydem referant) scribuntur hæc verba: Patiuntur non nulli talia, cibus eis deijcitur humidus, incoctus, non propter morbum, veluti læuitatem intestinorum, neque aliquem ipsis affert dolorem. Hi quidem omnes Erasistrato seniores. Sed, ut diximus, mille alij, qui omnes Erasistrati ætate & postea vigerunt, in eandem sententiam de intestinorum læuitate scripserunt. Quare nescio, qua causa ductus de præcis hominibus mentiat, illos inquitens arbitrari in læuitatibus intestinorum sanguinolenta atque mucosa cibus incoctis commiseri.

Quibus

Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur: quibus vero contraria, E 2 salubrius degunt.

In siccioribus secundum naturam temperaturis nulla omnino superfluitas manifesta neque sensibilibus per nares effluit ex cerebro, sicut neque per cutem sudor: sed illa, quae a medicis diffusio occultata nominatur, superflua extenuata in modum vaporis euacuat. Humidioribus vero naturis sensibiles sunt superfluitates & praesertim cerebri, quoniam est natura frigidius, eisdemque genitura, hoc est semen ipsum, ait esse humidior: sicut in siccioribus aquosa humiditate consumpta, crassius ac siccus est semen. Eos igitur, qui sunt humidiores, siue cerebro tantum, siue corpore vniuerso, non contingit salubrem vitam omnem experte noxae traducere, verum continuo destillationibus ex parua occasione capiunt. & si superfluitas eis ad inferiora per palatum descendat, partes subiectae offenduntur, fauces, guttur, aspera arteria, pulmo, gula, ventriculus. Tussis itaque in ipsis fieri, & difficiles anhelitus, & anginas, cruditatesque, & ventris profluua est necessarium, non nunquam vero & difficultates intestinorum, quoniam, quod destillat, salius quodam modo fuerit. Dixit autem & ipse de his in libro de aquis, aere, & locis, sicuti & in libris de morbis ac passionibus.

In longis difficultatibus intestinorum, cibi fastidia, malum, & cum febre peius.

Difficultates intestinorum fiunt quidem ex humoribus acerbis, sunt autem intestinorum exulcerationes primum quidem in superficie abrasorum, progressu autem temporis & profundiora habentium ulcera putrilaginis ut plurimum obnoxia: quo maxime tempore etiam ventriculus ipsis compatens ad concoquendum ineptus redditur: qua offensione magis ac magis ad superiora pueniente, cum & os ventriculi afficitur, cibum fastidiunt, hoc est non appetunt. Sunt etiam, qui & ab initio non nunquam cibum fastidiant propter ichoras fluentes ab hepate, a quibus diximus abradit intestina, praesertim cum haec amarum bilis naturam habuerint. Nam pars eorum superfluitans, ad os ventriculi effertur. In longis vero difficultatibus intestinorum cum hic casus euenerit, mortificatione quadam ipsi iam aduenisse ventriculo compatendi ratione significat, ex qua omnino interijt appetentia, opus ad vitam necessarium. Si vero vna cum inappetentia febris adueniat difficultati intestinorum, duorum alterum est, vel putredo aliqua circa ulcera, vel digna effatu inflammatio: atque ita, ut dictum est, toto iam compatiente ventriculo, aegri se habent exitaliter.

Ulcerata circum labra, maligna sunt.

Quando vel pilos videris defluentes a circumiacentibus vlceri locis, vel cutem squamulas esse summa parte dimittere: scito istos, qui ita se habent, prauos humores ad partem confluere, qui vlcerum erodunt. Neque enim, si radices quidem pilorum possunt corrumpere, loca vlcerata ad cicatricem puenire sinent.

Dolores, qui sunt in lateribus & pectoribus atque alijs partibus, an multum differant, perdiscendum.

Perdiscere oportet non modo locum dolentem, qualis nam sit, sed & magnitudinem doloris in eo, quanta sit. Hoc autem confert & ad loci patientis dignotionem, & ad praecognitionem eorum, quae circa aegrum futura sunt, & praeterea ad curationis inuentionem. Si ergo in latere magnus fuerit dolor, primum hic esse non potest, quin patiatur membrana, quae subcingens nominatur: secundo autem non est absque periculo: deinde & maior indiget curatione: si quidem ad clauiculam dolor pertingat, venae sectione: si vero ad hypochondrium, purgatione: quemadmodum ipse in libro de victu acutorum edocuit. In autem mediocris fuerit dolor, & praeterea non pungat, ut qui in membrana subcingente est, neque ad clauiculam aut hypochondrium pertingat: contingit ipsum carnositas costarum partibus patientibus fieri, atque ideo neque esse periculosum, neque magno auxilio indigere. Sic & in singulis alijs partibus doloris magnitudo est consideranda: velut si renum pars carnositas patiatur inflammationem, dolor est grauis: quemadmodum ipse inquit in Epidemias, ita illum nominans, qui veluti cuiusdam ponderis, loco incumbens, inuehit sensum. Alijs vero partibus, quae sunt in rene, patientibus: dolor sentitur acutus. Dico autem alias partes tunicam hunc obtegentem, & ventrem eius interiorem, & eas, quae ad hunc terminantur, arterias ac venas: ac praeterea exortus meatuum vrinariorum. Sic praeterea se habet res etiam in hepate. Nam eius parte carnositas inflammationem patiente, grauis fit dolor: tunica vero circumducta, vel valis, acutus. & ipsius doloris acuti quantitas maior aut minor, causae facientis affert indicium. humor siquidem biliosus & acris dolorem auget, sicut & spiritus flatuosus non habens exitum: exoluit autem pituitosus. Non solum autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat doloris indicium, sed etiam quantitatis. Augetur enim cuiuslibet causae efficientis opus, eius aucta substantia. Si igitur vniuscuiusque doloris volens a nobis magnitudinem considerari, hunc aphorismum scripsit Hippocrates: sufficienter ipsius usum exposuimus. Si vero non solum, quod ad magnitudinem, dolorum differentiam dicit fore considerandam, sed generalius adhuc quiddam, ac veluti vniuersaliter ostendit, consulens nobis omnes effatu dignas dolorum differentias inspicere; maiorem

Aforem adhuc ex eo fructum utilitatis percipimus. Fietque huiuscemodi sermo: Non simpliciter partium dolorem considerare oportet: neque arbitrandum eandem esse in omnibus dispositione: veluti si prius quidem Dion, postea vero Theon costam doluerit: non eodem modo utrunque se habere existimandum, sed discere oportet, nunquid multum inuicem in dolore differant, an quodammodo similes existant. Fit autem hoc ex duobus percipuum, & ex doloris specie, & ex vehementia. Ex specie, si pungenti similis vel tendenti, vel torporem inducenti, vel grauantii, vel stimulantii, vel erodenti, vel ferienti, vel continuus, vel cum intermissione, vel aequalis, vel inaequalis. Ex vehementia, quis sit maior aut minor, aduertendum: quae paulo antea, quo ad magnitudinem, differentia in doloribus dicebatur. Consueuere siquidem medici verbo abutentes, omne vehementius, maius nominare, quamuis non ad quantitatem, sed ad qualitatem id pertineat. febre enim, quae suam habet in caliditate substantiam, magnam vel paruam vel mediocrem omnes nominare non desunt. Quare non est mirandum, si & dolorem vehementiorem, maiorem appellent. Immo vero non est admiratione dignum, si, quae specie inuicem distant, magnam aiunt habere discrimen: veluti dolorem, qui ponderis cuiusdam similitudinem gerit, ab eo, qui videtur ferire, vel aliquid aliud pati ex istis, quae antea diximus.

Renum & vesicae vitia in senioribus difficulter sanantur.

In senibus vix (inquit) sanantur, hoc est multo negotio ac longo tempore, quoniam in renibus ac vesica sunt vitia, quoniam earum opus indefinens est, quiete autem opus est, siquid sanari debeat: & quia per ipsas euacuatur superfluitas acris, apta irritare, siue vlcerum, siue inflammatio, siue aliqua alia passio in ipsis consistit. Multo autem difficiliter sanantur in senilibus corporibus vesicae passiones, quoniam & omnes alij morbi, praecipueque longi. Tales enim & ipse superius dixit commori omnes.

Dolores & tumores ventris sublimes, leuiore: qui vero non sublimes, fortiores.

Sublimes nunc intelligendi sunt, non secundum longitudinem corporis, sed profunditatem. Interfingunt autem hi in locis ad ventrem attinentibus, interiore abdominis membrana, peritonaeo graece appellata, adeo ut, quicunque supra hanc fiunt, sublimes vocentur: qui vero infra, hoc est in ipsis intestinis atque ventriculo, non sublimes dicantur. Liqueat autem, quod tales recte dixit esse fortiores.

Aqua inter cutem laborantibus, vlcerata in corpore facta difficulter sanantur.

Docuit ipse in libro de vlceribus, non prius ad cicatricem reduci vlcerata, quam sufficienter excidentur: hoc autem non facile fieri in istis, quos aqua inter cutem male habet, ob humiditatis immoderantiam.

Latae pustulae non admodum pruriunt.

Sicuti tubercula omnia duplicem habent differentiam, quoniam quaedam tendunt in acumen, & altius petunt: quaedam ad maiorem extenduntur locum, non tamen in altum attollunt: sic & pustulae nonnullae sublimes, nonnullae latae sunt. Sublimiores autem pustulae atque tubercula a calidiori humore generantur, humiliores autem a frigidiori. Quare ob duplicem causam latae pustulae non admodum pruriunt. Diffiantur enim in latitudinem extensa, & facientem ipsas humorem minus acrem habent.

Caput dolens, et circumdolens, pus vel aqua vel sanguis effluens per nares aut os aut aures, morbum soluit.

Plura & alia sic ostensus est Hippocrates dicere: in quibus nisi quis animum aduerterit, videbit, quod ab ipso dicitur, solum ad curationem passionis proficere, aliud vero nihil. Verum ipse non hoc tantum dicit, sed simpliciter, quod pus vel aqua effluens per nares vel aures, morbum soluit. Quod si utique conuertens dixisset, quemadmodum ego nunc, sermo foret irreprehensibilis: Quoniam vel propter inflammationem, vel humorum crudorum multitudinem in capite acuatorum fieri dolorem contingit, tunc inflammatione suppurata, aut humore excreto, solutio fit morbi. Si vero propter spiritum flatuosum, aut sanguinis multitudinem, aut bilem mordacem, aut omnino ex intemperatura, dolor acciderit, per alia sanabitur.

Melancholicis & renum vitio laborantibus haemorrhoides superuenientes, bonum.

Non solum ratione euacuationis haemorrhoides sanant huiuscemodi passiones, sed & ipsa qualitate humoris euacuat. Haec etenim sanguinem crassum consueuerunt euacuare, humore plenum melancholico, tale habente in sanguine consistentia, qualis est in vinis sex: quare nihil mirum, si melancholiae & renum passionibus conferunt haemorrhoides, ut quae humoris feci simile euacuare natura aptae sint.

Ad diuturnis sanato haemorrhoidibus, si una non seruetur, periculum est aquam inter cutem vel tabem aduenire.

Haemorrhoides fieri impossibile absque hoc, quod propter multitudinem & crassitiam sanguinis ora quarundam venarum aperiantur, hepate ad ipsas reponente faeculentum sanguinem & melancholicum. Siquis igitur ei hoc intercludat iter, simul duritiam in hepate facit, simul multitudinem grauantem

grauans ac crassitie, calorem, in ipso natium extinguit, cum tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna superingesta suffocant ignem atque extinguunt. Si igitur a natuo calore generatur sanguis, perspicuus est, quod ipso extincto non generabitur amplius. Aqua vero inter cutem fit, cum sanguinis generatio frustratur. Quod si aliquando possit hepar propellere multitudinem ad venas pulmonis, hic vase aliquo rupto tabidi fiunt. Non frustra igitur consultit vnam saltem feruare hæmorrhoidem, ut per hanc euacuetur feculenta ac vitiosa materia hepatis, præsertim in quibus solita est tempore longo per tales venas excerni.

A singultu habitum sternutatio superueniens liberat.

Auctor est ipse, sicuti conuulsionem, ita & singultum, vel ex inanitione, vel plenitudine fieri. Quando igitur a plenitudine fit (maxima autem ex parte ita fit) violento opus est motu, ut veluti concusse ipsum efficientes humiditates diffentur atque euacuentur. hoc autem facit sternutatio. Eos vero, qui ex inanitione fiunt (qui sunt rariores) non sanat sternutatio. Quod vero ex plenitudine singultus iugiter fiat, indicant pueri crebro singultientes, cum sunt repleti. Algor autem & frigiditas omnis, eo quod omnia nervosa corpora efficiunt ad distandam difficulta, sunt causa, ut hæc repleantur, atque ideo in ipsis singultiant.

Ab aqua inter cutem habito, si aqua è venis in ventrem defluerit, soluitur morbus.

Vnum & hoc exemplum est earum, quæ sponte fiunt & vtiliter, euacuationum: Spontaneum autem dicimus, non, quod sine causa fit, sed quod nostra causa non fit. Quoniam enim data à nobis medicina aquam trahente, talis fiat euacuatio: non amplius hanc spontaneam nominamus.

A longo alui profluvio habito, spontaneus vomitus superueniens, morbum soluit.

Et hoc pariter exemplum est eorum, quæ recte fiunt à natura, quod medicum imitari oportet. Utilitas vero provenit retractionis ratione.

A morbo laterali vel pulmonia habito, alui profluvium adueniens, malum.

Cum partes aliqua patiuntur, non simpliciter alia compatitur natura apta, sed cum forti passione detinentur. Secundum hoc igitur, et hepate fortiter patiente, singultus superuenit, compatiente stomacho: tussis autem, & difficilis anhelitus compatitur istis, quæ respiratori obseruunt, instrumentis. Sic & his ipsis pessime affectis hepar compatitur. & hoc ipsum manifeste ostendit Hippocrates, cum non simpliciter dixerit, In morbo laterali vel pulmonia alui turbata esse malum signum, sed adiecit habitum: ac si dixisset detento atque vexato homini à talibus passionibus profluvium alui superueniens, malum esse signum. quoniam ita se habentibus profluvium alui solet aduenire, cum non bene possit amplius hepar ad se trahere alimentum, neque conuertere in sanguinem, & quoniam ventriculus alimentum corrumpat. In mediocri autem morbo laterali atque pulmonia profluvium alui superueniens potest interdum prodesse, ratione euacuationis, et magis, cum signa coctionis apparuerint inesse passionibus, neque adest timor, sed morbus est citra periculum. Communiter autem & in his & in omnibus alijs, quæcunque eodem modo dicuntur, illud meminisse oportet, quod ob nullum aliud extemporaneum & manifestum, casus superuenerit, veluti & nunc alui profluvium non ex cibo aut potu aliquo, sed morbi ratione contingat. Nam, si alia ex causa, & non vi morbi fiat, non potest eius more significare: siquidem oportet signum secundum aliquid ei, quod ab ipso ostenditur, connecti.

Lippientem alui profluvio corrumpi, bonum.

Non ut signum, hoc, lippientibus bonum ab eo dictum est, sed ut causa, quia humorum abundantia simul euacuatur, atque ad inferiora retrahitur. Est autem & hoc apud ipsum exemplum vnum eorum, quæ sponte, & vtiliter euacuatur, quod medicum imitari oportet, & proculdubio sic etiam omnes faciunt, in lippitudinibus aluum & clysteribus & purgationibus subducentes.

Vesica discissa, aut cerebro, aut corde, aut septo, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut ventriculo, aut iecore, letale est.

Hoc verbum letale Hippocrates sæpe in alijs libris, & in hoc etiam protulit de istis, qui ex necessitate sunt morituri, sæpe etiam de istis, qui magna ex parte. Quare nunc quoque manifestum non est, nunquid omnino securam mortem discissis his partibus velit ostendere, an in quibusdam raro hominem seruari contingat. Quod igitur cor vulneratum mortem afferat necessario, vnum ex istis est, quæ in confesso habentur: non tamen in alijs eque recipitur vulnus quodcumque mortem afferre in euitabile, sed illud, quod magnum est, atque profundum, quod rationabile est à verbo discissa/significari: ut tota vesicæ tunica diuisa usque ad interius spatium intelligatur: atque in singulis alijs eodem modo. Siquidem in vesica confessum est tale vulnus non coalescere, sicut & in parte septi nervosa, & in tenuibus intestinis: in ventriculo autem dubitatur. nam quosdam in eo vulneratos dicunt aliquando, sed raro, fuisse sanatos. Hepatis autem non solum profundum vulnus in fibris eius factum, sed etiam

13

F

14

15

16

17

18

Legitur nega
tue in Aldino
codice.

A sed etiam fibram abscissam aiunt fuisse sanatam. Neque nos latet, quod in libro de vulneribus exitalibus, quædam ex his eius libri auctor conatur sanare. Quod vero partes ipsæ diuisæ agglutinari non possint, in corde quidem ac septo transuerso ex iugi eorum motu contingit: in vesica autem, quia nervosa est ac tenuis & exanguis: nam eius collum videmus quotidie sanari, cum lapis extrahitur, quoniam carnosum est. Hepar vero vulnera habet plurimo manantia sanguine: atque idcirco prius moriuntur, qui ita sunt vulnerati, quam vulnera agglutinari possint: hoc autem ita dixi volens intelligi etiam venam esse dissectam. Ob hoc ipsum igitur, qui vulnera in summa eius parte consistentia aiunt sanari, & fibras hepatis abstulisse, verum videntur dicere. Cerebrum autem vulneratum sæpe sanatum vidimus, semelque in Smyrna Ionia, viuentem adhuc præceptore Pelope, è vulnere effatu digno. Hoc itaque rarissimum est. Verum autem est, quod magna vulnera, quæ confuevit Hippocrates nominare discissiones, afferunt mortem, fatentque omnes vulnera cerebri, quæ usque ad aliquem eius ventriculū penetrant, afferunt mortem. Tenuium autem intestinorum natura, & ventriculū magis, non parum participant carnosæ substantiæ: & ideo in summa parte vulnerata sæpius agglutinantur: Tota autem discissa usque ad eorum cauitatem, rarissime. Hoc autem non tam propter eorum substantiam mihi videtur accidere, quam quod non possumus æque intrinsecus, sicut extrinsecus, medicamentum vulneribus imponere. Quapropter is, qui librum de vulneribus perniciosis conscripsit, siue Hippocrates fuerit, siue quiuis alius, sanare ventriculum per potiones conatur.

19 *Cum discissum fuerit os, aut charitilago, vel nervus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coalescit.*

Augeri vocat talem aliquam generari substantiam, qualis est abscissa, sicut in cauis vlcibus videtur caro germinare: coalescere autem, quoniam discissi corporis labra agglutinatur. Quod igitur neque charitilago, neque os generentur, est in confesso. An vero agglutinentur, non nulli dubitant. Inquit enim, perspicue videri ossa perfracta agglutinari. Sed aberrat, & doceri possunt in brutis, quorum pars aliqua fracta contraxit callum. Hæc enim, seu viua, seu mortua, si quis velit inspicere dissecando, videbit manifeste à callo, veluti vinculo quodam circumducto, partes ossium discissas esse constrictas: quas si abraferint, fracturæ profundum videbunt non agglutinatum. Sic igitur de istis, quæ dicta sunt, ambigunt, non nulli augeri dicentes, non tamen coalescere: quidam vero et coalescere, sed raro. augeri igitur illa desiderant, quæ per excusum sunt vlcera: & nullum vidi taliter affectum, cui non increuerit caro: Agglutinari autem illa, quæ diuisa sunt, & non discissa. Hæc enim inuicem differunt, cum discissa diuisionem habeant usque ad finem peruenientem: quæ nunc Hippocrates inquit non coalescere, non ob id tantum, quod nervosa sunt atque tenuia, sed quoniam etiam, ex eo, quod talem habent naturam, labra vlcis non sunt parum à se inuicem distantia.

20 *Si in ventrem sanguis præter naturam effunditur, nec esse est suppurari.*

Quidam sine articulo ventrem scribunt, volentes omnem significari cauitatem, quibus astipulatur, quod præter naturam adicitur: per quam adiectionem tale quiddam ostendit Hippocrates: Si vnquam sanguis à propria cauitate in aliam quancunque cauitatem peruenerit: ut sanguis permaneat, est omnino impossibile. Sic igitur & in inflammationibus, & illis, quas Græci ecchymoses noiant, fieri videtur. In inflammationibus quidem, per minimas partes disperso sanguine ad eas, quæ sunt in musculis, cauitates, quas sola ratione contemplamur: in ecchymosis autem in spatia effuso, quæ vasis circumiacent. Suppurari autem non est recte dictum, cum nomen sit vnus mutationis in sanguine factæ. quare non nulli ipsum ad generalius transferunt, hoc est ad corrumpi, id ab ipso dicentes significari. Sic enim fieri videmus, non permanere sanguinem, cum à suo loco exciderit, sed aliquando suppurari, aliquando nigrescere, aliquando in grumos verti, præsertim quando in magnam cauitatem exciderit præter naturam.

21 *In insanientibus si varices vel hæmorrhoides superuenerint, insaniam solutio.*

Hic insaniam illam, quæ proprie melancholia dicitur, vocat, non illum, qui fit ex bile, furorem. sunt autem varices venæ latiores in coxis & cruribus: quæ ex crasso & melancholico sanguine contingunt, adeo ut pellente natura ad partes ignobiliore eos, qui insaniam efficiunt, humores, præsertim cum melancholici fuerint ac crassi, dictarum passionum generatio sequatur, & insanie solutio.

22 *Quæcumque rupta ex dorso ad cubitum descendunt, venæ sectio soluit.*

Melius quidam scribunt: Quicumque dolores. nam ruptum ipsum descendere, vnum est impossibile illud: siquidem diuisa ac rupta musculi parte carnosæ fit ruptum. Videtur itaque non nunquam manifeste admodum collectus in loco ruptionis sanguis: & discussione sanatur. Reliqui vero, qui sunt in dorso dolores, ex defluente humore generantur, interdum solo, sed magna ex parte crasso ac flatuoso spiritui associato: quem excipere oportet atque euacuare per venam in cubito existentis sectionem, quando huc apparet fluens. Est enim eius præceptum, secundum quod humores

humores repunt, facere euacuationes. Idemque significant verba hec, Eo ducendum est, quod repunt, E per loca opportuna. Si autem de ruptis sermo est scriptus ab eo: eos, qui sunt copatiendi ratione, dolores intelligendum est dici ab ipso descendere ad cubitos, non ipsam carnosae partis diuisionem. Nam fieri potest, ut & talibus venae sectio utilis sit, communi euacuationis ratione.

Si timor atque maestitia longo tempore perseuerent, melancholicum tale est.

Si quis non ex causa manifesta metuat, aut maestus sit, melancholici casus manifeste sunt, etiam si non diu precesserint. Quod si propter causam manifestam incipientes, diu postea perseuerent, non te lateant melancholiam significare. Nam & plures vili sunt furor corripit, qui ab excandescencia, vel ira, vel maestitia principium habuit, ipso scilicet corpore tempore illo prompte se habente ad incidendum in tales passiones.

Si quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit.

Hoc & in aphorismo paulo antea dicto monstrauit, cuius initium, Vesica discissa, vel cerebro. Nescio igitur, quo pacto nunc frustra fuerit ascriptus. Idem autem vidimus & in pluribus alijs aphorismis: quos melius fuerit eximere.

Erysipelas ab exterioribus verti ad interiora, non est bonum: ab interioribus autem ad exteriora, bonum.

Non solum erysipelas, sed aliud quodcunque, quod ex profundis & principalioribus partibus transfertur ad cutem, bonum esse signum ac causam debemus existimare: Contra vero, si ad interiora & profunda transtuleretur, malum. Sed & alia multa videtur dixisse Hippocrates, quaedam veluti exempla sermonum vniuersalium, a quibus eius, quod solet euenire, experientiam possumus habere manifestiorem. Talia etenim exempla oportet esse.

Qui in febris ardentibus tremores fiunt, delirio soluntur.

Utrum Hippocrates tales sermones scripserit, ut exempla magis generalium, atque vniuersalium sermonum, an alij interposuerint, ceteris inquirendum relinquentes, illud tantum in ipsis obseruabimus, quod & antea dictum est, & nunc in febre ardente dicitur. Quae enim hanc febrem efficiunt causae, in venoso genere existentes: quando ad nervos transferuntur, primum tremores faciunt: compatiante vero principio, etiam deliria. Sicuti igitur in febre ardente translatio, sic & in omni alia febre potest fieri: & omnino ex arterijs & venis ad nervos transfluxus humorum noxiorum, sicuti rursus ex nervis ad has. Improprie igitur dictum est febrem ardentem a delirio solui. Haec enim solet Hippocrates dicere, quibusdam superuenientia, eorum soluere consistentiam, quae nunquam prorsus hominem liberant, non quae alteram generant passionem, quae nihilo minus, quam prima, sit periculosa.

Quicumque suppurati, aut aquam inter cutem patientes vruntur, aut secantur: si pus aut aqua vniuersim effluerit, omnes moriuntur.

Suppuratos praecipue consuevit nominare, qui pus habent in spatio inter thoracem atque pulmonem: quos quo modo vrere oporteat, dixit in libro de passionibus, cuius initium, Pulmonis arteria. Quidam hunc librum inscribunt de suppuratis. Vltione igitur indiget, qui plurimum habent pus, adeo ut desperent per spuitiones posse expurgari. Hos vero ipsos & difficultas anhelitus vehementer infestat ex loci angustia: quae etiam nos cogit, ut eos vramus. In ijs autem, quae aqua inter cutem patiuntur, illae, quae a Graecis paracenteses, id est punctiones, noiantur, magis, quam vltiones, medicis sunt consuetae. Verum, quod consuetudo est vltioni ac punctioni, nunc sane Hippocrates consulit cauere, hoc est multam ac subitam euacuationem. sic enim videtur contingere, ut ait. Scriptum est etiam ab Erasistrato exquisitius de ijs, qui aqua inter cutem laborant, in pluribusque copertum dicit experientia, multam ac subitam euacuationem febres & mortem asserere. Videmus autem & in alijs partibus aequae atque in thorace, quam aliquis magnus tumor suppuratur, periculosum esse subito multum euacuare, cum euestigio deficiat anima, viresque concidant, nec postea debilitas ista facile remedium habeat. Videtur itaque in his propter magnam vulneris distantiam, & puris acrimoniam, ora quorundam vasorum arteriosorum adaperiri, quae prius, veluti quoddam operculum, pus continebant: quo vniuersim euacuato, multi cum eo spiritus exeunt atque excernuntur: unde periclitantur. In aqua vero inter cutem non modo ob hanc causam ea laborantes offenduntur, sed & durities visceris, ut quae non amplius sustentatur ab aquosa substantia, & septum transtuerfum deorsum trahit, & viscera, quae sunt in thorace.

Eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt.

Eunuchos sectio testiculorum similes efficit foeminis. Sicuti ergo in eis caluities non accidunt: sic neque in eunuchis, propter temperaturae humiditatem. Nam eunuchos podagra non laborare, Hippocratis quidem tempore verum extitit: nunc vero non amplius, propter immodicum ocium, & victum

A & victum intemperantem. Res autem tota ita se habet. Necessesse est pedes natura esse imbecilliores, si quis podagra corripit debeat: sicut & cerebrum, si morbum comitalem passurus sit. non tamen est omnino necessarium alterutrum pati, si nihil in vita deliquerit. Discas autem aperte, quod imbecillitas partis non sit sufficiens ad generandam passionem ex intermedio tempore accessio- num: in quo prorsus non infestantur, quamuis naturalis imbecillitas continua sit. Clarum est autem hoc, & in podagricis manifestissime apprens, quod influente aliquo ad pedes humore superfluo, passio generatur. Si nunquam igitur hic humor influeret, liquet, quod neque vnquam accideret passio: Non influet autem, si semper vacans superfluitatibus corpus extiterit. Erit autem vacans superfluitatibus, si mediocriter vtatur exercitio, & homo bene cibum concoxerit: unde & desidiam & crapulae eis nocent. Nocent etiam multa & potentia vina bibita, praecipue cum aliquis ea ieiunus potauerit. Haec enim nervosam substantiam prompte percutiunt, sicut & coitus. Aetate igitur Hippocratis pauci podagra laborabant, propter vitae moderantiam: nostris vero temporibus vique adeo auctis edulsijs, ut nihil eis addi posse videatur, infinita est podagrarum multitudo: quae non nulli sint, qui ne exerceantur quidem, sed cruditatibus atque ebrietatibus incumbant, & ante cibum bibant vina potentia, ac venereis vtantur immoderate: non nulli vero, etsi non in his omnibus, in vno saltem aut duobus delinquant. Atqui peccatum magnum cum fuerit: saepe in vno eorum, quae diximus, deliquisse fat est. Ob hanc igitur causam etiam eunuchi podagra corripuntur, quamuis nullum habeant vsus venereorum. Talis enim est eorum desidiam, ingluuies, ebrietas, ut etiam sine venereis podagra corripit possint. Haec eadem & de articulari morbo dicta existimes, omnes siquidem, qui eo laborant, maxima ex parte prius podagrici fiunt. Accedit ad has causas, ob quas plerique incidunt in podagras, quod multi & patres & auos habuere podagricos, in quibus semen erat vitiatum: atque ideo filijs vehementiorem fecerunt partium imbecillitatem.

29. Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.

Mulieres non fiunt podagrica, ratione euacuationis. Ostensum est enim in praecedente sermone, quod, nisi humores superabundauerint, ex sola partium ad patiendum habilitate non potest podagra fieri. Verum rursus & hic, prius quidem erat verum, ubi non omnino menstrua defecissent, quia parua erant delicta, quae aetate superiore mulieres admittebant: nunc vero ob eorum magnitudinem, quaedam podagra laborant, antequam menstrua deficiant, cum quampluribus pauca exeant, non nullis autem vel mediocria.

30. Puer podagra non laborat ante vsus venereorum.

Quod magnam vim habeat ad podagrae generationem vsus venereorum, liquet etiam in pueris, quemadmodum paulo antea & de eunuchis dicebam. Eunuchos itaque vidimus quosdam podagra laborantes, pueros autem non vidimus. Verum, si quis tali est passione correptus: vna cum hoc, quod & genuum articuli & manuum intumuerunt, in quendam articularis morbi modum repente incidit ob plenitudinem ex multis cruditatibus aceruatam.

31. Dolores oculorum, meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venae sectio, aut medicamentum epotum soluit.

Singula horum, quae dixit, magis experientia, quam ratione aliqua, videtur mihi Hippocrates cognouisse. Nihil enim mirum, si homo dolens, cum isset ad balneum, dolore fuit liberatus: vel, si non permissus bibere vinum, deinde nullam ex hoc sentiens utilitatem, motus est ad bibendum, alioqui multum appetens vini, & posthac melius se habuit. Sicut igitur & plura alia, quae medici hoc modo inspexere, sunt ab eis scripta absque aliqua determinatione: ita & haec mihi scripta videntur ab Hippocrate, neque vt rationali dicente dispositiones, neque vt empirico concursus. Ceterum utilitas, quae nobis potest aduenire ex sermonibus hoc modo scriptis, est in inquirendo dispositiones, in quibus meri potio, & balneum, & vnumquodque eorum, quae seriatim dicta sunt, vtile sit: quod & mihi contigit. Nam, quod omnino sint aliqui oculis dolentes, quorum non nulli meri potioibus, non nulli balneis iuuentur, fidem Hippocrati adhibens eram persuasus (neque, nisi ipse scripsisset, si non vidisset) non tamen ab aliquo praceptorum tale auxilium eggris adhibitum fuisse conspexeram. Itaque, primo cum omnes quaesivissem dispositiones, in quibus necessarium est non in oculo tantum, sed & in alijs partibus fieri dolores: deindeque mihi ipse persuasivissem eas adinuenisse, hinc consideravi earum indicia dispositionum: & postquam his etiam fidem adhibui, ausus sum remedia asserere dolentibus: Ac primum quidem adolescentem balneauit: cui medicus non absque ratione in die secundo ab initio venam secuerat, & deinceps cura uerat medicinis, quas experientia cognouerat, cum inflammatio sola obsideret oculos. Dolebat autem vehementissime per quosdam insultus, in quibus aiebat ipse sentire se acres humores, qui vniuersim fluebant ad oculos: quibus excretis licet vehementia doloris sedaretur, non tamen dolor omnino cessabat, et hoc illi per totam quintam accidit diem, maius semper habens incrementum.

Extra ord.

Gg tum.

tum. Cum igitur dolor non posset tolerare, me & quendam alterum ex ocularibus medicis ad-
uocauit tunc in vrbe Roma probatissimum. Illi itaque videbatur vtendum esse collyrio quodam ex
ijs, quae emplastica nominantur & anodyna, id est dolorem sedantia: cuiusmodi sunt, quae ex cerussa
lota, amylo, & papauere componuntur. Nam sic maxime sperabat posse reprimi per emplastica
id, quod influebat, & simul sensum per stupefacientia torpescere. Ego vero ab initio suspecta ha-
bui talia medicamenta. Neque enim vehementes reprimunt fluxiones, sed excerni prohibent: atque ideo,
si humores fluentes acres extiterint, corneam erodi contingit: si vero multi, extendi ac vehemen-
ter irritari, ac si rumperetur: ex quibus, nisi medicamentum fuerit magnopere stupefaciens, dolores
impatibiles excitantur. Si vero fuerit adeo stupefaciens, vt ex eo oculi maxime inflammationem
non sentiant, necessarium est simul vim visoriam laedi adeo, vt cessante inflammatione, vel debili-
ter vel nihil omnino videant: simul quandam praeduram dispositionem, & quae difficulter sanari
possit, in oculorum tunicis relinquat. Cum igitur ista nouissem, atque animaduertere humorem in-
fluentem non paucum, valdeque & acrem & calidum: primum fomentum vtendum censui, experien-
tia gratia, tanquam ex ea certius cogniturus, qualis nam foret dispositio. Solet enim in his fomen-
tum parumper quidem dolorem mollire, sed altera fluxionem aduocare. Quae enim ratione potest id,
quod in oculis continetur, discutere: eadem ratione alteram quoque ex vicinis locis attrahere valet.
Verum quam primum & aquam calidam & spongiam affertur iussi, aeger ipse dixit expertum esse
saepius tota die id remedium, ac primum dolorem imminuere, sed paulopost maiorem adducere.
Quae ego cum audissem, medicum ocularem expectare iussi, ipsi promittens me etiam absque fri-
gido medicamento aegrum a dolore liberaturum. Cum autem solo balneo vsus essem, ita dolor
sedauit, vt tota nocte dormiret aeger, nec semel aliquem eorum, qui iuxta dormiebant, aduocaret.
Ab hinc in reliquis, in quibus per signa cognoui influere quidem humores acres ad oculos, non
tamen corpus esse plenum: balnei vsu dolorem sanauit. Adolescens item alius fuit, qui, quod vicinus
vrbis non erat, oculorum inflammationem pluribus iam diebus ruri passus fuerat: hunc, quia in eod-
em statu perseuerabat, in urbem profectum intuitus habere oculos squallidos quidem, quae valde
tumidas ac plenas sanguine eas, quae in ipsis venae erant: iussi, vt, cum se lauasset, poru vteretur me-
raciore, & ita se sopori traderet, quod & factum est. Somnus enim profundus ipsum inualit, & ma-
ne sine dolore surrexit: imhiusque fiduciam prebuit, vt, in quibus sanguinis copia crassioris in oculo-
rum venulis contineretur sine plethorica totius corporis dispositione, vterer vini potione, vt quae
diffundere sanguinem atque dimouere possit, suisque motus vehementia obstructions aperire. Ce-
terum haec quidem remedia doloris oculorum fortia sunt. Securissimum autem est fomentum, &
omnino aliquam afferens utilitatem, vel tanquam signum ad dignotionem, vel tanquam causa sanita-
tis oculorum. Nam, cum nihil omnino influit in oculos, fomentum dissoluens eam, quae in ipsis
continetur, superfluitatem, oculis sanitatem restituit. Cum vero adhuc influit: primo quidem, cum
adhibetur, suo calore aliquod affert vel mediocre leuamen. quod si paulopost dolorem augeat, tunc
fit signum dignoscituum, ex quo nos dispositionem comprehendentes, ad totius corporis eua-
cuationem peruenimus: ipso quidem sanguine redundante, per venae sectionem: malitia vero hu-
morum infestante, per purgationem. neque enim difficile est admodum ab humorum malitia sangui-
nis copiam distinguere.

Balbi ab alui profluuium maxime capiuntur.

Sicuti pselliz est haec, id est balbutire, prolationis vitium est, non vocis: sic & traulizem, eiusdem si-
gnificationis verbum, non potente lingua exquirere eas dearticulare voces, quae per t & r, profe-
runtur, qualis est haec ipsa traulus, & similes haec, trepidus, tremit, tradit, trochus, tristis, & quae-
cumque aliae tales. Haec si quidem omnes exigunt linguam se ampliantem, ac prioribus dentibus inni-
rentem. Cum igitur in aliquibus lingua fuerit imbecillior, male innititur, & sonum t & r, dearti-
culare nequit, atque ita ad t & l, pronunciandum labitur. Hoc autem ei contingere potest, quia quo-
modo sit breuior, quam ipsi conueniat: quod tamen rarissimum existit. & quia molliorem atque humi-
diorem habet temperaturam, quam ob causam & pueri balbutiunt, cum tale quiddam ipsis in loquen-
do contingat, quale etiam in ambulando euenit, nam & ambulare non nulli quidem profus non pos-
sunt, non nulli vero non sufficere, cum cruribus nequeat propter molliorem firmiter inniti. Quibusdam
etiam aetate integra, inter loquendum fatigatis, balbutire contingit: sicut & illis, qui plurimum tibia ce-
ciderint, & quibus vires ex morbo plurimum sunt debilitatae, & quibus demum lingua est vehemen-
tius exsiccata. Verum siccitas tanta nulli inesse potest, qui habitum seruet naturalis: atque ideo solius
humiditatis inmodica in ijs, qui natura balbutiunt, id prolationis detrimentum casus est, cum lin-
guae musculi nequeant firmiter stabiliri: atque hoc ei potest accidere vel propter suam, vel propter
neruorum imbecillitatem, quos videlicet a cerebro suscipit. Quare & ebrii aliqui balbutiunt, partim
quia multa humiditate perfundit cerebrum, partim quia etiam ab ipsius multitudine praegravatur.
Continget igitur ijs, qui sunt balbi natura, vt vel cerebrum humidum habeant, vel linguam, vel
vtrumque. Et a cerebro quidem talem temperaturam sortito, defluere multas par est humiditas superfluita-
tes, easque inde fluentes in ventrem suscipi: longisque ideo profluuijs hominem capi. Lingua vero
admodum

A admodum humida ex natura existente, & ventriculum talem esse par est, vt qui alteram sui tuni-
cam communem habeat ad linguam. imbecillis autem ex humiditate ventriculi propria passio
est diuturnum profluuium.

33 Qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntur.

Acidum eructantes, hoc est acidum ructum habentes, raro inquit capi a morbo laterali. Nam,
quod dicitur non valde idem ostendit, quod raro, non nullo modo: vt quidam libri huius exposi-
tores scripserunt. Dicitur autem a nobis est, vbi de morbo laterali sermonem habuimus, quod latera-
lium morborum hic quidem, qui vna cum pallidis & flauis fit sputis, ex biliosis humoribus ortum
habet: hic vero, qui cum spumeis, ex pituitosis: sicut, qui cum nigris, ex melancholicis: qui vero cum
rubeis, ex sanguine. Est enim lateralis morbus inflammatio membranae, quae subcingens nomi-
natur. Cum vero vnaquaeque inflammatio ex alicuius humoris superabundantia gignatur, pro-
eius natura & sputi species morbo laterali laborantibus aduenit, & spes salutis ac mortis habetur.
Non aequae autem membranae ac pulmo sunt natura aptae humores suscipere. densa siquidem est
membranae substantia, pulmo vero rarus admodum ac laxus: quare huic quidem promptum
est pituitosos omnes suscipere humores, membranae autem subcingenti biliosos magis. Ob hanc
igitur causam, quibus pituita natura superabundat, raro a morbo laterali corripiuntur, praesertim
si falsedinem atque acrimoniam aliquam sibi adiunxerit. Talis enim, intestina mordens, irritat ad deie-
ctionem: in qua contingit non solum pituitam, sed plures alias etiam superfluitates excerni. Di-
cebat vero ipse in libro de aere aqua & locis, eos, qui habent ventrem naturam humidum, morbo
laterali atque alijs morborum generibus minime corripi.

34 Quicumque calui sunt, ijs magna varices non sunt: quibus vero caluis varices magna superueniunt, ij rursus
capillati fiunt.

Quando in viri sapientis libro aliquis sermo inuenitur manifestum habens mendacium, non
sine ratione legentes dubitare contingit, & primo quidem sibi ipsis diffidere, quasi neque illa, quae
sunt manifesta, noscentibus, deinde suspicari, ne falso fuerit interiectum. Quis enim nesciat caluitium
esse passionem insanabilem? Sed neque illud verum est, magnas varices caluis nunquam aduenire: si-
cuti nec varicibus aduenientibus, caluitium cessare: nisi forte (vt non nulli inquirunt) vocatum a
medicis capillorum defluuium (graece madarolin) caluitium nominet. Illud enim a vitiosis humo-
ribus generatur, sicuti quae ophialin & alopecian nominant: atque ideo, cum iidem humores ad
crura decumbunt, possunt varices facere, & capillos restituere. Si enim prius contigerat, vt capilli a
vitiosis humoribus corruptis eorum radicibus, corrumpere tur: verisimile est, vt eisdem humori-
bus alio transpositis, ad primam naturam postmodum redeant.

35 Aqua inter cutem laborantibus, tussis superueniens, malum.

Superuenire passionibus alias passiones & casus, prisci medici dicere consueuerunt, quae cum
ipsius passionis aduocatae ratione contingere solent. Talis enim est Praxagorae liber de superuenien-
tibus inscriptus. Sic et nunc de tussi dictum est, Neque enim cum ex alia fit occasione in homine aqua
inter cutem patiente, tussis signum est exitiale, sed quoniam ipsius morbi ratione. Cum enim in hydrope
aquaosa humiditas tantum aduocata fuerit, vt iam asperas occupet arterias, si tussis superueniat, tunc
periculum imminet, ne homo haud ita multo post stranguletur.

36 Difficultatem vrinae, vena secta iuuat: secare vero interiores.

Neque hic sermo verus est, nisi & coniunctionem assumpserit, ita vt aphorismus talis fiat: Dif-
ficultatem vrinae & venae sectio soluit. Re vera enim & venae sectio soluit difficultatem vrinae,
illam videlicet, quae propter inflammationem & multitudinem fit. Quod autem sequitur, Seca-
re vero interiores: si de venis manuum dicitur, neque verum est neque consentaneum Hippocra-
ti. Videmus siquidem ipsum in omnibus libris suis, in partibus, quae supra hepar sunt, e manibus
sanguinem mittere: in inferioribus autem venas, quae in poplite vel talo sunt, secari iubet. Siquis
vero de his ipsum dixisse arbitretur, Secare autem interiores: hoc dictum paruam vim habet. Ab
vna enim ambax nascuntur, quae in poplite trifariam diuiditur, quoniam & vna vena ad hoc per-
uenit membrum, non, sicuti ad manum, duae. Melius itaque fuerit & hunc aphorismum vnum ex
adiectis opinari.

37 Ab angina habito si tumor fiat in collo, bonum foras enim morbus deducitur,

Sermo verus est, & causa in promptu, siquidem ex intimioribus & principalioribus partibus
passiones confert ad cutem transferri.

38 Cancros occultos oes melius est non curare, curati enim cito pereunt: non curati vero longius tempus perdurant.

Occultos cancos dixit vel eos, qui sunt sine vlceratione, vel absconditos, hoc est non appa-
Extra ord. Gg ij rentes:

rentes: quod rursus idem significat, ac si diceretur, qui in profundo corporis sunt. Sed & curare, duplex est: vnum quidem omnia agere, vt particula patiens ad sanitatem perducatur: alterum autem eam adhibere prouidentiam, quæ passioni congruat, hoc est ipsam mollire, ac mitiorem facere, tum præcipue, cum adest exulceratio. Tunc enim est necessarium, vt, si non aliud agamus, saltem ichoras abluamus, humido aliquo vtentes, non quocunque, sed vel per experientiam, vel per indicationem inuenito, quod neque putrefacere, neque irritare partem patientem sit aptum. Ab hac igitur curatione neque abstinere conuenit: neque illi, qui sunt sine vlceratione, cancri indigent ea. Aliam vero, quæ fit per sectionem vel vstionem, (quæ sola sunt remedia cancrorum) consulit, vt in cancri occultis non adhibeamus. Quod igitur illi, qui sunt in partibus penitioribus, talia remedia non desiderant, etiam experientia docet. Equidem scio omnes, qui huiusmodi cancos curare tentarunt, magis illos irritasse, & breui homines interemisse. Nam, & qui cancrum in palato constitutum, & in sede, & in sinu muliebri, vel vserunt vel secuerunt, non poterunt vlcera ad cicatricem perducere, & homines in curatione afflictos ac maceratos, vsque ad mortem detulerunt: qui, si curationem non adhibuissent, longiori tempore vitam cum minori molestia transegerunt. Tales igitur cancos nullo modo curare tentemus. Ex eis vero, qui in summa parte corporis hærent, illos tantummodo, quos possumus vnâ cum radicibus ipsis, vt quispiam dixerit, refecare. Neque enim malum est per similitudinem, radices cancri nominare eas, quæ plenæ sunt sanguine melancholico, venas, & vsque ad loca circumsstantia distenduntur. Multi sanè magnæ auctoritatis medici, neque hos manus opera curari permittunt, sed illos tantum, qui exulcerati, simul laborantes molestant, adeo vt ipsi vltro manu curari desiderent: simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus vnâ cum radicibus refecare & exurere. Quidam vero neque hos amoliri permittunt, sed omnino abstinendum consulunt à remedijs potentibus in omni cancro. Quod autem Hippocrates nunq̄ consuluisset curare potenter cancos in partibus corporis penitioribus conditos, ex ipsa passionis natura licet coniectari. An vero & eos, qui in summa parte corporis hærent absque vlcere, incertum est, quantum ex verbis aphorismi conijci potest. Ipsum vero scripserunt Artemidorus, & Dioscorides, vsque ad ea verba melius est non curare.

Conuulsio fit vel ex repletione, vel inanitione: ita vero & singultus.

Conuulsio (vt & ipsum indicat nomen) conuulsis fit ad propria capita musculis, vt autem clarius diceretur, retractis, sicut etiam est motus eorum secundum naturam. Verum hic quidem non fit sine animalis appetitu: conuulsio autem, passio est inuoluntaria, ad similem venientibus nervosis partibus dispositionem, quam etiam in motibus factis secundum appetitum assumebant. Nam ex repletione ita nervi intenduntur, vt chordæ in valde humidis ambientis nos aeris constitutionibus, atque ideo propter hanc causam sæpe etiam rumpuntur, idem vero & in siccioribus constitutionibus accidit: nam in sese colliguntur ac conuellantur omnia nervosa corpora violentius exiccata: veluti lora, si paulo magis ab igne caleant: quibus similia patiuntur, & quæ solis feruor exiccavit. Conuulsio igitur non absq̄ ratione à contrarijs fit causis. Singultus vero concedat conuulsio stomachi nominari, quando aliud fuerit sermonis propositum. Quando vero hoc solū studuerimus, vt singultus substantiam cognoscamus: melius fortassis fuerit non conuulsionem ipsum nominare, sed quendam motū eiusdem quidem generis, cuius vomitus, intentiorem tamē illo, & vehementiorem. Nam stomachus appetens eorum aliquid, quæ in ipso continentur, expellere, ad duos mouetur casus, vehementiorem quidem in singultibus, mediocriorem illo in vomitibus. siquidem in vomitibus appetit ea tantum, quæ in ventriculi spatio latiori continentur, expellere: in singultibus autem ea, quæ sunt in ipso ventriculi ore penitiora. Per stomachum nūc à me intellexeris non solum eū, qui ita proprie nominatur, sed & ventriculi os. Quæ enim in hoc continetur, ipso appetente ventriculo expellere, singultus fit. Quod vero eorū, q̄ difficulter excernunt, & quæ veluti absorpserit ventriculi os, fiat p̄ singultus excretio, discere licet ex ijs, quæ quotidie eueniunt, omnibus ferè, plus minus. Siquis enim acre aliquid, veluti piper per se solum degluterit, vel cum melle, vel aliquo alio, & postea vinum biberit aqua calida temperatum, statim singultiet, calore quidem potus piper ad interiora deuehente, eius vero acrimonia ventriculum molestante: vnde conatur motu violentiore rem infestantem expellere. demonstratum autem est à nobis in libris de causis casuum, & tussim, & sternutationem, & rigorem ex talibus motibus esse.

Quibus dolor circa hypochondrium fit absque inflammatione, ijs febris superueniens dolorem soluit.

Sequitur quidem & ad morsus dolor: sed consueti sunt morsus nomine, non doloris, tales casus appellare. Fit etiam dolor propter quandam similem inflammationi dispositionem. Sicut autem nominata est, quoniam & erysipelata dolor consequitur. Quando igitur non ob talem dispositionem dolor hypochondrii occupauerit, & morsus sensus abfuerit, relinquatur, vt dolor fiat, vel propter

A propter obstructionem, vel propter spiritum flatuosum, vel ob aliquam intemperiem inæqualē, quæ omnia febrilis calor aptus est natura sanare: hæc quidem incidens, extenuans, atq̄ dissoluēs: hæc vero ad temperaturæ æqualitatem perducens.

41 Quibuscunq; suppuratio in corpore existens non innotescit: ijs ob crassitudinem puris aut loci non innotescit.

Duplex est huius loci scriptura, & duplex expositio, & vtraq; non caret ratione. Nam & propter puris crassitudinem, & propter loci, sæpius occultatur puris in aliquo loco comprehensi notitia. Recte ergo non nulli scripserunt, His propter loci crassitudinem: non nulli vero, His propter puris crassitudinem non innotescit.

42 Morbo regio laborantibus si fiat hepar durum, malum.

Hæc verba non sunt in exemplaribus græcis præfatis, nec in reliquis translationibus, ac oino videntur in terpongenda.

† Morbū regium hoc loco dicit, qui fit ex hepatis inflammatione. Tunc enim durities ostendit vel tumorem prædurum, vel inflammationem in hepate existere: quemadmodum & sine hac contingit aliquando, propter eius obstructionem, morbum regium aduenire: cōtingit & ipsa natura per modum criseos humorem exuperantem in venis contentum, ad cutem expellente.

B 43 Quicunq; lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, ijs superueniente lōgā difficultate intestinorum, aqua inter cutem, aut lauitas intestinorum aduenit, & moriuntur.

Oportuit huic aphorismo illum preponi, in quo dicit, Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum. Sed ille quidem inter sequentes scribitur, post quatuor alios intermedios: nobis autem necessarium est nunc ipsius meminisse. Quicunq; enim lienosi sunt, hoc est, qui durum iādū habent lienem, ijs superueniens difficultas intestinorum soluit dispositionem, quando scilicet ratioe transpositionis atq̄ euacuationis humorum crassorum ac melancholicorum lien intertorum euenerit. Sed, quoniam sæpius huiusmodi euacuationes vltra modum extenduntur, & noxiæ sunt laborantibus: conuenienter Hippocrates, quem finem habeat immoderata difficultas intestinorum, ostendit, quæ talibus aduenit dispositionibus. Læsis siquidē intestinis à transitu vitiosorum humorum, & vis eorum laborat, & temperies natui caloris aboletur. ob hanc igitur causam, & aqua inter cutem, & leuitas intestinorum, superueniunt: leuitas quidem intestinorum ex sola intestinorum læsione: aqua vero inter cutem, propter hepatis compassionem, atq̄ lienis, & omnis venosi generis.

44 C Quibus ex stillicidio vrina, ileos superuenit: in septem diebus pereunt, nisi febre superueniente, satis vrina fluxerit.

In ileo nihil exit inferius, neque si quis acerrimo vtatur clystere. Vomitus autem stercoris aduenit ijs, qui exitaliter se habent. Quod igitur interclusa via inferioris exitus, hæc passio fiat, quodq; in tenuibus intestinis, non autem in crassis, omnes ferè fatentur: Cæterum, quod propter inflammationem & propter obstructionem stercoris sicci, vel humorum crassorum aut tenacium, dictum est à pluribus. Mihi vero videtur vel inflammatio, vel durus tumor, vel abscessus, tantam facere posse loci angustationem, vt nihil possit ad inferiora transmitti: Quod autem humores crassi atq; tenaces in causa sint, non admodum mihi videtur probabile. Verum & hoc (si libeat) ponito: & siquid aliud dicatur præter hoc. Verum id, quod est ab omnibus ferè susceptum, qui aphorismos exposuerunt, incredibile mihi admodum videtur. Aiunt enim, quod, quando vesica inflammatur, angustia loci ex compressione in quibusdam intestinis facta passio nem affert, quæ ileos nominatur. Ego vero multos me puto in tota vita mea vidisse, non nullos tantum periclitatos, non paucos etiam mortuos ex retentione vrinae, quibus tunc manifeste omnibus secundum propriam circumscriptionem plena vesica apparebat, adeo vt supra modum esset extensa: dolorq; vt par est, inde accresceret: & tamen nullus eorum factus est ileosus. Quo modo igitur quispiam vnquam persuaderetur, ob vesicæ inflammationem angustiore facto intestino, ileon aliquando prouenire: Non magis sanè, quàm ex tumore vteri in muliere grauida, siquidem vsque ad hypochondria pregnantium tumor extenditur, & magis comprimere potest atque angustare intestina tenuia: vesica vero, si in tumorem attollatur, solum potest rectum comprimere intestinum. Quidam vero etiam dicunt absurdus, quod febris superueniens conferat ileo. Nam febris quidem ex inflammatione vesicæ non absq; ratione fieret: quin, quanto illa maior ac grauior, tantum augeri febrem contingeret, cum casus sit inflammationis, ileos vero (vt ipsi aiunt) ex inflammatione ortum habuit, & vnam tantum spem habet solutionis, inflammationis cessationem, cum qua etiam febrem sedari est necessarium. Bonum igitur signum solutionis earum, quæ sunt in ileo, passio est febris, vel remissa, vel soluta. superueniens autem febris, vel aucta, neque bonum signum est, neque causa bona. Nouimus enim illis tantum morbis conferre febrem, qui ex frigiditate fiunt, aliquando quidem sola, aliquando vero cum humoribus crudis, pituitosis vel flatuosis spiritibus. Melius est itaque, si fateamur nos ignorare, quæ in hoc aphorismo Hippocrates dixerit: neque enim ratio, eorum indicat veritatem.

Extra ord.

Gg iij tem,

tem, neque experientia docet. Tertium autem nullum aliud habemus ad fidem faciendam. Quod si vnquam talis agrotus visus est aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio (neque enim, an legitimus sit hic aphorismus, dicere possum) multitudinem humorum crudorum vna cum multa frigiditate, melius est talium in ileo casum, qui dicti sunt, causam arbitrari. Sic enim tantummodo febris esset medicina huiusce dispositionis et retentatum vinarum euacuatio. nam re vera consueuerunt vrinæ crassæ, & plurimæ, repen te simul illis concoctis euacuari.

Vlcera quæcumq; annua sunt, aut etiam diuturniora: os abscedere est necessarium & cicatrices cauas fieri. 45

Quæcumq; vlcera longo tempore manent, vel cicatrice nullo modo adueniunt, e, vel, si facta sit, rursus resoluta, nihil videlicet medicis in curatione delinquentibus: necesse est vel propter influxum vitiosorum humorum, vel propter dispositionem in membro longo tempore contractam ex humoribus influentibus, vel ob aliquam passionem ossis in eo loco corrupti, difficulter sanari. Alia itaq; vlcera semper maiora & deteriora sunt: atq; hæc omnia Phagedænas antiqui nominabant. Quidam vero posteriores ea distinguere cogitarunt, propriamq; singulis appellationem indiderunt, quædam Chironia, quædam Telephia, quædam Phagedænas nominantes, aliasq; curiosas adhuc magis appellationes afferentes. Nobis vero sufficiet ex ijs, quæ aliquod loci circumstantis occupant, alia Herpetas, id est repentes nominare, quæ summam cutem tñ infestant: alia Phagedænas, id est exedentes, quæ carnem subiectam corrumpunt. Nam, quod putridum atq; depascens à non nullis vlcus vocatur, non est propria vlcis differentia, sed passio implicita ex vlcere atq; putredine. Scimus autem, qd & absq; vlcere putredo ipsa per seipsam in multis corporis partibus consistit. Vocatur etiam Anthrax, id est carbo, vlcus escharosum, cui adiungitur multum partium circumstantium inflammatio. Hæc igitur propriam habere appellationem, Anthrax, Phagedæna, & Herpes. Quæcumque vero vlcera fiunt sine dictis casibus, hæc ipsa per seipsa solebant antiqui vlcera tantum nominare: de quibus nunc Hippocrates loquitur, edocens, quæcumque talia sunt vlcera, in longum tempus protrahi. Videtur autem experientia rationi assipulari: multa q; sapius ex hoc genere vlcerum, cum non post multum tempus fuerint ad cicatricem perducta, rursus inflammantur, ac iterum dirumpuntur, ipsarum cicatrice soluta. Fit autem hoc talem aliquam ob causam: Quando ex adhibitis medicamentis caro, quæ ossi superiacet patienti, exicata contraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta videtur: rursus vero paulatim aliquo influente ichore ex osse corrupto in parte penitiora, iterum aduenit inflammatio, & puris generatio consequitur: à quo quidem cicatrix eroditur, caro vero exulceratur. Quenam igitur est talium sanatio vlcerum? Non profecto alia, quam ab ipso scripta in libro de vlcibus, & à nobis in tercio de methodo curatiua demonstrata, siquidem vlcera omnia exicari oportet, præcipue vero, in quibus patitur os. Terminus autem siccitatis est, vt abscedat pars ossis, quæ vitiosa est. Quare non absque ratione tantum fieri cauas cicatrices contingit, quantam habuerit abscessus crassitudinem.

Qui gibbi ex asthma aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur. 46

Gibbos (græce ὄβος & κνῶν) solet Hippocrates nominare, quos nunc oēs homines conuexos (græce κνῶν) appellant. Nam & vere eis est spina in partem posteriorem conuexa. Conuexo igitur opponitur cauum, gibbo recuruum seu repandum (græce λοφῶν). Sed hæc quidem de sola spina Græci dicunt, illa vero de omnibus. Quo modo vero gibbositas fiat, ipse narrauit in libro de articulis, sicuti & de repanditate, obstipitate, & quassatione. Hæc n. sunt propriæ atq; præcipuæ spinæ passiones: oportet aut illum, qd vult istarum passionum habere notitiā, ijs, quæ in eo libro scribuntur plenius incumbere. Nunc vero à nobis ea dicentur, quæ ad propositum aphorismum videntur vtilia. Gibba fit spina aliquando propter ictum, aut casum: gibba etiam fit propter quedam tubercula dura, quæ in parte anteriore consistunt: à quibus si quando vna vertebra trahitur ad anteriora, recurua fit eo loco spina. ita & si plures fuerint se ordine consequentes. qñ vero non fuerint continuæ hæc, quæ tenduntur vertebræ, gibbositas fit tñ partibus retro tendentibus, quātū vertebræ extantæ sunt ad interiora reflexæ. nā hoc fieri videtur in oibus duris mediocriter tentis, veluti calamis, viminibus, virgis, & oibus alijs huiusmodi. dictum est de his plenius in expositionibus libri de articulis. Nunc vero eos, qui gibbi facti sunt ex asthma et tussi, ante pubertatem cito inquit interire. Neq; n. vult in his thorax, vt ipse dixit, vna cum alijs augeri, atque ideo magna angustia premuntur ea, quæ respiratori obseruiunt, instrumenta. Oibus siquidem est commune, qui sponte gibbi facti sunt, hoc est, gbus sine ictu vel casu spina passa est: propter dura tubercula & concoqui difficilia, tales fieri. Sed, cū multa sit in tuberculis, quo ad tumorem, duritiē, & locū, in quo consistunt, differentia: quæ dura simul ac magna sunt, statim difficilem faciunt hominibus respirationē, quæ vero ex suo humore aliqd ad asperam mittunt arteriam, reddunt tussi culosos. Verū, quæ talia sunt, vt mittant ex suo humore aliqd, non sunt dura exquisite, atq; ideo necessarium est eis aliquando suppurari, & hominem occidere. Quæ vero nihil mittunt, ex crassis humoribus ortum habent, atque ob id dura sunt, & incocta, & longo permanent tempore, anteq; suppurentur,

A suppurentur, atq; ideo non perimunt hominem. Quæ vero (vt dixi) vna cum tussi ortum habere, properant ad suppurationem, atq; ideo sunt exitialia. Sic & quæcumque cum difficili anhelitu fiunt, sunt ijs, qui adhuc augentur, perniciofa, vel enim hæc magna sunt: vel in loco thoracis ad vitam opportuno. Cum igitur pulmo vna cum corde in talibus augeatur, locusq; continens minor efficiatur, costæ vero non augeantur, & se flecendo, propter gibbositatem thoracem faciant angustiores: necessarium est tantam breui tempore fieri anhelitus difficultatem, vt homo corrumpatur. Nam, si nondum gibbositate superueniente, propter solos tumores extra naturā, difficilem habebant anhelitum: quid debemus expectare, cum tubercula sunt processu temporis adacta, thorax autem factus angustior? Quod autem, cum multa sunt spirandi difficultates, solam illam Hippocrates asthma consueuerit nominare, in qua contingit valde crebrum anhelitum fieri, clarum admodum existit. Appellatq; nunc homines eo nomine, illam, quæ fit in curibus & vehementioribus exercitijs, respirationem. Hippocrate autem posteriores, & passionem aliquam peccatoris diuturnam, non nulli simpliciter asthma nominant, non nulli orthopnoeam, quando absq; febre agroti iugiter anhelitum habent difficilem.

47 B *Quibuscumque venæ sectio, vel purgatio cum medicamento conuenit, hos vere purgare, vel venam incidere oportet.*

Liquet, quod de ijs, qui adhuc sani, sed agri futuri sunt, nisi euacuentur, nunc sermo habetur Hippocrati. Hos enim oportet, vt anticipemus euacuare vere adueniente, vel per venæ sectionem, si plenitudinis passionibus subiiciuntur: vel per purgationē, si eis, quæ ex corruptione proueniunt. Nos itaq; plurimos ita seruauimus annos, qui longo ante tempore singulis annis morbis capiebantur. Atque podagram, & morbum articulare adhuc incipientem, & nondum poros circa articulos facientem, ex tali euacuatione multis iam annis fieri prohibuimus. Eodem modo & sanguinis spuitionem, morbum comitalem, apoplexiam, melancholiam, & alias huiusmodi diuturnas passiones in multis hominibus per dictam euacuationē sustulimus. Venæ itaq; sectio, commune auxilium est earum, quæ ex plenitudine fiunt, dispositionū: purgatio vero quæuis, si secundum genus inaudias, vnum quoddam auxilium existat, non tamen secundum speciem. Non nullis siquidem confert humores pituitosos euacuare, non nullis vero amaram bilem, non nullis atram, non nullis ferofam superfluitatem, secundum naturam earum, quæ consueuerunt superuenire, passionum. Velut quidam singulis annis incidit in melancholiam, nisi purgetur: & est res mira, quo modo morbo iam inchoante, statim homo præsentit primam eius generationem: & me aduocato purgatis humoribus atris, cesset protinus melancholia: huic homini ex purgatione ambo hæc optima eueniunt, quod & superfluitates expelluntur, & qd ex acritudine eorum, quæ excernuntur, parumper aperitur os venæ, quam vocant hæmorrhoida, per quam excernitur pars aliqua sanguinis vitiosi consueti euacuari: quo retento superuenit melancholia. Purgo igitur ipsum, non vere tantum, sed etiam autumno: & sicuti dixi, si ex contemptu aliquando purgationem omiserit, & morbum non anticipauerit, casus perferit passionis. Sic & mulierem quandam, singulis annis vere inchoante similiter euacuans, cum aliquando tumorem cancriformem in māmilla pateretur, forti atq; frequenti medicamento purgante atram bilem, ad sanitatem perduxit. Et, si quando purgatio omitteretur, dolorem profundum sentiebat: & me aduocato, statim volebat euacuari. In altero elephantem inchoantem, primum per venæ sectionem & purgationem sanauit: & singulis annis rursus huic sufficit vna purgatio: & ea omissa, statim passio innotescit. Morbi itaq; huiusmodi, atri humoris exigunt purgationem: comitalis autem, & apoplexia, & asthma, pituitosi: articulares autem, si cum multa fuerint caliditate, amaram bilem volunt euacuari: si vero cum frigidis tumoribus, pituitam. Quidam alius tempore æstiuo semper febris tertianis corripiebatur: sed multis iam annis non febricitauit, quoniam à nobis purgari circa finem veris anticipauit. Sic enim melius est tales euacuare, sicuti illos, qui morbo comitali, apoplexia, & melancholia, & articulari, & alijs passionibus, quæ ex crassis humoribus generantur, præstat circa veris initia euacuare: de quibus omnibus seorsum à nobis scriptum est in illo tractatu, qui inscribitur, de ijs, qui verno tempore egent euacuatione. Est autē iste tractatus pars totius salubris tractationis.

48 *Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum.*

Paulo antea hunc aphorismum exposui, cum sermo habebatur de aphorismo in hunc modum scripto: Quicumq; lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, ijs longa facta intestinorum difficultate, aqua inter cutem superuenit, vel læuitas intestinorum, & moriuntur. quare isti nunc proposito nulla est expositio necessaria.

49 *Quibuscumq; morbi podagrici fiunt, ij sedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.*

Podagricorum inflammatio fluxione fit ad articulos pedum decumbente. hanc aut fluxionem suscipiunt primum quidem loca dearticulationum, deinceps circumstantia omnia vsque ad cutem.

Extra ord.

Gg iij Quia

Quia vero impleri dicimus dearticulationes, liquet etiam esse necessarium ea, quae ipsis circumiacent, et ligamenta extendi. Nervos. n. & chordas seu tendones non est rationabile in ipsis inflamari, sed solum dolere, quia simul cum dearticulationibus extenduntur, argumento, quoniam visus est nunquam podagricus pati convulsionem, quae frequenter solet in nervorum ac chordarum inflammationibus advenire, verum intentio sanationis in eis, communis est omnibus inflammatione laborantibus. Nam, discutiat, oportet, id, quod ad pedes fluxerit, si quidem tenuiorem habuerit substantiam, tempore brevior: si vero crassam vel tenacem, longiore: longius adhuc tempus requirit, si simul crassum atque tenax illud, quod defluxit, existit: ultra tamen spatium dierum quadraginta non prorogabitur curatio inflammationis, si & medicus in suo opere non aberraverit, & aeger illi in omnibus obedierit. Quae vero carnosae partes occupat inflammatio, morborum acutorum subijcitur termino, diebus scilicet quatuordecim, quoniam carnis substantia mollior est ac rarior ligamenti: unde & tardius inflamari incipit natura ligamentorum, chordarum, atque nervorum ex ictu, & longiori tempore ad consistentiam inflammationis perveniunt, ac tardius sanantur. Qua enim ratione vix aliquid in se humoris externi suscipiunt, cum durae sint ac densae huiusmodi partes, hac ipsa ratione cum difficultate dimittunt. Quapropter Hippocrates podagricis inflammationibus terminum integre solutionis non diem quartumdecimum, sed quadragelimum posuit, quia, qui in dearticulationibus humores insunt, per ligamenta ipsas amplexantia oportet per modum vaporis evacuari: item qui in ipsa ligamenta inciderunt. Meminit autem & in prognostico quadragelimi diei, ut in quo iudicantur, quaecumque non sunt diuturna exquirite, & acutorum terminum exciderunt. Dictum autem est plenius de talibus in tractatione dierum iudicatoriorum.

Quibus cumque praeciditur cerebrum: ijs necesse febrem, & bilis vomitum supervenire.

Pracise cerebro febris advenit ea ratione communi, qua quolibet membro principali patiente inflammationem, subsequitur febris. Bilis vero vomitus fit patiente ventriculo propter eius cum cerebro communicationem, ore praesertim ipsius, ad quod terminatur ex cerebro effatu digna quaedam nervorum coniugatio. Consuevit quidem & aliter in magnis doloribus, atque mororibus fortibus ad ventriculum fluere biliosa superfluitas: & multo magis, cum ipse male affectus fuerit. Ad ea enim, quae talia sunt, feruntur partium proximarum superfluitates, praesertim quae tenuem habent substantiam, qualis est ipse biliosus humor, atque cum eo quaecumque serosa superfluitas, quae saepius in vomitibus bili commiscetur. siquidem raro admodum accidit, ut bilis exquisita euomat, cui serosam superfluitatem non videamus admixtam. Apparet autem & in sanis, cum diu a cibo abstinerint, in illis praesertim, qui natura sunt biliosiores, tales in ventriculum humores admitti: quod & ipsius morsus & vomitus manifestant. Non solum autem cerebro vulnerato euomunt homines bilem, sed & dura membrana ipsum circumstante, quae, cum in multis partibus sit cerebro agnata, citissime ei communicat proprias passiones. Erasistrati autem sectatores, cum membranas velint esse principia nervorum, membranam crassiorem inquiet suae naturae ratione, si sola sit vulnerata, tales afferre casus. Si vero usque ad cerebrum vulnus pervenerit, quoniam ambae membranae prius illud admiserint, sic nuper dictarum passionum sequi ortum fatebuntur. Dixi autem Erasistrati sectatores, et non ipsum Erasistratum talia dicturos, quoniam, cum iam senex esset, (ut illi inquit) scripsit libros sectionum, in quibus cerebrum esse nervorum principium demonstravit. Dictum autem est de his in commentariis de Hippocratis sectione.

Quicumque sani dolore capitis repente capiuntur, & statim muti fiunt & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.

Mutos (graece ἀφώνους) solet Hippocrates nominare non eos tantum, quibus laeditur vox, verum per exuperantiam quandam unam cum eius laesione dat nobis intelligendas omnes, quae sunt secundum electionem, operationes. Non nunquam igitur illis oblatis non interijt sensus. Quos igitur ipse mutos appellat, contingit esse sentientes: sed saepius utraque patiuntur: & talem affectum vocant apoplexiam. Est autem & haec alia quidem debilis, alia vero fortis: atque ideo dixit, Soluere apoplexiam fortem impossibile, debilem vero non facile. Videtur autem nunc fortis apoplexiae indicium apposuisse, quod stertere dixit, quod etiam profunde dormientibus accidit, quo ad dispositionis similitudinem, secundum diversum quidem utriusque modum. nihilominus, quatenus aliquid habent commune, ut stertant, consequitur. Est autem commune ambobus, eius, quae fit per nervos, operationis debilitas: & dictum est de his amplius in ea, quae de locis affectis inscribitur, tractatione. Nunc vero, quantum ad expositionem aphorismi sufficere, dicere a nobis. Quibus sanis dolor in capite repente advenit, causam referre oportet in primis ad spiritum flatuosum: interdum vero & ad influentis universim materiae multitudinem: quam & nunc ad cerebrum fuisse delatam indicant casus, qui post dolorem supervenerunt, per quos, & quae sit quaedam materia pituitosa, demonstratur: atque idcirco febris superveniens soluit dispositionem, ut quae calefaciat, extenuet, atque resolvat spiritum flatuosum, & pituitosos humores. Fit autem hoc non nunquam tribus diebus aut quatuor, non nunquam vero pluribus, non tamen ultra dies septem, quia pars est principalis: tales

A tales vero partes non diu tolerant fortes simul ac diuturnas passiones: ut saepius offendimus.

52 *Oportet vero & considerare oculorum in dormientibus suspensiones. Nam, siquid albi commissis palpebris subinspicitur, neque ex alui profluvio, aut medicamenti portione illud contingat, malum est signum, & letale valde.*

Aut ob palpebrarum siccitatem, aut propter potentiae ipsas mouentis imbecillitatem, aliquid subinspicitur, cum oculi integre claudi non possint. Ob hoc igitur ipsum in alui profluviis, & medicamentorum purgantium potionibus, oculorum albedinis aliquid subinspicitur, quando dormierint. Nam totum corpus exiccatur, & vires fiunt imbecilles ex talibus evacuationibus. Plus autem siccitas in palpebris innotescit, quoniam sunt natura siccae. Sicuti ergo coria exiccata difficulter extenduntur: eodem modo similes corporis partes. Et quidem, quod potentia existente imbecilli, non possint exquirite oculos claudere, sed neque os, unde hiantes dormiunt: liquet vnicuique, rei naturam diligentius animadvertere volenti.

53 *Desipientiae, quae cum risu fiunt, securiores: quae vero cum studio, periculosiores.*

Nulla quidem desipientia secura est, minus vero periculosa, quae cum risu fiunt: sicuti temeraria, ut ipse nominat, omnium periculosissima: in medio autem ambarum sunt, quae cum studio fiunt. Fiunt autem omnes patiente cerebro, siue primo et per seipsum, siue per compatiendi rationem: differunt autem invicem per causas ipsas efficientes. Quaecumque enim ex sola fiunt caliditate sine humore vitioso, similes quodam modo sunt eis, quae ex ebrietate contingunt. Quaecumque vero ex flava bile, cum studio perficiuntur: ipsa vero multum exusta, ut iam magis ad atrae bilis naturam accedat, sunt insaniae satis furiosae. Nam oportet ad memoriam revocare ea, quae in alijs locis de atra bile praesiniimus, quae quaedam ex flava bile superaffata gignitur, quae omnino molestissima est. Quae vero ex sanguinis (quispiam dixerit) limo ac faece, crassior quidem est illa secundum substantiam, sed plurimum differens prauitate qualitatis. Dictum autem est, quod ea, quae est veluti faex sanguinis, cum volumus exquirite loqui, nondum atram bilem nominamus, sed humorem melancholicum. Noibus vero abutentes, & atram bilem aliquam vocamus, quoniam, si non prius euacuetur, paulo post atra futura est

54 *In acutis passionibus, quae cum febre sunt, luctuosa suspiria, malum.*

Infantes saepe videntur, quo tempore plorant, inspirare inspiratione interrupta, stante interim thorace, deinde rursus id, quod deest, adijciete: quod ipse in Epidemijs in hunc modum explicuit. **C** Duplex intro reuocatio, veluti superinspirantibus. Et accidit hoc non nunquam potentia fatigata, non nunquam ex duritie instrumentorum, non nunquam vero ambabus causis simul convenientibus, sed & aliquam propter aliquam musculorum pectoris similem convulsionem dispositionem. Nam & vis imbecillis, quoniam nequiverit thoracem uno impetu tamen attollere, quantum animali est necessarium, in media primum consistit operatione, deinde cum impetu iterum se effert. Et durum instrumentum cum non prompte sequatur potentiam attollentem, ab ipsa vibratum violenter attollitur. De dispositione autem simili convulsioni, quid oportet dicere, quod talem faciat respirationem: Nam si frigus vel musculis thoracis apprehenderit, vel nervos: durities quaedam instrumentis adveniet, & motus convulsioni similis, quam febris sua est apta natura sanare, & calida auxilia. Febre vero cum his existente, non possumus causari musculorum thoracis siue nervorum frigiditatem, sed vel duritiam quae facta est, vel virium imbecillitatem, vel convulsioni similem dispositionem. Quicquid vero horum in causa sit, non est bonum ut in morbo acuto contingat. Si igitur de sola praedicta motione instrumentorum respirationi obseruentium, luctuosa respiratio ab ipso dicta fuit, iam ad finem expositio pervenit. Sin autem & cum aliquo tali sonitu vult dictam contingere respirationem, qualis flentibus accidit: ultra dictas causas quandam ostendet dolorosam dispositionem, ex qua, veluti **D** flentes, vel gementes, vel aliquem mistum ex utriusque sonum edentes, in hunc modum respirant.

55 *Dolores podagrici vere & autumno magna ex parte moventur.*

Podagrica passiones, sicuti & omnes aliae articulares, vere augentur, atque ideo ipse superius in enumeratione morborum vernalium, etiam articularium commemoravit, in quibus etiam podagrici continentur. Excitantur quidem aliquam & autumno ijs, quibus per aetatem tempore, quo fructus maturantur, vitiosi aliqui humores fuerint coaceruati. Ostensum enim a nobis est in commentariis de potentibus naturalibus, quod singulis partibus, sicuti aliae potentiae, ita & illa inest, quae materias infestas excernit. Infestant autem aliqua sua multitudine aggravantes, aliae vero extranea qualitate. Secundum utrumque igitur ijs, qui hiberno tempore in victu deliquerint, postmodum verno diuturnae passiones excitantur, fulis humoribus & mox a fortibus ad loca debilia detrulis: secundum alterum vero, tantummodo autumnali.

56 *In morbis melancholicis ad hanc periculosi decubitus, apoplexiam corporis, vel convulsionem, vel furorem, vel caecitatem significant.*

Fiunt quidem & propter pituitosum humorem apoplexiae, convulsionem, & caecitates oculorum:

rum: Fiunt & propter melancholicum: quoniam communis vtriusque est harum quatuor passio. Non enim furor est passio communis. Numquam enim hic ex pituitoso humore ortum habet, cum ad eius generationem humor irritans ac mordens exigatur. Talis autem est semper quidem flaua bilis: melancholicus autem humor non semper, sed cum supra modum exustus, aut putrefactus, malignam induerit acrimoniam.

Apoplexia autem sunt maxime a quadagesimo anno usque ad sexagesimum.

Non omnem apoplexiam, sed nuper dictam tantummodo (quae ex atra sola fit bile) contingit aduenire istis, qui dictam agunt aetatem, quoniam in his maxime abundat atra bilis humor, quem admodum etiam in autumnis. Quod si volumus simpliciter pronuntiare, plures senes laborant apoplexia. Si igitur sermo debeat esse verus, iungendus est cum priore aphorismo, ac si ita diceretur: In morbis melancholicis ad haec periculosi decubitus apoplexiam corporis, quae homines occupat a quadagesimo anno usque ad sexagesimum.

Si omentum excidat, necessario putrescit.

Propter breuitatem falsus esse videbitur hic aphorismus istis, qui non recte ipsum inaudierint. Quod enim dicitur, huiusmodi est: Quae exciderit, hoc est, quae nudata fuerit, & extra peritonaeon, id est membranam abdominis interiori, omentum exierit, non contingit ipsum ad locum proprium restitutum, sanum & saluum fieri, sicuti si aliud aliquid extra promeretur, veluti intestinum, aut aliqua visceris fibra. Illa etenim, nisi longo tempore frigeant, quam vulnus in abdomine factum, ad cicatricem perductum fuerit, pristina recipiunt temperaturam. Omentum vero, et si minimo nudetur tempore, reductum putrescit: quia ob causam medici partem illam, quam fuerit nudata, solent refecare. Hanc igitur sententiam habet aphorismus, licet confusius in verbis dictis proponatur. Siquis vero dicat se aliquando vidisse omentum, quod paruo tempore extra prodierat, deinde ad suum locum reductum, non putuisse: perpetuum is quidem non esse probabit Hippocratis enunciationem: illud tamen non tollet, quod magna ex parte solet accidere, commune siquidem est huic aphorismo cum alijs ab Hippocrate dictis, ut perpetuum quiddam ex figura dictionis ostendatur, quamuis res ipsae non semper eodem modo eueniant, sed, licet raro, interdum etiam aliter accidant.

Quibuscumque a coxendicum dolore { diuturno } molestatis excidit coxa, & rursus incidit, istis mucos superueniunt.

Saepe in articulis humor pituitosus acervat, quem mucorem appellant: a quo madefacta de articulationis ligamenta, laxiora redduntur: atque ideo facile a cavitatem articulus excidit, & rursus non cum difficultate incidit, quae nunc ait accidere istis, qui ita morbo laborant coxendicum. Quae autem coxam ait excidere, articulum coxae debemus intelligere, quo modo etiam in libro de articulis dicebat, Humerum autem vno modo noui lubricare, ac si dixisset articulum humeri.

Quibuscumque a coxendicum dolore molestatis diuturno excidit coxa: istis crus tabescit, & claudicat, si non vritur.

Hunc aphorismum non debemus a superiore se iungere, sed ipsum coniungentes, ita vnum sermonem intelligere. Vult enim dicere, quod a coxendicum morbo molestatis, quibus propter mucoris multitudinem articulus excidit, & rursus incidit, necessarium est processu temporis crus contabescere, nisi prius vrendo mucorem excicemus: quod in libro de articulis consilium fieri in brachio iugiter excidente. nam & nunc eadem est sermonis vis, cum ipse suadeat aduri coxam, sicut in libro de articulis docebat: ut & id, quod mucosum est, absumatur, & laxitas cutis, ad quam articulus lubricat, magis ex adustione contracta, arctet, ac prohibeat articulum transponi. Quod si ob multitudinem mucoris extra suum locum diu coxa steterit, (est enim hoc quidem claudicatio) necessarium crus contabescet: ut etiam alijs omnibus solet accidere, si priuata motibus fuerint, qui illis secundum naturam insunt.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIUS SEPTIMVS.

Omnes ferè, qui antea scripserunt, expositores aphorismorum, circa initia quidem ultra id, quod est utile, sermonem extendunt: in processu vero ita remittunt, ut primo quidem, quo ad utile fuerit, tantum progrediantur, deinde vero infra id etiam subsistant, & postremo usque adeo contrahant expositiones, ut nec animaduertant plures aphorismos esse nothos, atque plane falsos. Verum, ut qui sunt in disputationibus fatigati, prompte ad omnia annuunt: sic & ipsi omnes admittunt, quoscumque scriptos inuenierint aphorismos, & ad vltimam suis in expositionibus breuitatem deueniunt, prioris loquacitatis obliti. Nos sanè cum alias eorum absurditates conati sumus

A mus euitare, tum omnes ex aequo studuimus facere expositiones, quae & veritatem, & utilitatem artis intenderent, & interpretando neque se ad extremam breuitatem contraherent, (hoc enim libro conuenit, non commentario) neque ad tantam prolixitatem effunderent, quantum ipsi in principio expositionum instituerunt. id autem, quod optimè est in omnibus sermonibus, quod quidem seruat mediocritatem in vnaquaque tractatione, a principio usque in finem seruare studuimus.



In morbis acutis frigus partium extremarum, malum.

In morbis diuturnis, qui praesertim sunt sine febre, & hyeme, & aetate senili, partes extremas corporis, veluti nares, aures, pedes, et extremas manus frigiditas fieri nihil absurdum. Non tamen in acutis est mediocre malum, sed casus satis exitialis: quod vehemèntissimis accidit viscerum inflammationibus. Acutos autem ipse ait vocari morbos, quorum febres maxima ex parte continuatae sunt: in quibus, cum fuerint sine magna inflammatione, nedum extrema frigeant, sed exuri contingit. Cum vero inflammationis calor adeo vehemens fuerit, ut ad se trahat per modum cucurbitulae ex toto corpore sanguinem istis, qui ita se habent, viscera peruruntur, extremae autem partes frigeant propter defectum sanguinis ad viscera se recipientis: & eorum plerique neque tegumenta tolerant propter incendium, quod in visceribus sentiunt.

In ossibus aegrotante caro liuida, malum est.

Non enim in mediocribus ossium laesionibus, sed fortibus putrilaginibus talis species coloris circumstantibus aduenit carnibus, extincto in eis scilicet calore nativo.

A vomitu singultus & oculorum rubor, malum.

Qualis passio est conuulsio musculis, talis est singultus stomacho: quod humoribus infestatis conuenit non nunquam totum ventriculum, non nunquam os eius, & gulam: quos per vomitiones abiciens, statim a singultu liberatur, qui si neque per istas cessauerit, duorum alterum ostendit, vel cerebrum nervorum principium, vel ventriculum pati non mediocre inflammationem. Rubor vero oculorum vtriusque sequitur dispositionem, sed praecipue illam, quae in cerebro existit similis inflammationi.

A sudore horror, non bonum.

Quod iudicatoria, quae non iudicant, partim mortalia, partim male iudicantia sunt, ab ipso dictum est: quoniam natura in huiusmodi dispositionibus morbo succumbit.

A furore difficultas intestinorum, vel aqua inter cutem, vel mentis alienatio, bonum.

Difficultatem quidem intestinorum, vel aquam inter cutem transmutationis ratione esse furoris sanationem, non est extra rationem, cum a capite noxii humores transferantur ad inferiora. Mentis autem alienatio, tamen abest, ut sit furoris solutio, ut quispiam potius dicat esse incrementum. Ac profecto, si modo revera Hippocrates continuum atque vehementem furorem, alienationem mentis noiauit: quendam nouimus a furore mediocri, quo prius detinebatur, fuisse liberatum: unde ratiocinando perpendimus ex vehementi motu causarum efficientium furorem, solutionem fuisse subsecutam: quemadmodum in morbis acutis vehementissimi casus solent aliquando bonas crises operari.

In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones sincerae, malum.

Fastidium cibi per se ipsum prauum est signum in morbis diuturnis. Nam in istis, quae a talibus morbis sunt deuasuri, contrarius affectus solet accidere, vehemens scilicet ciborum appetentia. Quare cibi fastidium haudquaquam bonum est signum: multo vero magis, quando fuerit et pravae deiectiones. Sinceras vero deiectiones noiauit impermissas aquosae humiditatis, quam solum humor euacuatus deijcitur, siue sit biliosus, siue melancholicus, siue porri coloris praese ferens, siue bilis, quae aërogena noiauit. Nam deiectiones huiusmodi exusta esse omnem naturam humiditatem a calore febrili demonstrant.

Ex multa potatione, vigor & desipientia, malum.

Quod quidem multa potatio, non aqua, sed vini potationem significet, vnicuique manifestum. Desipiunt autem ex talibus potationibus aliqui, capite oppleto plurimo sanguine, ac spiritu calido. Ob hanc ipsam vero causam & calidiores reddunt, praecipue quidem caput, sed & corpus vniuersum. Pauci enim ex ipsis sunt, qui cum desipientia rigeant, in quibus calor nativus non acceditur, sed ob multitudinem extinguitur, sicuti ignis lignorum multitudine supinectus, & lucernae flamma oleo vniuersim superfusa.

A tuberculi intus ruptione, exolutio, vomitio, aut animi defectio fit.

Tuberculum (graece φύμα) nominauit, quod in alijs ipse solitus est vocare suppurationem (graece ἐμπίημα.) Intus vero ipsius ruptionem, ad ventriculum dicitur ad hanc enim consequitur vomitus, sicuti tuberculorum

tuberculorum in thorace atq; pulmone ruptio, non vomitiones, sed ex necessitate quidem tussim excitat, sæpius etiam strangulat: quemadmodum suppurationum ad intestina ruptiones, puris faciunt deiectionem. Commune autem omnium ruptionum est exolutio, & animi defectus, propter vitalis spiritus excretionem, ut alibi est demonstratum.

A profusio sanguinis, desipientia, ac conuulsio, malum.

Hic aphorismus magnam nobis affert utilitatem ad credendum, quod aliquando fiat desipientia ex defectu, quo manus ac pedes tremores. Nam & hæc membra propter potentiam ipsam mouentis imbecillitatem, infirmas habent motiones, & cerebrum vacillantes: quapropter neque vehemens est, nec desipientie genus, sed mediocre, atque, ut quispiam diceret, delirans. Ipse siquidem solet medicrem insaniam, delirium nominare. Si ergo conuulsio aliquando tali desipientie coniungatur, omnino salus est desperata. Quædam igitur exemplaria, cum & copulatiua coniunctione, scripta sunt: quædam autem vel disiunctiuam quam vocant, habent, secundum quam desipientia non bonus est casus post sanguinis fluxum, etiam si sola contigerit: multo autem magis conuulsio, et si absque desipientia facta fuerit. Maximum vero malum est ambarum conuentus, cum vel sola conuulsio ex immoderata euacuatione, casus sit admodum exitialis. nam desipientia minus malum est.

Ab ileo vomitus, singultus, desipientia, vel conuulsio, malum.

In ileis nihil descendit ad inferiora, & hoc est proprium inseparabile passionis. Vomitus autem non semper adest, sed quando exitiales sunt: et, si vehementius distorqueantur, sterces eis ascendit, atque singultiunt. Quidam vero desipiunt & conuelliuntur, compatiante neruorum principio stomachi passio. Hæc vero mihi fieri videntur ab intestinis, in quibus passio talis existit, a se expellere sterces appetentibus, quoniam in longitudine temporis coepit molestare, & non potentibus se exonerare propter eam, quæ facta est in partibus inferioribus, obstructionem, sed coactis contra naturam violentè moueri, & ad loca superiora materiam noxiam extrudere.

A morbo laterali inflammatio pulmonis, malum.

In pluribus quidem exemplaribus in fine aphorismi adiectum est malum: in quibusdam vero ita simpliciter scribitur: A morbo laterali inflammatio pulmonis. volentibus illis, quod in hunc modum scribunt, non quod sit bonum vel malum, pulmonis inflammatio morbo laterali superueniens, nunc ipsum docere, sed simpliciter hoc unum tantummodo, quod morbus lateralis soleat in pulmonis inflammationem transmutari, vel morbo laterali pulmonis inflammatio superuenire. Transmutatur igitur morbus, quoniam priore cessante, aduenit alter: Superuenit autem, quoniam altero adhuc manente, alter adijcitur. Verum hoc in loco videtur Hippocrates de superuenientibus agere, quibus statim hoc inest, quod mala sint, adeo ut, etiam si hoc verbum malum non adijcitur: vel subaudiendum sit secundum modum a comiti dictum, vel potentia ostendi existimandum. Omnis enim huiusmodi superuenientium consistentia, neque paruos, neque mites insequitur morbos, sed magnos atque malignos. Exempli gratia statim in dictis in aphorismo passionibus, quoniam non potest is, qui morbum facit lateralem, in costis humor contineri, pars eius aliqua ad pulmonem fertur. Ad inflammationem quidem pulmonis morbus lateralis non admodum consequi solet: quoniam, si mitis fuerit inflammatio, omnis humor noxius per sputum expurgatur: in perniciosius vero, antequam costæ compatiantur, strangulat ægrum.

A pulmonis inflammatione phrenitis, malum.

Quando a calido humore fit inflammatio pulmonis, quæ multos vapores transmittit ad caput: cerebrum implet vaporibus, & facit phrenitidem. Alia autem communia sunt ad prius dictum aphorismum non huic solum, sed etiam sequentibus.

Ab æstibus fortibus conuulsio aut distentio, malum.

Multi expositores ita scribi hunc aphorismum cognouerunt: Marinius vero, A vulneribus, scribit, et sequentem aphorismum sibi ait astipulari. Verumque sanè est, quod a vulneribus fortibus sunt inflammationes, ac conuulsiones. Sed, cum omnes ferè expositores et precipue vetustissimi, illam norint scripturam, quam habet, Ab æstibus fortibus: melius est, ut & nos et eadem exponamus. Quidam igitur pro æstibus, febres intellexerunt: nonnulli vero aeris ambientis feruore ita nominari dixerunt: alij pro cauterijs & escharis: & omnes verum dicunt. Superueniunt enim his omnibus haudquaquam ad bonum distentiones ac conuulsiones, propter neruorum siccitatem, quas diximus esse difficillimas.

A capitis ictu obstupescentia & desipientia, malum.

Desipientia quidem agnoscitur loquentibus agentibus, ve nihil consentaneum rationi: Obstupescentia vero (græce *εκωλησις*) quoniam neque aliquid dicunt, neque agunt, sed apertis oculis quieti manent, similes istis, qui ex timore sunt attoniti. Quod vero hæc omnia huiusmodi fiant cerebro patiente, manifestum, ostensum, non est in eo esse animæ principatum. Si igitur in fine aphorismi scriptum sit/malum/

A sit/malum/liquet, quod recte dictum fuit, indicio. non sunt, quod ictus intra ad cerebrum penetraverit. Si vero non scribat, nos nihilominus possumus subaudire, sicuti antea diximus, a comiti. Possumus autem, & quia huiusmodi casus unam indicant cerebri læsionem, magnitudinem passionis considerare.

15 A sanguinis sputo puris sputum, malum.

Quod omnis hæc enumeratio sit eorum, quæ proprie superuenientia vocantur (de quibus Praxagoras unum volumen scripsit haud paruum) manifestum est arbitror & ex ipso aphorismo. Neque enim omne sputum sanguinis, sequens habent sputum purulentum: sed tantummodo, quod malignum existit, tale autem est omnino ex pulmone.

16 A puris sputo phthisis & fluxus: cum vero sputum retinetur, moriuntur.

Quam proprie Græci, & præsertim Athenienses phthoen nominant, hæc nunc Hippocrates phthisin appellauit, ob pulmonis vlcera insanabilia, totius corporis cum febre parua extenuationem. Fluxum autem vel de capillorum defluuio, vel de humida deiectione protulit, ambo enim consueuerunt euenire, cum tabidi ad extremum mali perducuntur, alterum ex siccitate, altera ex potentia debilitate. Quod vero in fine scribitur, Si autem sputum retineatur, moriuntur. modum mortis ostendit illorum, qui ex phthoe moriuntur. Eorumque, non extenuati viuunt, donec extussere, & per ea, quæ expuunt, possunt pulmonem expurgare. Cum vero intus manent, obseratur quidem viæ spiritus, patientes vero suffocantur.

17 In hepatis inflammatione singultus, malum.

Dixi & antea, quod omnes hi feriatim scripti aphorismi de casibus docent, qui passionibus acutis & ita deterioribus factis superueniunt. Hoc modo igitur & nunc singultus hepatis inflammationem patienti dicitur superuenire, non semper, neque quomodolibet patiente, sed quoniam ad magnitudinem attollitur, feruente inflammatione: in quo feruore stomachus ad compassionem trahitur, non nunquam communium neruorum ratione, qui sunt (ut ipse docuit in secundo Epidemiorum) breuissimi. Quare tunc solum compassio fit stomacho ad hepar, quoniam inflammatio & maxima & pessima fuerit. Saneque bile fatis calida & multa in huius visceris inflammationibus genita, ac confluenta ad intestinorum principium, atque ita superfluitante, atque ad ventriculum recurrente, contingit os eius morderi, atque ideo singultire. Non nulli vero arbitrantur magnitudinem inflammationis ventriculi premere ac singultum facere, non habente exitum spiritui, quemadmodum inquirunt.

18 In vigilia, conuulsio, vel desipientia.

Quidam & hoc loco/malum/subiungunt. Nos vero & prius diximus, quod, etiam si non subiungatur, potentia continetur. Cur vero imoderatis vigilijs conuulsio succedat, aut desipientia, manifestum est eis, qui priorum meminerit. Nam dictum est ab ipso Hippocrate conuulsionem, ut a repletionem, sic ab euacuatione fieri. Ex istis autem, quæ maxime euacuant & exiccant, vigiliae sunt: atque ideo conuulsionem ex siccitate faciunt, ac desipientiam, immodicæ siccitatis ratione: ac præterea, quoniam in longis vigilijs biliolior redditur sanguis. In quibusdam tamen exemplaribus, & quidem diligentissime scriptis, hic aphorismus scriptus est sine verbo/desipientia/hoc modo: In vigilia conuulsio, quia, ut arbitror, pessima, quæ superueniunt, ab Hippocrate scribuntur hoc loco.

19 In ossis exuione, erysipelas.

Hoc in loco maxime oportet subaudire, malum. Neque enim hoc dicit, quod semper, aut magna ex parte exutis ossibus erysipelas superueniat (nam potius contrarium verum est, quod ita patientibus ossibus, raro superuenit erysipelas) sed quod casus prauus est osse nudato carnem circumstantem videri ab erysipelate apprehensam.

20 Ab erysipelate, putredo aut suppuratio.

Clarum est & in hoc sermone, quod malignis erysipelatis hæc superueniunt.

21 A forti in vlcerebus pulsu, profluuium sanguinis.

In vlcerebus inflammatis pulsus fit non ferente carne incumbente arterijs, illarum motum, se dolente, quando se attollentes exciderint. Est enim huiusmodi pulsus, sensus quidam cum dolore ex arteriarum motione factus, quas neque ab initio sentiebamus, cum membra se haberent secundum naturam, tum quia eorum ad hæsus non est molestus, tum quia in spatio laxiore mouentur. Membris vero inflammatis, & loci angustatio, & dispositio dolorifica, tristem afferunt laborantibus sensum ex motu arteriarum: quem non solum medici, sed omnes homines pulsus appellant. Videtur autem & hic arteriarum motus augeri in talibus dispositionibus. Ostensum siquidem est in commentarijs de potentijs naturalibus, quod est quædam in ipsis et vis aliena excernens, quæ & sudores iudicatorios facit, & profluvia sanguinis, & alui inferioris deiectiones, & quæcunque alia huiusmodi

modi. Secū dū hāc igitur vim nō nunq̄ vehemētius natura operās, magnū et violētū arteriarū effi-
cit motū, appetens illa, quæ molestat, expellere: atq; ita profluuium sanguinis facit.

A ventris dolore diuturno, suppuratio.

Siue frigus, siue omnino aliqua inæqualis intemperatura circa ventrem fuerit, siue ventus fla-
tuosus, siue acritudo quædam mordax, fieri non potest, vt in longum extendatur, si omnia circa
ægrum opportune fiant: hoc enim in omnibus sermonibus talibus subaudire oportet. Relinquitur
igitur, qd adhuc dolor p̄duret pp̄ inflammationē: q̄ t̄pis, p̄cessu p̄culdubio suppurabit, nisi hoīem
morte præcipiat. nam & hoc subaudire oportet in omnibus sermonibus talibus.

A deiectione sincera difficultas intestinorum, malum.

Deiectiones sinceras solet (vt dixi) Hippocrates nominare impermixtas aquosæ humiditati, q̄
solum habet sincerum illum, qui infra deijcitur humor, siue sit flaua bilis, siue atra. Nihil igitur mi-
rum, si in talibus deiectionibus aliquod intestinum exedatur.

In ossis præcisione, desipientia, si in vacuum apprehenderit.

Osse, quod in capite videlicet est, præciso, nō simpliciter, neq; vtcunq; contigerit, sed vsque ad
interiorem superficiem, quam vacuum excipit locus, qui cerebrū continet, desipientia fit. nā passio
proxima tūc existit membranæ & cerebro. Marinus aut, nescio quo modo, legendū seorsum exi-
stimat: In ossis præcisione desipientia, & rursus seorsum facit principium aphorismi secū dū: Si
vacuum apprehenderit, adijciens ipsi, Ex potu medicamenti cōuulsiō, mortale. ita vt totus apho-
rismus talis fiat: Si vacuum apprehenderit ex medicamenti potione conuulsiō, mortale. Rōnabi-
liter enim inquit hoc dici: semper, n. factam ex euacuatione conuulsiōnem damnari ab Hippocra-
te. Sed hoc quidem recte Marinus inquit, qd propter immodicam euacuationem facta conuulsiō
est exitialis: sic igitur & facta ex potione medicamenti est exitialis. Verum non animaduertit, qd
sermonem priorem falsum ostendit: nā aperte falsum est, quod in ossis præcisione desipientia fiat.
Neq; enim ex alio cuius ossis alterius, neq; eius, quod cerebrum tegit, præcisione, demētia sequit̄,
antequam ad membranas passio perueniat.

Ex medicamenti potione conuulsiō, letalis est.

Medicamenti potiones, & medicationes, cōsuevit Hippocrates pp̄rie noiare eas tm̄, q̄ cū pur-
gantibus fiunt medicamentis. Quod vero cōuulsiō, quæ fit istis supra modū euacuatibus, letalis
existat, si quis eorum meminit, quæ sæpius a nobis sunt dicta, non ignorat.

In forti dolore ventris, partium extremarum frigiditas, malum.

Fit quidem (sicut & supra dictū est) ob magnitudinem inflammationis in visceribus partium
extremarum frigiditas: fit etiam pp̄ animæ defectum, vel quia calor natiuus extinguitur, vel quia
pp̄ multitudinem suffocetur, tum præcipue, cum frigida fuerit: Fit insuper & pp̄ dolorem vehemē-
tem medias corporis partes occupantē, ob quē natura in seipsam cōtrahit, & ad eā cōsequitur san-
guis, non solum extremas corporis partes derelinquens, veluti pedes, & manus, & caput, sed &
cutim vniuersam. Causam igitur quandam particularē dixit Hippocrates hoc in sermone partiū
extremarum frigiditatis, sicut & in pluribus alijs sermonibus hoc ipsum fecisse ostendimus. Sed
mirandum non est illum, qui primus multa adinuenit, non omnium simul, sed singulorum parti-
cularim fecisse mentionem.

Mulierī vtero gerenti si tentio superuenerit, facit abortum.

Circa intestinum, quod rectum noiatur, tentio (græce tenesmos) fit, eandem habens causam ac
dispositionem, quā in difficultatibus intestinorum suscipit aliquod ex superiacētibus intestinis.
Hæc aut passio nomē accipit (vt inquit) ab illa, quæ fit in ea, tentione: ob quam cum cacare vehe-
menter appetant; continue exurgunt. Ob talem igitur tentionem atq; molestiam, & totum aliud
corpus laborat, sed præ cæteris matrix, q̄ cognata est recto intestino. Nihil aut mirū, si pp̄ vehemē-
tes atq; frequentes exurctiones, conceptus abortitur, qm̄ & ex alijs omnibus fortibus motibus
atq; doloribus mulieres grauidæ solent abortum facere.

Quando os, aut chartilago, aut neruus abscinditur in corpore, non augetur.

Et hic aphorismus iam scriptus est antea, his verbis: Quando discissum fuerit os, vel chartilago,
vel neruus, vel maxilla tenuis, vel præputium, neq; augetur, neq; coalescit. & nos in sexto cōmen-
tario ipsum exposuimus.

Qui alba pituita detinetur, si fortis ventris fluxus superuenerit, a morbo liberatur.

Consueuere & alij medici quædam aquæ inter cutem specicē, leucophlegmatian. i. albā pituitā,
nominare,

A nominare, vel qd sit et aliqua pituita liuida, vel qd sui quidem ratione sit semper alba, sed pp̄ mistio-
nem quorū dā aliorū humorū verū muret colorē. Potest et, sicut in libro de articulis scripsit, Ver-
tebræ, quæ i spina sunt, nō tanq̄ sint alibi, distinguēs, sed simplici vtēs adiectione: sic & hoc i loco
absq; distinctione, albi fecisse adiectionē. Hoc aut, qd subiecit, ex forti alui profluuiō, vel diuturno
(vtūq; n. scribit) solui albæ pituitæ superabundantiā, cōe est ad multa alia, quæ ita ab eo dicta sunt.

30 *Quibus in alui profluuijs excrementa spumosa sunt: ijs ex capite pituita defluit.*

Hoc indistincte dictum est. Fiunt enim aliqñ alui excrementa spumosa spirituoso humore ex
capite ad ventriculū defluente. Fiunt & vasis, quæ ad ipsum perueniunt, illum effundētibus. Fie-
ret etiā aliqñ in ipso ventriculo vnam habētia, vt quispiam diceret, causam cōtentiuam, quocūq;
excernatur aut fiat, antecedentes vero plures. Est aut huius pituitæ causa cōtentiuā flatuosus spi-
ritus, dum humori cōmiscetur, vehementē habens motū, & inæqualem ita, vt & ipse dirūpatur
& pituitā frangat in multas ac paruas partes. Talis vero motus ipsius causa est, & propria natu-
ra, & calor non nunq̄ multitudo. Sic & in ijs, quæ elixantur, apparet spuma, maximeq; cum te-
nacē habuerint naturam: & in mari violētis ventis agitato. Qui vero arbitrantur per pulmonem

B ad ventriculum pituitam deuenisse, atq; ideo ipsam videri spumofam, nescio, quid inquiet de ijs,
quibus fiunt a capite ad pulmonem fluxiones manifeste. Oportebat siquidem in his alui excre-
menta esse spumosa: verum hi neq; spumosa per sedem excernunt, neq; cum tussi expuunt, & tñ
sæpius manifeste asperę pulmonis arteriæ sunt eo, qui a capite fluxit, humore completæ, qui con-
coctus puri quidē est similis, spumofus aut nequaquā. Sed neq; semper ex pulmone spumofum
sanguinem expuunt. Videtur itaq; cum ex propria substātia visceris simul quicquā effertur, san-
guis esse spumofus. Sanē, & qui morbo laterali laborant, aliqñ spumofum expuunt, sed raro. Hi
vero et rariū, qui inflammationem pulmonis patiūtur, calore scilicet, vt mihi videtur, intemperato
atq; igneo in patientibus partibus aggregato. Si vero, quod a capite defluit ad asperas pulmonis
arterias, vt non nulli volunt, permeat ad inferiora: primum ad vētriculos cordis ipsum peruenire
oportebit: post hoc duorum alterum eueniet, aut primum per cauam venam ad gibba hepatis, de
inde illinc ad caua, & ita per portas ad intestinorum inuolucra: aut primum quidem ad magnam
arteriam, deinde sic ad illam, quæ est in mesenterio. Sed quomodo adhuc spumofum remaneret,
& sanguini commistum, & tot cum eo venas pertransiens?

31 C *Quibus cumq; febricitantibus, in vrinis sunt sedimina, veluti farina crassior, longam ægritudinē fore significat.*

Et hic sermo adhibita distinctione verus est & ab experientia comprobatus, nam tales vrinæ
exitiales sunt, sicut etiam in Prognostico dictū est: plurimiq; morte præcipiuntur, antequā ægritu-
do diutius protrahatur: et, quicunq; ex ipsis sunt liberati, ijs omnibus in lōgum producta est ægri-
tudo, cum dispositio multam requireret cōctionem, in qua talis vrina mingitur. Dictum autē est
a nobis in libro de Crisibus, plenius de vrinis omnibus. In Epidemijs autem (sufficit enim mihi
de duobus ægris tantummodo fecisse mentionem) in primo quidem libro de Sileno, secundo lo-
co conscripto post tres constitutiones: de quo in sua enarratione sic inquit: Minxit totum simul,
subcrassum: sedimē instar farinæ crassioris, album: extrema rursus frigida: vndecima mortuus est.
In tertio aut de ægro, qui ordine tertius est, de quo ipse ita scripsit in suæ enarrationis initio: Qui
iacebat in horto Dealcis, deinde paulo infra: Vrines tenues, variæ, habentes sublimamenta parua
instar farinæ crassioris. Hunc autem dicit quadragesimo die fuisse iudicatum. Liqueat igitur & ex
his exemplis, qd, quicunq; mingunt vrinam similem farinæ crassiori, si saluari debeāt, tarde libe-
rantur. Quicunq; vero exitialiter se habent, contingit hos quā cito interire.

32 D *Quibus autem biliosa sedimina supra tenuia, acutum morbum significant.*

Biliosum quidē semper acutos morbos operatur. Dictū enim a nobis est, qd amaræ bilis humo-
rem ita medici prisci consueuere appellare, sicuti melancholicum semper cum adiectione dicunt,
non simpliciter bilem proferentes, sicuti flauam, sed atram bilē nominantes. Quod aut sequit̄, su-
pra tenuia, hoc est aquosa: (sic enim consuevit vti tenuis appellatione Hippocrates) non bene di-
ctum videretur. Vrina siquidem aquosa, cruda est & diuturna. Equidē nūquam vidi vrinam, cu-
ius sedimen biliosum esset, pars vero superfluitas aquosa. Non absq; ratione igitur nō nulli expo-
sitores dixere aduerbium supra non locum, sed tempus hoc in loco significare, ac si ita diceretur:
Vrinarum sedimina, qm̄ ab initio tenuia sunt, postea vero biliosa fiunt, acutū morbum significāt.

33 *Quibus cumq; vrina distantes sunt, ijs turbatio vehemens in corpore fit.*

Si verbum distantes in propria significatione accipiatur, rem impossibilem ostendet. Vrina
siquidem semper est sibi ipsi continua, nullum spatium vacuum habens interiectum. Si vero per
id substantiæ inæqualitatem dici intellexerimus, recte dixit vehementem significari perturba-
tionem, nam superante natura, omnia æqualiter vnita sunt. ægris vero causis tumultuantibus, ac
renitentibus ei, illud, quod superatur atq; concoquitur, aliam habet formam: renitens vero atque
tumultuans,

tumultuans, aliam: & quando plura huiusmodi fuerint, variam magis ostendunt urinarum inaequalitatem, & eius causam, perturbationem.

Quibus in urinis bullae insident, morbum renalem & longum significant.

34

Bullae sunt, circumextento humore spiritui flatuoso. Solet autem hoc magis accidere, quam humor aliquid tenacitatis habet: tunc autem & bullae ipsae sunt stabiles, & difficulter solubiles. Cum igitur spiritus flatuosus una cum urinis excernitur, signum est frigidae aegritudinis renum. Haec enim aggregat spiritum flatuosum: atque ideo aiunt aegritudinem fore longam. Frigidum enim non est difficile solubile, & vix coctionem admittit, atque ideo diu durat. Non nisi illi etiam astitit ab acrimonia urinarum aperiri ora arteriarum, quae sunt in renibus, atque ita excerni spiritum aliquem, qui cum urinis exit, & bullas facit.

Quibus insidens pingue, ac simul totum, ijs renum vitium acutum significatur.

35

Sive alui excrementum, sive urina pinguis fuerit, colliquatione adipis fit non magis in renibus, quam in toto corpore, existentis. quare neque oino morbi renalis est signum, sed commune omnis adipis ab igneo calore colliquati. Aut igitur ita intelligendum est, tanquam in ijs, de quorum vitio renali non ambigitur, non passionis genus, sed acutiem dignoscat ac praedicat in hoc aphorismo Hippocrates: vel pro verbo nephritica, quod significat vitium renum, scribendum est, phrenitica: sicuti quidam scripserunt expositores. Quanquam neque hoc solius phrenitidis signum existit, neque simplicis, neque incenditis, sed cuiuscumque febris colliquantis. Quod vero totum simul sermoni adiectum est, potest & breuitatem temporis significare, potest nihilominus & loci spatium. Quod, non astrictum est, & in seipsum contractum, simul totum (graece ἀπὸ πᾶν) nominamus, contrarium existens distracto atque disperso. Haec itaque a nostris etiam praceptoribus huc usque fere interpretata. Quid autem ego sentiam, nunc explicabo. Simul totum sermoni adiectum; mihi videtur de tempore dictum, atque ideo adipis renum ostendere colliquationem. In alijs enim partibus corporis adipis colliquati, paulatim, & non vniuersim cum urina exeunt, primum colliquatione participata a venis illi vicinis, deinde ab ijs, quae continentur, & rursus ab alijs, donec ad renes perueniatur. Adipis vero circa renes colliquati transumptio ad urinas celerissima est, & non paulatim, sed simul tota fit, atque ideo in renibus ipsis dispositionem esse monstratur: cui rei & experientiam inuenies, si diligentius animaduertis, consentientem. Cum vero duplex extet scriptura, nam in quibusdam exemplaribus insidens, in quibusdam subsidens scribitur: primam dicimus esse veriore. Insidet enim semper, quod pingue est, et non subsidet. Saneque prioris aphorismi dictioni magis consonat ista scriptura. In illa enim Hippocrates dixit: Quibuscunque autem in urinis bullae insident, morbum renalem, & longum significant. Consentaneum igitur ei, quod dixit insident, quod deinceps dictum est, Quibus insidens pingue, & simul totum, ijs renum vitium, & morbum esse acutum significatur.

Quibus autem morbo renali laborantibus praedicta accidunt signa, doloresque circa spinae musculos sunt, si quidem circa loca exteriora fuerint: abscessus quoque exteriori futuros expectata. si vero dolores magis circa loca interiora fuerint: etiam abscessus expectata futuros interius.

36

In prioribus quidem aphorismis signa docuit, per quae renu vitia possemus dignoscere: in hoc vero de ijs docet, quos longo tempore scimus morbo renali laborasse, in quibus in ipsis futurum abscessum labore, hoc est dolore, cum signis praedictis praegresso circa musculos spinales, quos graece rhachiaius & rhachitas medici noiant. Duplex autem est horu musculoru genus: vnum quidem retro sub cute, totam spinam vtrinque complectens: alterum vero in partibus anterioribus, non per totam spinam extensum, sed solum per partes ad lumbos attinentes. In vtris autem horu se firmauerit dolor, illic quoque abscessum futurum expectata. Nunquid vero renibus ipsis suppuratis, aut solis musculis, aut aliquo vtriusque, nondum praefiniuit: experientia vero haec dia fieri ostendit. nam & musculi soli non nunquam hoc patiuntur vel interiores, & anteriores, vel posteriores, & exteriores: & sine musculis renes, non nunquam introrsum, non nunquam extrorsum vergente in ipsis abscessu.

Quicumque euomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare: si vero cum febre, malum. Curare vero acerbis, & refrigerantibus.

37

Quae vomimus quidem, e gula & ventriculo: quae vero extussumus, ex aspera arteria & pulmone feruntur. Quidam vero huius libri expositores aiunt sub verbo euomunt/comprehensos esse & illos, qui ex aspera arteria atque pulmone sanguinem educunt. Atqui salutarem esse hanc passionem, hoc est curari posse, quam aegri non febricitauerint, haudquaquam est verum. Siquis enim absque febre vel prorsus ex pulmone cum tussi sanguinem emiserit, periculum imminet, ne curatio fiat: & si perdurauerit casus, omnino postea febres succedent. Ob hoc igitur melius est, ut accipiamus verbum euomunt in proprio significato: consideremusque deinceps atque distinguamus, & quid periculo vacet in ipso, & quid cum periculo sit ex febris praesentia, vel absentia, nam illis, qui

A qui febre vacat, liquet nullam adesse inflammationem in loco, unde emittitur sanguis. Quare vel alicuius vas ore adaptum sit sanguis vomitus, vel cum vlcere quodam, sed sine inflammatione. Curant autem, qui sunt absque inflammatione vlcera facile acerbis. Quae cumque vero cum inflammatione sunt ac febribus, non solum curari non possunt, sed neque in eadem permant magnitudine permantere, semper enim maiora fiunt, ac maligniora.

Distillationes in ventrem superiorem suppurantur intra viginti dies.

38

Ventrem superiorem nunc nominat, qui a thorace praefinitur, quem pulmo obtinet, atque ideo in ipsum a capite distillatio fertur per asperam arteriam. Suppuratur autem magna ex parte in viginti diebus, & non (vt multi scribunt) in vno et vigesimo. Semper enim Hippocrates die vigesimum iudicatorium facit, non vigesimum primum, quemadmodum in libris de diebus iudicatorijs ostendi.

Siquis sanguinem mixerit & grumos, & stillicidio urinae laboret, & dolor incidit in femur, & in venterum peccinens: quae circa vesicam, male se habere significatur.

39

In omnibus fere exemplaribus hic aphorismus scriptus est: eximere autem ipsum oportet per alterum, qui prius est dictus, quem nos exposuimus in quarto horu commentarioru per haec verba scriptum: Si sanguinem mingat ac grumos, & urinae stillicidio laboret, & dolor incidit in imum ventrem & peccinens: quae sunt circa vesicam, male se habent. In proposito autem aphorismo est vltima scriptura duplex, vna, quae ante scripta fuit altera talis, Vesicam male se habere significatur.

Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit, tale est melancholicum.

40

Incontinens quidem noiat linguam, quae aut infirma est, ita vt non possit integre dearticulare vocem, aut imobilis, & oino resoluta: stupore autem elanguet (graece ἀπὸ πᾶν ληκτοῦ) aliqua corporis parte, quae resoluta est. Cur vero haec repente facta, dicat esse melancholica, ignoro. Melancholice enim in cuius nomine omnes Graeci consentiunt, recte ab ipso talia indicia sunt prodita: Si timor atque moestitia longo tempore perseveret, ex eo melancholia significatur. Alio autem, melancholicas dicimus esse passiones, caneros, elephantes, scabies, lepras, & vitiligines nigras. Sed neque talium passionu aliqua, neque illa, quae ab omnibus noiatur, melancholia, linguae incontinens videmus antecedere, sicuti neque alicuius partis stupore. Quare superest, vt dicamus, quod quemadmodum quartani circuitus causa est humor melancholicus, sic & dictarum passionu, & linguae incontinens, & partis resolutionis: fierique posse, vt per humoris crassitudinem tales passiones consequantur, quales ex crassa & lenta eueniunt pituita. Non igitur dicemus simpliciter vtriusque dictoru esse melancholicum, sicuti neque pituitosum simpliciter, sed pituitosum simul & melancholicum. Adiectum autem est sermoni aduerbiu, repente, propter mala, quae paulatim fiunt, ex inflammatione duritiae retinente, & imtemperatura difficulter solubili.

Si senioribus supra modum purgatis, singultus superuenerit, non bonum.

41

Cois est hic fermo in vtriusque, & quatenus omnibus supra modum purgatis non est bonus singultus, & quatenus senioribus omnia mala peiora fiunt propter aetatis imbecillitatem.

Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti superinfusa, solutio fit febris.

42

Ex hoc sermone manifeste declarat non omnes febres ex bile fieri. Ostenditque etiam, quod reliquae omnes ex ceptis ijs, quae ex bile factae sunt, aqua multa capiti superinfusa soluntur. Secundum hunc sermonem igitur in primo libro Epidemioru de Melitone scripsit: Balneis vsus supra caput. Febres siquidem, quae ab exustione ac frigiditate factae sunt, a talibus balneis vtilitate sentiunt, nec minus, quae ex lassitudinibus fiunt, & quae propter foraminu angustationem, siue propter obstructionem, siue ob clausuram fuerint angustata. Respirare siquidem per ipsa oportet & dissolui calorem febrile. Non tamen, vbi inflammatio aliqua, aut absque inflammatione humoris putredo igneum calorem accenderit, balnea vtilis sunt, antequam noxii humores euacuentur aut concoquantur. Verum tales morbos aut lateru inflammationes, aut pulmonis, aut hepatis, aut lienis, antiqui nominabant, volentes febre non esse morbum ipsum, sed casum morbi. In quibus autem sine partis inflammatione, putrescentes in venis humores, febre accendunt: in illis solis dicebant hominem a febre molestari, & ipsum a febre haberi. Atque in ipsis februm scripsere differentias, Hepaticam, & Lipyriam, Eloden, & Typhoden, pestilentem, & ardorem nominantes. Hepaticam autem febrem, vel lienosam, aut pulmoniam, aut lateralem nemo dixit, adeo vt nunc fermo ab Hippocrate habeat de per se febribus, quae sunt absque partium inflammatione. In pluribus autem exemplaribus non aqua, sed sudor scribitur, talem habere scriptura intellectum: Si febris non ex bile ortum habeat, multus sudor a capite defluens febre soluit. non ex solo capite sudorem fundi dicente Hippocrate, sed a prima parte, quae subijcitur oculis, de toto monstrate corpore. Quantum igitur ad hanc scripturam attinet, si, qui ex bile febricitat, a talibus sudoribus nihil iuuabuntur. Atque sepius manifeste soluitur cum aliae plurimae febres, tum in quibus flaua bilis plurima est, Tertiana, & Ardore. Melior igitur est prima scriptura, quae veram docet curationem earum februm, quae ex dicto genere sunt, quae videlicet vel ob lassitudines, vel exustiones, vel refrigerationes, vel oino cutis fiunt angustationes. Quod autem a bile dicitur, & de pallida, & de atra bile intelligi potest: non

Extra ord.

Hh tamen

* At Metone hic est egroratus, septimus Libri primi Epidemiorum.

tñ in his solis ostēdebamus, sed & ob pituitā putrescētē fieri febrē. & in hac sola videbit aphorismus nō eē verus, nisi q̄ existimauerit pituita putrefactionē in humorē biliosum cōuertī.

Mulier ambidextera non fit.

Ambidexterū Euripides noīat ferrū vtrinq; incidēs: circū dextrū autem Homerus Asteropaeū ambabus manibus similiter vtentē: ac si vtrinq; dextrū dixisset. Eodē mō ambidextrū Aristophanes in Tegenitis, vtrinq; sinistrū. Hipponax ambidextrū dixit in hoc versu: Ambidexter. n. sum, & nō aberrans. Hoies itaq; qui ambabus manibus pro dextris vtūtur, saepe vili sunt: mulier vero nulla ad hūc vsq; diē, ob naturā imbecillitatē. Si. n. ambabus manibus ob neruorū robur ac musculorū quidā viri vtuntur, rōnabiliter nulla mulier vtēt: cū satis ipsi esse debeat, si sola dextra mediocriter vtatur. Amazonidas qdē ipse inquit māmā dextram exurere, vt plurimo alimēto ad manū vicinā proueniētē, maior ei vigor adsit, vt quā & ipsa sit natura debilis. Quidā tñ aiunt ambidextram dictam eē, quā parte vteri dextra genita sit, quibus adhuc magis à ratione deuiāt, qui de hermaphroditis inquit Hippocratē fuisse locutum, dixisseq; mari quidē muliebri pudēdū adnasci, mulieri autē virile nequaquam.

Quicumq; suppurati vntur vel secantur, si pus purum fluxerit & album, euadunt: si vero subcruentum & faeculentum ac foetidum, pereunt.

Suppuraciones cōsuevit noīare, nō eas tñ, quā sunt in thorace, sed in quauis alia parte ad pus alterata tubercula. p̄cipue vero suppuratos illos ferē solos noīat, qbus inter thoracē atq; pulmonē aceruatū est pus: quos vrere cōsuetos eē veteres, discere licet ex ijs, quā dixit Plato comicus de Cinesia, hisce verbis: Post hęc Euagorā filius Cinesias ē morbo laterali aridus, puris expers, calamea gerēs crura, tabis nūcius, plurimis escharis corpus inustus ab Euriphōte in concionē prodijt. Quod quidē pus albū, bonū sit: feculētū vero & foetidū, malū, nemo ignorat.

Quorum hepar suppuratum adurit, si pus purum fluxerit, & album, euadunt, in tunica. n. his pus continetur: si vero, qualis amurca, fluat, pereunt.

Ipsē causam dixit, ob quā nō nulli peunt, qui ita se habēt, nō nulli vero euadunt. Quibus. n. in tunica est pus, nihil patiēte substantia hepatis, saluant oēs: quibus vero vsq; ad carnē hepatis corruptio ptingit, non absq; rōne moriūtur. Quod autē amurcam oēs nominēt fecē olei, & q̄ talē par est esse incoctam putredinem hepatis, liquet vnicūq;.

Dolores oculorum, post meri potionem, & aqua calida balneum, venae sectione curato.

Hic aphorismus mihi vī ex ijs vnus eē, qui fuere interiecti, cū nō cōsentiat vni ex illis, q̄ antea scripti fuerunt, huic scilicet: Dolorē oculorū meri potio, balneū, vel venā sectio, aut medicamentū soluit. quē sanē aphorismū in sexto exposui cōmētario, ostētis dispōnibus, in qbus oporteat singula remedia in vsū deducere. Propositus vero aphorismus in vna vult dispōne tribus vti remedijs. Si quis igitur nos sciat docere dispōnē, in qua tria hęc remedia cōueniāt, ei habebimus gratias. Quousq; vero exposuerint qdē hūc aphorismū, quasi legitimū, nos vero nō docuerint, quānā sit ea dispositio, eorū expositionibus nullā prestabimus fidē. Quā igitur dicunt, q̄ oīno aliqd conantur dicere, et si mediocritē habēt probabilitatem, sunt huiuscemodi. In qbus sanguis crassus superabundat, atq; ideo euacuatione indiget, melius putant ipsum fundere prius, deinde secare venā. Fusile autē fiet, si aegri merum biberint, & se balneauerint. Sed eos, q̄ hęc dicunt, nunq̄ exquisitē experiētia nouisse illa, quē dicunt, sciunt in artis operibus exercitati. Nam neq; vinum, neq; balneū tolerat plethorica dispositio absq; maximo detrīmēto. Verū hęc auxilia sunt sanguinis crassi in aliqua parte cōpacti sine totius corporis repletionē. Sic. n. Asclepiades vti vīno post totius corporis euacuationem pro remedio extētionum. Si vero adsit in toto corpore plenitudo, prius dirumpētur oculorum tunicae inter bibēdum atq; lauandū. Quare, si absq; multitudine dolor fiat propter obstructionē ac cōpactionē crassi sanguinis, recte quidē lauabunt, & vinū dabunt, non recte autē secabunt venam. Si vero multitudo fuerit, recte quidē venā vtētur sectione, non recte autē lauabunt & vinum dabunt.

Aqua inter cutem laborans, si à tussi habeatur, desperatus est.

Et hoc prius dictum est ab ipso in hoc aphorismo: Aqua inter cutem laborantibus si tussis superueniat, malum.

Vrinae stillicidium, & mingendi difficultatem, vini potio, & venae sectio soluit, incidere autem interiores.

Quod vrinae stillicidium significet vrinae stillatim exeuntis emissionē, nomen ipsum ostendit. Mingēdi vero difficultas potest, & quā cū dolore sit, mictio dici potest & quē cū difficultate aliqua, adeo vt vix vesica opeatur. Vrinę stillicidiū, ipsius vrinae acrimonia facit, & potētia retētūa, in vesica imbecillitas, quā ob intēperaturā fit, praefertim frigidā. Vrinae vero difficultatē, si quidē cum

A cum dolore fuerit, inflāmatio, & abscessus, & vlcera, & inaequalis intēperatura, & spiritus flatuosus. Sin motus quidā difficilis, vel potētia imbecillitas, vel tumor cōtra naturā. Ex oibus autē hisce dispositionibus frigiditatē quidē soluit thorexis, hoc est vel simpliciter vini potio, vel meracioris: atq; eam etiā inflāmatōnem, quē ppter obstructionē sanguinis crassioris citra multitudinē facta fuit. Illam vero, quā cum multitudine fit, inflāmatōnem, adhuc autē & aliam, quā sine defectu est, & cum potētia robore, venā sectio sanat. De eo autem, quod dicitur incidere venas interiores, dictum est à me & in libro praecedente, in quo hūc aphorismū exposui: Vrinae stillicidiū venā sectio soluit: incidere autem interiores.

Ab angina habito tumor & rubor in pectore superueniens, bonum: extra enim vertitur morbus.

Et hic aphorismus antea dictus est per hęc verba: Ab angina habito tumorē fieri in parte colli anteriore, bonum. Exposui autem ipsum in quarto horum cōmētariorum. Hic igitur videt fuisse interiectus, volente aliquo adiungere: Extra enim conuertitur morbus.

Quibus cerebrū sphaclatū, i. corruptum est, in tribus diebus pereunt: si vero hos euaserint, sani fiunt.

B Sphaclare sepius in libro de fracturis & articulis, p̄ corrupere, vsus est. Hic vero nō cōtingit cerebri corruptionē intelligere, cū adiectum sit: Si vero hos effugerint, sani fiunt. Si. n. sphaclatus est corruptio substantiē vnicuiusq; partis, q̄ sphaclari dī, nō cōtingit hunc, qui ita aegrotet, p̄ sanari. Nūquid igit aliq̄ ab uterū hoc verbo ad significādū huius dispōnis inceptionem, quē tñ nondū exacte cōpleta sit? Tale. n. quiddā carnositas ē partibus accidit, quas gangranā pati dicimus, cum passio ob magnitudinē inflāmatōnis insensibilitatē, nigritiē, aut oīno morticinū quendā colorē intulit, & cum in hęc dispōnem tendere particula patiens incipit. Sicuti igit gangranā ita iam cōpletam, vt pars sit intermorta, sanare est impossibile, dum vero adhuc sit, possibile: sic & sphaclatū. Saneq; partis carnosae interitū ex magnitudine inflāmatōnis, quē p̄prie medicī gangranam noīant, Graeci sphaclatū ē appellabant. Sic igitur mihi vī & Herodotus dixisse coxā Cābylis sphaclari. cerebrumq; ita quispiā diceret sphaclari tātummodo. Iam vero, p̄ quid velox in eo mors sit, manifestū est, nimirū quia & morbus grauissimus & pars p̄cipalis maxime sit. Quod si aeger mori tribus primis diebus nō anticipauerit, sed ad diem quartū pueniat, sperādū est & morbū declinare, & vires fortes ita esse, vt morbum omnino superare possint.

Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo, quod in capite inani. Aer enim intus cōiens extra erumpit. Sonat autem, quoniam per angustum ipsi est exitus.

Tales sermones duo significant, vnū, quod de omni re proposita vniuersaliter dī, velut hoc ni loco de sternutamentis: alterū, quod particulatim de quibusdā tñ, velut hic de sternutamentis ex cerebro factis. Primus igit sermo talis erit: Omne sternutamentū fit ex capite cerebro calefacto, vel humectato eo, quod est in capite inani. Secundus vero: Sternutamentū ex capite eueniens, fit cerebro calefacto, vel humectato capitis inani. quod verius existit. Non. n. oīs sternutatio fit calefacto cerebro, vel humectato in capite inani. Pennis. n. quidā nares irritantes sternutant. & cū tussi spiritus defubter veniens ad naris meatus, causa fit sternutamentū. Praeterea opinari solū aerē, qui ex capite excernitur, esse, quod sonat, est manifeste falsum. Nam liquido apparet defubter ex pulmone elatus aer vniuersim se cōprimente thorace. Sed & antecedente inspiratione fieri sternutamentū, natura aggregante aeris copia ad sternutamentū generationē, ijs, quā dicta sunt, astipulatur. Solum itaq; illud sternutamentum, quod habet suae generationis principium, naturā appetentem excernere flatuosum spiritū ex capite, hoc modo fit, quem docere aggreditur aphorismus, neq; forte hūc omnē. nam, quod ait, humectato, superfluum est ad sternutamentū generationem.

D Nam, & si aliquis humor in capite superabundat, nō facit tñ sternutamentū, nisi in ventum conuertatur. & hoc manifeste vī in multis, qui, licet copiā humoris per nares excernant, non tamē p̄pterea necessario saepe sternutant. Soli. n. ex his ita affectis illi sternutāt, qbus mordax est ea, quā a capite fluit, humiditas, ceu & siqd mordax naribus imponas. sicut. n. tussis casus quidā naturalis est ad expurgandas eas, quā sunt in pulmone, asperas arterias, sic & sternutamentū manifeste vī expurgare nariū meatus. Duplici autē in ipsis existente perforatione, lata qdē ad os: p̄ meatus vero tenuiores, ad cerebrū: quē quidē est ad os perforatio, ab eo, qui defubter, spiritu effert: qui vero ad cerebrū meatus pertingunt, ab illo, qui ab ipso prodit, expurgātur. Atq; si diligenter aduerteris, videbis sternutamenta, quā ex capite motus initium habent, leuare caput. Fiunt. n. & rarefactis ijs, qui sunt in capite, humoribus, & naturae impetu excretis. Rarefieri vero ipsis accidit concalēfactis. Calefiūt autē natiuo calore excitato, ob cuius imbecillitatem prius erāt superfluitates aggregatae. Cum igitur ait: Calefacto eo, quod est in capite, inani/ maxime quidē intelligendū est de eo, quod est in ventriculis cerebri: adhuc autem & de illo, quod ipsum ambit exterius, facile est enim & illi per cerebrum primo quidem ipsos ventriculos, inde vero nares subire. Quia vero repente torus simul erumpit, sonitum edi Hippocrates inquit. Est autem commune hoc, vñdecunq; venirit, siue ex pulmone elatus, siue ex capite delatus.

Extra ord.

Hh ij Quicumq;

Quicumq; hepar circumdolent, ijs febris superueniens soluit dolorem.

E 52

Verbum superueniens indicio est, quod prius, cum circumdolent ipsi, non febricitabant. Si igitur hepar vehementer dolebat, vel propter fortem inflammationem dolebat, vel propter spiritum flatuosum, tumque non aderat ipsis inflammatio, alioquin omnino febricitassent: par igitur est, quod flatuosus spiritus sit causa doloris in ipsis. Doleat etiam hepar propter obstructionem, verum mediocriter, & cum quodam ponderis sensu potius, quam vehementis doloris. Dolor autem vehemens propter flatuosum spiritum, vel inflammationem, maximam scilicet aut suppuratam, accidit.

Quibus a venis sanguinem mittere confert, ijs vere venam oportet secare.

53

Hic aphorismus pars est eius, qui prius dictus fuit in hac verba: Quibus medicamentum oportet, vel venae sectio confert, ijs vere secare venam, vel purgare medicamento opus est. Atque ideo in quibusdam exemplaribus non est ascriptus omnino: id quidam libri huius expositores sciunt, bisque ipsum scribunt: nonnulli vero neque mentionem eius omnino fecere. Non admirari vero illos non possis, qui non modo bis eundem scribunt aphorismum, verum et in eisdem commentariis eum exponunt, nulla facta significatione, quod ipsi, qui antea scripti fuerunt, quidam sunt ex toto eisdem, quidam vero ex parte, cuiusmodi hic est. Quidam igitur visum fuit vel ipsi, qui hos adiecerunt aphorismos circa finem libri, vel ipsi Hippocrati, ut bis de eisdem faceret mentionem, vel quibusdam expositoribus, quod vni aphorismum bis exposuerunt: Deos testor me non posse coniectari. Nam neque scriptor eisdem aphorismo rum credibile est tantarum rerum obliuione fuisse correptum, praesertim talis cum fuerit, qualem in omnibus fuisse Hippocratem nouimus: neque illorum, qui apposuerunt, aut obliuionem, aut malignitatem tantam cogitare possumus, ut propterea bis eadem ascribere voluerint. Adhuc autem magis illos decet expositores admirari, qui, cum bis eisdem exposuerint aphorismos, ne hoc quidem ipsum adiecerunt, secundam se expositionem facere: multoque adhuc magis illos, qui de eisdem differentes scripsere expositiones in ipsis, quae circa finem, ab illis, quae per initia dixerant.

Quibus inter ventriculum & septum pituita reposita est, & dolorem affert non habens exitum neque ad alterum ventrem: ijs per venas ad vesicam pituita versa, soluitur morbus.

54

Non absque ratione mihi videtur dubitare Marinus, impossibile existimans inter septum & ventriculum pituitam constitui. Desuet enim deorsum versus ad ossa pubis. Neque etiam fieri posse arbitratur, ut in venas traiciatur, sicuti in aqua inter cutem, tenuis & aquosus humor transumptus excernitur per vrinas. Quare accipiendum esse inquit, inter septum & ventriculum, pro eo, quod est inter proprium septi corpus, quod carnosum est, & peritonaei, hoc est interioris membranae abdominis, verticem. Verum, & si ita intellexerimus de Marini, transumptionem ad venas, similiter tamen dubitabimus. Nam, si pituitam hinc ad renes per venas ire est possibile, neque ex eo spatium, quod est sub membrana abdominis interiore, est impossibile. Adde, quod omnino impropria foret ventriculi appellationis abusus. Nihil enim est simile ventriculo & membranae abdominis interiori, cuius gratia eandem participet appellationem. Melius est igitur ita intelligere, sicut omnes intellexerunt, illud spatium ab eo dici, quod est quidem infra septum, sed intra eam membranae abdominis interioris partem, quae ad epigastrium attinet. Et considerare, an possibile sit illud, quod dicit, cum sciamus, quod via semper materibus inuenire naturam Hippocrates opinatur, quam valida fuerit, etiam si quam maxime sint crassa, & per angusta foramina debeant permeare: quam & in ossibus fiat, inquit abscessus. Videmus autem & humor illi, qui est inter thoracem atque pulmonem, in suppuratis expui cum tussi: non nunquam vero & per cutem sanam existere excidere sanguinem in ossibus, quae fracta occalluerunt. Non igitur neque in ea, de qua nunc Hippocrates dixit, pituita impossibile prorsus oportet arbitrari ad vrinae vias fieri transumptionem. Verum & hoc ipsum agere natura contingit paulatim pituitam extenuante, quemadmodum pus in suppuratis.

Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, ijs venter aqua repletur, & moriuntur.

55

Aptissimum hepar est vesicas quasdam aqua plenas, hydatidas graece appellatas, in ea, quae ipsum ambit exterius, membrana generare. Vt itaque & iugulatis animalibus hepar his aliquando plenum. Si quando igitur contingat eas vesicas ruptas, effunditur aqua ad locum membranae abdominis interioris, epigastrium, id est partem supra ventrem positam, ridentem, in quo est aqua hydropicorum congregatur. In omentum autem non potest aqua effluere, nisi aliquo modo ipsum exedatur. est enim solidum & firmum vnde quaque, ita ut nihil in ipsum ex aliqua parte possit incidere, nisi ex ventriculo, colo, ac liene, illisque partibus, vnde ipsum enascitur. Vel igitur vult omentum exedi, qua parte vicinum est hepatis, hoc est dextra: vel in omentum intelligere oportet, hoc est ad ipsius locum. Venter autem aqua impletus, non de illo ventre dictus est, in quo cibi recipiuntur, sed de tota cavitare, quae est infra thoracem: secundum quod significatum, veteros noiantur, & mulieres dicuntur gestare ventrem. Mori autem eos, quibus hoc in loco aqua colligitur, considerandum, an perpetuo sit verum, an magna ex parte. Seruantur igitur aliqui aqua inter cutem laborantes, nec, quamuis hic locus ipsis aqua repletur, impossibile est, sicut in illis per medicamenta aquositates purgantia, & per epithemata, hoc est impositiones, eorum, quae vim habent citandi vrinam, & in vapores

A vapores soluendi humorem talem, sic & in his fieri curationem.

56 *Alyce, id est anxietudo, oscitatio, horror: vinum aequale aequali potum soluit aegritudinem.*

Soloeophanes visa est quibusdam rationabiliter figura sermonis, atque ideo nonnulli casu accusati uo scripsere: Anxietudinem, oscitationem, horrorem, vinum aequale aequali potum soluit. Nihil autem refert ad praesens, utrauis scriptura aphorismus exponatur. Primum enim illud scire nos oportet, quod alycen nominauit, quam multi Graeci halen appellant: deinde, quae sit faciens hunc casum dispositio, anxios igitur illos sanos dicunt, quod semper praesentibus molestantur, & ab vno negotio atque actione ad aliam transeunt. Eodem modo & aegros illos, anxios esse, qui accubitu non ferentes, iacendi figuram euariant, quia semper praesens aggrauat eos. Hoc vero praecipue illis euenire consuevit, quibus in ventriculo (quod abutentes vocabulo, saepe solent stomachum nominare) certa quadam humoris qualitas continetur, ventriculo molesta, quae neque multa est, neque in ventriculo fluitat cavitare, sed eam ipsam imbiberet tunicae. Sed & oscitare, sicuti & pandiculari, contenta aliqua in musculis (per quos voluntarii quoque sunt motus) vel humiditate flatuosa, vel spiritu vaporoso fieri est a nobis demostratum. Horror autem prauius humoribus per cutem currentibus accidit. Liqueat autem, quod nunc a nobis habet B sermo de horrore, quod ex corpore prouenit insalubri, non de illo, qui causam extrinsecus habet. Singula igitur haec, quae dicta sunt, potus vini meracioris sanat. Moderatam autem temperaturam ipse monstrauit inquit: Vinum aequale aequali potum. Vult enim aequa portione aquae vinum temperari, ut partim quidem pellat et euacuet ex materia infestante, quicquid cesserit vini motui cum impetu lati, partim autem, quod reliquum fuerit, temperet. Calefacit enim vinum, ut nouimus, corpus totum, citoque mouetur in omnes partes, & cum hoc omnes humores optimos reddit.

57 *Quibus in vrinario meatu tubercula fiunt, ijs suppuratione facta & eruptione, soluitur dolor.*

Et hunc aphorismum in praecedentibus Hippocrates scripsit, nosque ipsum exposuimus in hac verba scriptum: Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur, ijs suppuratione facta & eruptione, solutio.

58 *Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, necesse est statim mutos fieri.*

Etiam in hoc aphorismo in quibusdam exemplaribus possumus inuenire verbum mutos scriptum numero plurali, casu accusatiuo: in quibusdam vero mutum numero singulari, per modum figure soloeophanis. Sed neque hoc loco quicquam ad praesentia refert, modo nouimus saepe consueuisse Hippocratem ab vno accidente notissimo, vocis amissione, nominare et ostendere illos, qui neque vllum alium motum seruant secundum electionem, neque quicquam omnino sentiunt, sed iacent eodem modo, quo apoplectici, sine sensu pariter & motu. Fit autem hoc & propter alias causas: nunc vero concussionis cerebri Hippocrates meminit, ipsamque talem ait totius corporis dispositionem sequi. Concussa autem hoc modo cerebrum contingit propter aliquem casum, totius corporis violentum ex locis altioribus factum. Tales enim casus solent & in spinas vertebrae facere concussionem, quam ipsarum coagmentationes fuerint commota, & spinalis medulla, quae in earum cavitare continetur, laborauerit, valdeque commota periculis adduxerit, ne aliquis nervus eorum, qui ab ipsa nascuntur, abruptatur: id quod non minus in ipso quoque fit cerebro, & tanto magis, quanto plus vacui loca habet, quae ipsum circumstant: magisque etiam in senioribus, quemadmodum in dissectionibus tractationibus diximus. Contrahit autem se vis animalis in sese talibus dispositionibus, a motu periculoso molestata, atque idcirco quiescit. Processum vero nonnulli quidem sufficienter tenduntur, quodammodo aliqua ex parte distrahuntur. atque interim, donec se rursus vis animalis collegerit, mutum atque immobile totum iacet, quod ita afficitur, animal. Si vero cerebrum auelli contigerit, aut aliquam eius partem conuelli: qui ita patiuntur, non amplius resituuntur.

59 D *Corporibus carnes habentibus humiditas, famem adhibere conuenit: famem enim corpora siccant.*

Quod omnia, quae exiccant, sint passionum humidarum remedia, manifestum est: siquidem contraria contrariorum remedia sunt. Quod autem & famem ex accidenti corpora exiccet, non est dubium. Si quid enim defluat a corpore, sicuti & antea dixi, nec insuper ab alimento suppleatur id, quod fuerit euacuat, necessarium est corpus effici siccius. Liqueat enim quod in euisque animalis corpore prius illae partes absumuntur, quae sunt humidiores, quam & ipse defluxus idcirco fiat, quia corpus extenuatur, atque in vapores resoluitur. idque duplici de causa, extrinsecus quidem ab aere ambiente: intus vero a calore nativo. Quae autem perhyemem latent animalia, cum neque extrinsecus calefiant, & neque intrinsecus, vel nihil prorsus vel parum omnino dissoluuntur: atque ideo nonnulla eorum ne alimento quidem vlllo penitus egent, nonnulla vero minimo prorsus. Post praescriptos aphorismos alij duo ferè in omnibus exemplaribus inueniuntur, quorum huius libri expositores ferè omnes meminere: quidam etiam ipsos exposuere, sed aliter, atque prius fecerant, ne hoc quidem solum adicientes, quod eisdem aphorismi superius sint scripti. Nos vero in quarto commentario illos exposuimus, parum verbis ab istis differentes. Alter enim eorum, qui nunc scripti sunt, superfluo adiectum habet. Ut deuorare non possit, nisi vix. Alter vero contra non habet verbum vix: ut prior quidem sit talis: Si a febre habito, tumore non existente in faucibus strangulatio repente superueniat, & non possit deuorare, nisi

Extra ord.

Hh iij vix,

nix, letale. Secundus vero sic. *C* Si a febre habito collum conuertatur, & deuorare non possit: tumore non existente in collo, letale. Priores vero, quos dixi in quarto horum cōmentariorum fuisse expositos, ita se habebant: Si a febre habito, tumore non existente in faucibus, strangulatio repēte superueniat, letale. Deinde, qui deinceps sequitur: Si a febre habito collū conuertatur, & vix possit deuorare: tumore nō existente in collo, letale. Quod igitur in priore aphorismo dictum est superfluere, nūc consideremus. Etenim id fieri vidimus, vbi aegri omnino exitaliter a morbo haberentur. Quare, siue nullo modo possint deuorare, siue vix, nō existēte tumore in faucibus: (nam hoc licet perpicuo cognoscere, si plurimum os aperiat, & lingua versus mandibulam inferiorem prematur) in tali, inquam, cōstitutione, q̄ difficulter deuoret, causam esse suspicandū cōionem tunicæ, quæ subnata est ex partibus gulæ & gutturis interioribus. Nam ostensum est hāc cibo os permeante, ipsam quidem trahi inferius, guttur vero totū retrahi superius. Tumescente igitur in gutture inflammatione, non nunq̄ quidem nullo modo, quādoq̄ vero vix ventriculum sequitur attrahentem, atq̄ ob hanc causam vel nullo modo deuorant, vel vix.

Vbi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rursus calefit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi significatur. 60

Et hunc aphorismum in quarto cōmentariorum exposuimus, iisdem ferē verbis scriptū, quibus & hic. Est enim scriptura talis: Et vbi in toto corpore mutationes, & si corpus frigescat, vel rursus calefeat, & si alius ex alio color fiat, morbi longitudo significatur.

Sudor multus calidus, uel frigidus semper fluens, humore abduci, robusto quidē supra, debili vero infra, significat. 61

Antea alium aphorismum in quarto horū cōmentariorum exposuimus hoc modo scriptum: Sudor multus calidus vel frigidus semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem morbum significat. Et talis sudor diximus esse dispositionē, multitudinē humiditatis, quæ in aegri corpore cōtinetur. Propterea igitur, qui nūc proponit aphorismus, abduci præcipit superfluum humorem, robustis quidē supra, hoc est per vomitus: debilibus autē infra, quod & ipsum significat per alui subductionem. Quod quidē igitur semper sit necessarium superfluas corporis humiditates euacuare, planē est manifestū. An vero robustis supra tm̄, debilibus vero infra, mihi dignū videtur animaduersione. nam forte melius est, non hac ratione distinguere remedium vltimū, sed vt in tractatione curatiua de talibus oibus fuit a nobis distinctum. Quare & hunc aphorismum arbitror fuisse ascriptū. Post superscriptos aphorismos, alij tres inueniunt in pluribus exemplaribus, qui pariter & ab expositoribus scripti sunt, & parum verbis euariant ab illis, qui in quarto horū cōmentariorum habentur. Scribunt autē eos hoc modo: *C* Febres, quæcumq; non intermittentes, tertia die fortiores sunt, periculosæ: quocumq; autem modo intermiserint, significant, quod nō sunt periculose. *C* Quibuscūq; febres longæ, ijs vel tubercula, vel ad articulos dolores decumbunt. *C* Quibuscūq; tubercula diutina, aut in articulos dolores ex febre decumbunt, ijs cibo pleniore vtuntur. Liquet at, q̄ hi interiecti fuerūt, a prioribus nihil aut parū admodū verbis differētes: nos vero ipsos exposuimus in quarto horū cōmentariorū.

Siquis cibum febricitanti dederit: vt sano robur, sic laboranti morbus. 62

Scribitur autē & sic aphorismus: Siquis febricitanti cibum dederit, sano quidē cibum est, laboranti vero morbus. Vtraq; vero locutio ab ea interpretatione, quæ fm naturam est, ad eā, quam cacozie lon nominant, recessit: nescio quid sibi volētibus illis, qui ita libri finē tam varijs modis disposuerunt, nō nulla quidem eisdem verbis scribētes, quibus ipse antea vsus erat, nō nulla vero paululū cōmutates, aliqua vero tota interponētes, veluti hunc propositū aphorismū, qui neq; prope accedit ad Hippocratis interpretationē. Ipse siquidē prius dixit: Non pura corpora quanto magis nutries, magis lædes. Et, si ex morbo cibū assumens aliq̄s non corroboratur, significat corpus pluri vti alimēto: Si vero cibū nō assumēte hoc fiat, significat, q̄ euacuatione indiget, & quædā alia huiusmodi, quæ germanā natiuamq; habēt interpretationē. Qui vero propositū apposuit aphorismū, male æmulādo, in cibo dixit: Qui sano robur, hic laboranti morbus. Vult, n. dicere cibum robur qdē in sanis efficiere, nocere autē ægris: vel, p̄ louē, sanis qdē augere robur, morbū vero laborantibus. Absurde autem id interpretatus est, inquiens, cibum ipsum robur esse sanis, morbum vero laborantibus: qui neque robur est, sed roboris effectiuus: neq; morbus, sed morbi effectiuus, vel, quod rectius diceretur, autificus.

Quæ per vesicam excernuntur, inspicere oportet, si talia, qualia sanis, excernuntur. Quæ igitur minime similia sunt his, hæc morbosiora: Quæ vero sunt sanis similia, hæc minime morbosa. 63

Omnia, quæ sunt sanis similia in toto corpore, dictum est ab Hippocrate & in Prognosticis & in omnibus alijs libris bonū aliquod significare: quæ vero dissimilia, contrarium. Hoc igitur nūc conatur dicere, qui hunc cōposuit aphorismum. Suspicio, n. neq; hunc esse Hippocratis, coniectans ex ipsa elocutione, quæ nō habet eādem cum Hippocratica formam, & ex dictis ipsis, quæ nō eque sunt, vt ipsius auctoris alia, exquisita. Cum igitur inq̄t, Quæ minime similia sunt his, hæc morbosiora:

A morbosiora: quis non reprehenderet ipsum dicentem illa morbosiora, pro eo quod morbosissima? Nam verbum minime cum quadam exuperantia dicitur, & multam significat ad id, quod est præter naturam, euerfionem. Vnumquodq; enim, quod præter naturam est, quantum recessit ab eo, quod secundum naturā, tm̄ habet prauitatis. Quæ igitur minime sunt ijs, quæ secundum naturam se habent, similia: sunt ijs, quæ sunt secundum naturam, maxime contraria, & ideo morbosissima.

64 *Et quibus deiectiones si stare permiseris, & non moueris, veluti strigmenta subsistunt: & si pauca, paucus est morbus: & si multa, multus: ijs confert alui purgatio, quod si aluo non purgata dederis sorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.*

Per aluū exeūtia solet Hippocrates deiectiones ac subductiones (græce ἐποχωρηματα & διαχωρηματα) nominare: & propterea quidā hoc loco acceperunt eius sermonem esse de ijs, quæ per aluum euacuātur. Verū his aduersantē verba illa, quæ in sermone proponuntur, si stare permiseris, & non moueris. Hoc, n. proprie cōuenit humidis, atq; ideo alij rursus de vrinis eūdem acceperunt sermonem. Vtriq; vero rursus diuisi: alij scribunt, insistit: alij vero, subsistit. Neutrū autē horum verborū vrinis repugnat, quia & per ea, quæ subsistunt, & per ea, quæ insistunt, cosueuimus & præsentium, & futurorū etiam aliquid cognoscere. In alui autē excrementis, verbum insistere, competit quodā modo magis. Neq; n. licet in vrinis prompta est atq; expedita subsistentium cognitio, sic & in alui contingit excrementis. In vrinis etenim & ipsum vas ex vitro factum ostēdit eorum, quæ subsistunt, naturā: & si in alio vase etiam continerentur, possumus id, quod supernat, abijcientes, sola subsistentia relinquere. In alui autem excrementis, neutrum probabile. Rursus id, quod deinceps dicitur, veluti strigmenta ijs, quæ per aluum excernunt, congruit: illis vero, quæ quouis modo vrinæ inferuntur, siue superius, siue inferius, non congruit. Nam quædam strigmentis similia per aluum sæpius excernuntur: & ita ea nō modo Hippocrates, sed etiā alij medici nominare consueuerūt, non tm̄ in vrinis. Hic igitur tam nominum, q̄ verborum vsus improprius ostēdit præsentem aphorismum interiectū fuisse. Adhuc autē magis, cū dicit his cōferre alui purgationem, neq; enim simpliciter, neq; quouis modo illi, cuius strigmentis similia alui excrementa sunt, confert aluū purgare: sicuti neq; ijs, qui ita affecti sunt, necessario læduntur in aliquo, si cibum acceperint. Videmus siquidem, cum alui inferioris excrementa biliosa fiunt, quædā similia strigmentis per aluum excerni, in q̄bus neq; oēs læduntur, sorbitiones accipientes, neq; prius eos purgare est necessarium, modo iam, quicquid bilis inest, fuerit euacuatum. Adhuc autē magis, si vrinis aliquid inferatur, quod sit veluti strigmenta, purgare non cōuenit. Accedit ad hoc, q̄ difficile est formā agnoscere, qualē esse velit eorum, quæ veluti strigmenta inferuntur vrinis. Verum, qui hos aphorismos interposuerunt, mihi videntur ad hunc finem eos composuisse, vt sermo cōfunderetur, tanq̄ ænigma quoddam, & multa indigeret inquisitione, in qua seipos eorū, quæ dicuntur, expositores cōstituetes, apud adolefcētes laudē assequerentur. Quod autē oēs obscuri sermones dent sophistis garrulitatis occasionem, fiet tibi in hoc ipso aphorismo manifestū. Quidā enim eorum, qui eum exposuere, aiunt non vetare Hippocrate, quin dentur sorbitiones hoc modo affectis, sed plures sorbitiones, cū dicat, Quanto plura dederis, magis lædes. quasi non etiā alij, quicūque indigent sorbitionibus, non lædantur a pluribus, vel quasi non consequatur ad illum, qui dicit, Quanto plura dederis, magis nocebis: putare ex paucioribus minorem fore læsionē. Verū tamen propter malum interpretationis modum, sophistis datur facultas inueniendi solutiones, & magis, quando licuerit addere aliquid vel adimere, et scribendo transponere, quod in obscuris sermonibus facere consueuerunt. Statim enim in hoc aphorismo quidam ipsum exponentes, coniunctionem & adiicientes, quod alij sequentis aphorismi fecere principium, id huius finem constitunt, vt sermo ita se habeat: Si vero aluo non purgata dederis sorbitionem, quanto plures dederis, tanto magis nocebis, & q̄bus infra cruda deijciuntur, quanto videlicet plura dederis, magis lædes. deinde aliud initium facientes scribūt, q̄, vbi atra bilis inest, si plus, maior est morbus: si minus, minor. Plures vero expositores aliter exponunt, & scribunt eo modo, quo subscriptum est: *C* Quibuscūq; cruda infra deijciuntur, atra bilis inest, si plura, maior: si pauciora, minor est morbus. Dicitur autē est antea, q̄ & alia quædā scripturæ sunt. licitū est, n. in obscuris vnicuiq; pro arbitrio scribere, cū nulla lex sit transcribentibus posita. Sæpius autem non propter obscuritatem, sed propter sermonis fallitatem coguntur aliquid addere prius inuentis, aut adimere, aut scripturam transponere: veluti exempli gratia in hoc aphorismo, cuius verba primi expositores aphorismorū, sicuti Hero philus Bacchius, & Heraclides ac Zeuxis empirici, in hunc modum scripserunt: Quibuscūque inferius cruda deijciuntur, atræ bilis sunt: si plura, plurius: si pauciora, paucioris. Quia vero hic sermo particulare quiddam explicat, dictus autem est tanquam vniuersalis, ideo præbuit dubitandi occasionem: Sed id, quod dicitur, quantum ad verba attinet, nullam habet questionem, cum eorū scriptor vellet ostēdere, quibus cruda deijciuntur, in eorum instrumentis, quæ concoquendi vim habent, esse atrabilem, ex qua refrigerata deterius concoquūt: modus incoctionis est, qui a cruditate fit: cui flaua bilis contraria agit, nam, quæ propter eam incocta remanent, nidorosa fiunt. Quidam vero & hunc sermonem etiam de vrinis dictum arbitrantur.

Extra ord.

Hh iij Excreationes

Excreationes in febribus non intermittibus liuidæ, sanguinæ, biliosæ, & foetidæ, omnes malæ. Cum vero bene E 65 excernuntur, bonum est, & per vesicam. & ubi aliquid secedens steterit non purgatum, malum.

Et hic aphorismus supra scriptus est, hoc modo: Excreationes in febribus non intermittibus liuidæ, sanguinæ, foetidæ, omnes malæ: sed, si bene excernuntur, bonum est, & per aluum inferiorem, & per vrinas: Si vero aliquid per hæc loca excernitur, quod non conducatur, malum. Nos vero ipsum exposuimus in quarto horum commentariorum.

Corpora oportet, ubi quis purgare voluerit, fluida facere: & si supra, si stare alui: si vero infra, humectare. 66

Et huius sermonis pars prior fuit in præcedentibus scripta, non adiecto verbo supra, & sequentibus, quæ quispiam volens adicere hoc in loco, rursus scripsit aphorismum cum expositione, per quam verus esset. Quod autem sit altera expositio verior, quam nos multa experientia inuestigauimus, dictum est superius in secundo commentariorum.

Somnus, vigilia, utraq; modum excedentia, morbus. 67

Et hic aphorismus in quibusdam exemplaribus fuit interiectus, quod prius dictus est totus eisdem verbis, præterquam in fine. hic. n. morbus, illic autem malum scribitur, quæ scriptura est longe melior.

In febribus non intermittibus si exteriora frigent, interiora vruntur, & febris habeat, letale. 68

Et hic aphorismus imprudenter scriptus est, cum melius supra dicatur sine verbis illis, et febris habeat. Nam, cum in principio dixerit, in febribus non intermittibus, vana est rursus in fine sermonis adiectio, & febris habeat.

In febre non intermittente si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non videat, si non audiat, & iam debilis sit: quicquid horum fuerit, mors propè est. 69

Et hic aphorismus antea dictus est, his verbis: In febre non intermittente, si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non videat, si non audiat, & iam debilis sit: quicquid horum fuerit, mors propè est.

A pituita alba, aqua inter cutem superuenit. 70

Quod dicitur, tale est: Quibus in vasis & in totius corporis habitu multa pituita alba fuerit acerua: G ta, hæc aqua inter cutem (quæ leucophlegmaticas ab alba pituita nomen habet) superuenit.

Ab alui profluvio, difficultas intestinorum. 71

A communi videlicet subaudire oportet, superuenit, ab asis paulatim intestinis, deinde in profundum malo subeunte, atque ita vlceratis. Prius vero in aphorismo legitimo melior scriptura est hoc modo: A sincera deiectione, difficultas intestinorum, & nos hunc aphorismum exposuimus in sexto horum commentariorum.

A difficultate intestinorum, leuitas intestinorum superuenit. 72

Et hic aphorismus est pars prius dicti, per hæc verba: Qui lienosi à difficultate intestinorum corripiuntur, hæc superueniente longa difficultate intestinorum, aqua inter cutem superuenit, aut leuitas intestinorum, & pereunt. Nos vero ipsum exposuimus in sexto horum commentariorum.

A corruptione, abscessus ossis. 73

A communi hic quoque subaudiendum est, superuenit. Vtrum vero ad ossis corruptionem H ipsius ossis sequatur abscessus, vel carnis circumstantis, non manifestauit. Vtrumque autem potest esse verum.

A sanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio supra. In tabe, fluxio ex capite: in fluxione, alui profluvium: in alui profluvio, astrictio purgationis superioris: in astrictione mors. 74

In pluribus exemplaribus, & apud plures expositores scriptum est: In sanguinis vomitu corruptio. In quibusdam tamen exemplaribus hæc habetur scriptura: In vomitu sanguinis, tabes. Videntur autem & hæc ex pluribus Hippocraticis enunciationibus fuisse collecta, & corrupte composita, ab illis præcipue aphorismis: In sputo sanguinis, puris sputum & fluxus: cum vero sputum retinetur moriuntur.

Qualia fuerint vesicæ aut alui excrementa, & ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum, paucus est morbus: si multum, multus: si valde multum, letale est. 75

Hic vltimus aphorismus in multis exemplaribus scriptus est, in quibusdam vero & alij adiecti sunt eodem modo, quo & illi omnes, quos decurrimus ex legitimis ita fraudolenter concinnati, vt

A nati, vt non nulli eisdem verbis scribantur, non nulli parum euariant, non nulli parua facta adiectione similes sint istis, quos scripsit Hippocrates: quare ne ipsos quidem duximus adiciendos. nam neque hic nunc propositus aliquid plus nobis ostendit istis, quæ sapius Hippocrates manifestauit. Sed & modus explicandi haudquaquam Hippocrati conuenit. Nam, qualia vesicæ fuerint aut alui excrementa, redditione indigent. Summa tamen (vt dixi) vera est. nam, si paruum sit à natura exitus in quauis parte, minorem morbum: si vero plus, maiorem: si vero ad modum multus sit à natura recessus, mortalem debemus morbum iudicare.

Subscriptus aphorismus est in antiquis codicibus græcis: & in translatione veteri adest expositio Galeni, quam hic posuimus.

APHORISMVS.

B In lethargo tremor, malum.

GALENI EXPLANATIO.

Lethargia est apostema in puppi cerebri ex materia phlegmatica generatum. Tremor igitur in ea malum est: significat. n. materiam propter incontinenciam sui ad nervos motiuos deuenisse, qui à parte posteriori sunt magis, vt dictum est alibi: ex cuius infusione nervi sunt remolliti: vt spiritu non omnino sed aliquantulum deficiente, nec nervis, vt in paralyti, omnino remollitis, virtute regitiua membra sursum ferantur. & quia nervi remolliti non sufficiunt dare membris sufficientem & firmam sedem & stabilem, iterum sua grauedine descendunt: ex quibus motibus contrariis fit tremor. Vel in lethargia fit tremor, quia materia vetustitatis resoluta, meningas & nervos, qui ab eis oriuntur, mouet & concutit: vnde tremor fit.

PHILOTHEI EXPLANATIO.

Lethargus passio est in cerebro consistens, ex humida frigidaque materia generationem habens, ex qua etiam difficilis expurgiscentia vna cum spiritu animalis imbecillitate prouenit. Cæterum cum febre debili passio hæc fit. Si igitur in lethargo tremor appareat, malum est, vel etiam periculosum, indicat. n. tantam esse frigidam materiam, vt & dorsalis medulla particeps ipsius fiat: indeque nervosum genus ob repletionem spasmo corripiatur. Alius quidam aphorismorum explanator tremorem in lethargo malum esse dicebat, propterea quod immodicam siccitatem significet.

Et infra scriptum aphorismum vna cum explanatione (quæ, quamuis ad Galenum referatur, minime tamen ipsi tribuenda est) in antiquo codice græco in fine istius septimæ particulæ inuentum, tibi traduximus. idem aphorismus in sexto epidemiorum sectione quarta habetur, & a Galeno exponitur.

APHORISMVS.

Aqua potio & vigilia, vorax.

EXPLANATIO.

Hic vltimus omnium aphorismorum scriptus est. inueniuntur tamen in alijs libris alij quoque aphorismi post hunc scripti, qui Hippocratis ne, an Polybi, an alterius cuiusdam viri sint, haud scio: scribuntur certe. Exponendum autem est, quid & hic aphorismus dicat. At. n. quæ aqua potio & vigilia ἐσθὼν & λαμαργὼν. i. vorax & edax est. Scribitur autem non his tantum verbis, in alijs codicibus, sed & alio etiam modo. Aqua vorax, vigilia vorax. Sciendum autem est aquam nutrimentum esse non proprie, sed per accidens. ἐσθὼν. n. proprie dicitur ipsum nutrimentum: aqua autem, frigida cum sit, tum calidam intemperiem in stomacho existentem, tum inappetentiam ab illa intemperie prouenientem expugnat. nam aqua oblata stomachum refrigerat: dum autem ipse refrigeratur, contrahitur: dumque contrahitur ac veluti inspissatur, alimentum requirit: moxque dum appetit, cibaria ingerimus, quæ postea alterata ac in chylum redacta, per venas meseraicas in iecur asportantur: illicque sanguinis naturam acta, in totum deinceps distribuuntur corpus, à vena, quam à caudicis similitudine stelechian nominant, nutritum. Nutrimentum autem est eius, quod iam dissipatum ac deperditum est, restitutio. At vero etiam aqua post vigiliam sumpta nutrimentum est primaria ratione. Nam vigilia corpus exiccat ac calefacit: frigidum autem & humidum siccitati & caliditati contrarium est. epota ergo aqua corpus nutrit: nam, cum à siccitate & caliditate asportetur et facile attrahatur, nutrimentum fit.

Galenus

* Videtur hic ἐσθὼν accipi. & comestibili.



GALENI ADVERSVS LYCV M, QVOD
NIHIL IN EO APHORISMO HIPPOCRATES
PECCET, CVIVS INITIVM, QVI CRESCVNT
PLVRIMVM HABENT CALORIS INNATI.

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

*Lycum non recte laudare, aut redarguere Hippocratem potuisse, quod ne elementa quidem
artis ipsius tenuerit.*

C. A. P. 1.



Um in Hippocratem nulla in se conflata hominum inuidia scripserit Lycus, tum cuiuscumque collibitum hoc est, longe adhuc minore eos onerandos inuidia existimo, si qui, quæ perperam in illum cogeruntur crimina, diluere valēs, veluti apud vtrorūq; libros in iudicio lecturos, defensionem paret, præsertim cum, qui accusat, ante quæ ea, quæ dicunt, discedo percipiat, audacius agit, quæ vero defendit, in veteris magistri placitis exercitatus sit. Cōmentarios itaque scripsit quidem Lycus Hippocratis aphorismos exponentes, vtrorūq; autem hominis placita male accipit, & cum reprehendere, & cum eorū, quæ ab illo dicuntur, non nulla laudare se putat, nec minus, in quibus contradictionem molitur: nam, nec quæ ab eo laudantur, inter Hippocratis placita ponuntur, verum Lyci cōmenta sunt, & per quæ contradicit aperte seipsum prodit, Hippocraticæ artis ne elementa quidem tenere: cui vero elementorum scientia non adsit, multo is sanè minus artis illius, aut eorum, quæ ab illa veniunt, tanquam syllabas nouerit. Itaque, si primus ego, aut vnus demum essem, qui celsere Hippocratem dicerem ex calido frigido, humido ac sicco animantium constare corpora, minus fortasse audacter Lycum accusarem, quæ ante quæ Hippocraticæ artis elementa teneret, librorum ipsius scribere enarrationes aggredere: nec enim aut eos, qui alienis placitis nomen dedere, aut ne principia quidem artis vtilia agnoscunt, explanare aphorismos decet, sed quod ab ineunte ætate didicere, eius rursus probant, aut dānant placita. Lycus aut Hippocraticæ artis ignarus adeo est, vt, cum primas cōmentariorū eius in aphorismos expositiones perlegissem, Deos testor oēs non potuisse me reliquæ libri partem percurrere aium adhibere, adeo mihi visus est à veteris magistri sententia aberrare. Cum vero amicorum cuidam visum fuisset, vt ijs, quæ ab illo in aphorismo, in quo ait, Quæ augentur plurimū habent caloris innati, scripta sunt, aures accommodare, deinde alij et quam plurimū me hortarentur, vt eius obiectionibus responderem, hac ductus necessitate scribere ista aggressus sum.

Hypotheses pro multiplici corporum caliditate assueranda.

C. A. P. 2.

Sed, quod facilius, quæ ab illo dicuntur, & à nobis dicenda aduersus ea sunt, intelligant, qui ferre de re hac sententiam debent, præfari pauca quædam oportet. Calorem inesse nobis in aperto apud oēs est, vtrum autem ex cordis, atque articularum motu generetur is, an vero, quemadmodum cōnatus cordis motus est, ad eundem et modum se habeat calor, diuersa de his sensere medici. Cæterum, si quis est, qui perdiscere scientifice cupiat animantium cunctiorum generationis primordia calidum esse & frigidum, et siccū, & humidū, vnū his cōscriptum à nobis librum habet, in quo, quod de hoc Hippocrates sentiat, explicamus demonstramusque, cui quidem titulum fecimus de elementis secundum Hippocratem. ab hoc deinceps libri de temperaturis habentur, in quibus, quæ nam corpora maiore calidi elementi portionem, quæ ve minorem adepta sint, ostendimus, utque hanc ipsam ob causam calidiora hæc, illa frigidiora natura facta sint. nam, cum vniuersis nobis calidum insit elementum à prima statim origine innatum, quam fortitū ex semine ac sanguine mēstruo sumus,

A mus, distamus tamen intericem, quæ magis minusque alius alio calidior reperitur: sunt tamen latitudini huic quidam tanquam termini præfixi, quos vltra si temperamentum progrediatur, aut agrotare nos, aut iam interire necesse sit. vt enim plus iusto refrigerati morbos contrahimus frigidos, sic, cum extra sanitatis campum excalfacti fuerimus, febrem incidimus. quinetiam febrium ipsarum quædam exacte sicca habentur, sicuti exquisiti ardores: quædam vero summe humidæ, quæ genus illæ sunt, quas græci τρυφώδεις vel ἐλαδῶδεις appellant. Quod si alicui vocabula hæc non admodum placent, aut res alias istiusmodi nomenclaturis notare consuevit, huic ego clarum oratione faciam, quales esse humidæ febres dicam. cū à prima statim die agrotantes sudant, sudoreque ipso aut parum, aut nihil leuantur, has ego humidæ appello febres: sicca est diuerso eas voco, in quibus litis vrget vehemēs, ac scabra visitur lingua, durataque, tanquam corium, cutis, plurimusque in vniuerso adest corpore squallor. Sunt & aliæ quædam febres totius corporis transpiratione tangentibus infesta, vt & pungi, & morderi videantur, quod ipsum etiam dupliciter fit. nam, quod sentimus aereum, siccum interdum nobis, interdum humidum, veluti vapor quidam, apparet, nec iam aliæ in sanis reperitur temperaturarum inter se differentie, quas à recta declinare temperie dicimus, quarumque naturalem, quantum fieri à nobis potest, in temperiem corrigimus: quæ non postrema est sanitatem tuentis artis pars. Quæcūque vero temperata natura corpora instituit, in his nihil se huiusmodi tangentibus offert, quippe quæ exquisita temperie consistunt, vt nec caloris defectum sentiant, quod sensibus, refrigeratisque accidit, neque vero excessum, quod his euenit, qui labore vti sunt nimio, aut æstiuo se soli diutius exposuere: ac multo sanè minus mordacitatis, aut molestiæ quicquam horum obtinet calor. Verum, vt, quæ dicuntur, apertius intelligantur, optime à nobis fiet, si in memoriam balnea reuocabimus, in quibus, vna cum sit temperatorum formula, multæ visuntur intemperies. vna enim balnei intemperies ea est, cū plus, quam visus postulat, repertum id frigidum fuerit: altera, cum ad molestiam usque excalfactum sit: tertia, cū nec frigiditatem eius, nec caliditatem damnantes, vapore tum repletum esse dicimus, hocque illud nomine culpamus. Quis enim est, qui nesciat, qui modo homo sit, temperatam sapienter non solum aquam reperiri, sed ad eundem etiam modum aerem, atque vaporem: sic etiam temperatus in ipsis balneis lapis est, in quo nec caliditate nimia, nec frigiditate, nec ariditate, nec iam humoris redundantia culpata, voluari possumus. Igitur, quemadmodum in aqua, lapide, aere, eodem modo in vapore temperata inest caliditas. Qui quoties balneum temperie hac præditum repleuerit, qui lauantur, balneum quidem huiusmodi damnant, deique eo queruntur, non tamen frigidius id, aut calidius appellant. Quod si huiusmodi etiam aliquid accesserit, duplici balneum culpa notant, frigidum id esse dicentes vaporisque plenum, quemadmodum rursus nimio cum vapore immoderate calidū. non tradamus itaque hæc obliuioni, neque præ nimia, quam non nulli ostentant, sapientia, quæ vniuersim hominibus cunctis aperta sunt, destruemus. Verum, quoties dicentem de animali audiemus aliquem, quæ huius temperatus calor sit, intemperatus illius, balneorum recordati cum erimus, non erit ad diuersum quæpiam dirigenda cogitatio, sed illuc, quod, quicunque communes notiones integras seruant, quotidie cum in alijs permultis, tum vero in his, de quibus mentionem iam fecimus, balneis dirigit, transferenda. calidum itaque balneum esse inquit, ac frigidum: vaporis item plenum, siccum ve, atque aridum, singulis his nominibus propriam rem aliquam significantes. Est igitur præter hæc, quæ retulimus, aliud quoddam balneum fumo plenum, & eo numerosissimarum specierum: siquidem alius ex robore lignis, ex ficulneis alius, oleaginis ve constat, ac pro vnaquaque arbore alius, atque alius, sed his particulatim differentijs in præsentia non egemus: satis nunc sit, si vniuerso genere hoc vnica nomenclatura atque intelligentia comprehenso fumidum esse balnei aerem dixerō, nihil hic nec calore illius, nec frigore damnato, aut etiam (si forte ita contingat) vtrorūque culpato, & quæ calidum balneum, & quæ fumidum sit, verum ommissis iam balneis, age eorum, quæ quotidie domi nobis accidunt, recordare, quoties ædium, in quibus degimus, nunc humiditatem, nunc vero frigiditatem nimiam, aut caliditatem culpamus. Num igitur ad eundem modum domus aerem in magnis sub Cane caloribus damnamus, & cum repletus is fumo fuerit, an potius hic quoque, quemadmodum in balneis, non nunquam calore inter se nihil quidem distans est autem horum alter hoc tantum vnū, nempe calidus aer alter præter id fumidus etiam: ac calidus quidem aer lachrymas nunquam ciet, cum tamen fumidus, etiam si modice calidus sit, id semper faciat. Quam ob rem planum hoc in loco aperte factum esse arbitror mordacem caliditatem, non quæ magis excalfaciatur, verum alia quadam re, differre. Quocirca sæpenumero, cum ad flammam, quæ fumo careat, maximam proxime accesserimus, adeo calescimus, prope vt aduramur, nullus tamen, quod euenire in fumo solet, morsum sentit, nec lachrymas oculis mittit. miremur igitur si quis sit, qui hanc in fumo quidem, ac flamma differentiam deprehendat, in corporibus vero nostris interdum quidem vehementissimam caliditatem non perferat, qualis est flamma, interdum autem, qualis est fumus, mordacem infestamque: nec sanè minore admiratione prosequamur, si quis animantium caloris intemperies, ijs, quæ in balneis, domibusque reperiuntur, proportionem respondere non concedat. Ergo, quemadmodum alius domus aer est fumidæ, alius calidæ solummodo, ad eundem, opinor, aperte modum diuersus ab his est, in quo accensa-

rum lucernarum multitudo sit, aut facis, quæ fuliginem mittat: quo fit, ut humidum alterum vo-
cemus aerem, alterum fuliginosum, nimirum eum, qui ex materia ad plenum perusta venit: liqui-
dem, cum vtrunq; flammæ excrementum sit, hoc est inter fuliginem, ac fumum discrimen, quod
ligo terræ est materia ad plenum perustæ exhalatio, fumus neq; ex perusta, aut terrea, verum ex
femiusta, exq; humida terreaq; substantia composita materia fit. Quicumque igitur in Hippocra-
tis placitis legitime versatus fuerit, is demum didicit eius, quam medici omnes vsitato iam voca-
bulo sensum latentem trãspirationem appellant, qua diffatur corpora, aliam quidem talem esse,
qualis vapor est, aliam autem qualis aer siccus, atque aliud esse, cum, quæ videri possunt, exeunt
humiditates.

Desiderantur quedam.

*Lycum, dum calorum differentiam non agnoscit, artium omnium constitutionem, quam Plato
& reliqui Philoſophi docuerunt, euertere.*

C. A. P. 4.

Hæc sunt, quæ attulit Lycus verba, dum probare nititur nihil alium ab alio differre calorem:
quæ iam nõ quidem, dum à nobis refellantur, expectant, cum ipsa sponte sua corrumpant, quid
enim tandem ait: Calor, qua calor intelligitur, nullam obtinet cum calore alio differentiam. si igitur
nihil orationi appositum significat hoc, qua calor intelligitur, subtrahamus inde penitus id: si ali-
quid notat, aperte calorem à calore secundum quidem hoc minime, sed secundum aliud tamen ali-
quid distare monstrat. nam, si nulla ratione differt, quorsum attinuit verbum/qua/addere: si alia
quidem ex parte differt, nõ hoc differt, sed id, quod differt, dicitur intelligantur. si namq; semper quod
vnumquodq; dicitur, tantummodo consideretur, iam rerum omnium discrimina tollas, licet animal,
quatenus animal est, nihil ab alio distat animali: planta, quatenus planta, nihil ab alia distat planta: ar-
bor, quatenus arbor, nihil ab alia differt arbore. num propterea animalium dicitur non sunt volatili-
le, pedestre, natatile, aquatile, terrestre, aereum, aut mortale & immortale, aut rationale & irratio-
nale, aut domesticum & sylvestre, aut timidum & audax, aut aliorum, quæ scimus, discriminum
vnumquodq;: nam quid attinet plura referre? Sic et inter plantas arbor aliud est, aliud frutex, aliud
spina, herba aliud, suffrutex etiam aliud. an potius, cum animalia omnia, quatenus animalia, nihil inter se di-
stent, tamen has, quas modo retuli, vniuersas, ac præter eas permultas et alias animalis esse differentias ve-
stire quis dixerit: nec iam aliter dicendum de plantis. neq; enim planta à planta eo distat, quod hæc qui-
dem rationalis sit, illa irrationalis, neq; quod volatilis hæc, pedestris illa sit, neq; vero semper aliquam ea-
rum, quas modo enumerauimus, differentiam. quemadmodum sanè nec animal ab animal differt, quod
hoc quidem frutex sit, illud spina, hoc arbor, illud herba, hoc suffrutex, illud cedrus, verum planta
rum potius generi huiusmodi attribuitur sectio. Quinetiam morborum dicitur Lycus ipse plurimas
colligit, atq; morbus à morbo, quatenus morbus, nihil differt, sicuti nec symptoma à symptomate,
quatenus symptoma. horum tamen nihilominus dicitur scribere aggreditur Lycus, sicuti lateralis etiam
doloris, ac aliorum morborum omnium, atque laterum dolor, qua dolor laterum, à laterali dolo-
re alio minime distat: cum tamen inter hos alius sit, qui dolorem ad iugulum vsq; alius, qui ad præcor-
dia extendat. ad eundem modum alius est, in quo infectum colore aliquo sputum visitur, alius
huic oppositus, in quo nihil expuitur, qui *απορροια* à non nullis vocatur. i. sputo carens, aliq; præ-
terea differentiarum plurimæ sunt, semper quarum diuersitatem diuersam esse curationem contingit:
quas tamen ipsas, ac febrium præterea ipsarum differentias nobis nititur Lycus tradere, atqui, si-
ue illæ ob caloris redundantiam, siue ob qualitatis mordacitatem fiant, febres cum febre, qua qui-
dem febris est, nulla constituetur differentia. Quamobrem orationem ineruditam adeo perquirat
Lycus, ut sentiat artes se inde planè omnes euertere, siquidem in rei vniuscuiusque differen-
tijs noscendis artes consistunt. de quo Plato etiam in Philebo prolixius inter ipsa statim libri ini-
tia differuit, nec ab illius discesserunt opinione Aristoteles, Theophrastus, & Chrysippus, & Mne-
sitheus, ac nullus quidem est, qui non eadem in opere de arte differat de hac oratione. verba por-
rò, quæ primum de artium constitutione Plato attulit, ad hunc se habent modum. Socrates. Vna
quidem, quæ ore egreditur, in nobis vox est, ac multitudinem rursus infinitam omnium, tum
vniuscuiusque. Protarchus. Quid nisi Socrates, atque ex horum neutro sapientes reddimur, neque eo
quod infinitum illius sciamus: neq; vero, quod vnum, verum quod, quot qualiaq; ea sint, nouerimus, id
est demum, quod nostrum vnumquodq; grammaticum reddat. Prot. verissime dicis. Socrates. nec iam
musicum quod faciat, diuersum ab hoc est. Prot. quonam modo? Socrates. vox utique, quod ad artem
illam attinet, vna in ea est. Prot. quid nisi? Socrates. ponamus autem duo, graue, & acutum, ac tertium
præter hæc æquonum, an aliter tibi videtur? Prot. ita censeo. Socrates. non tamen propterea edo-
ctus adhuc probe musicam fueris, cum hæc sola sciueris, nec, nisi ad plenum (ut ita dicam) ea te-
neas, quicquam egeris. Prot. non sanè. Socrates. verum id tum amice assequere, cum vocis, quod qui-
dem ad eius spectat grauitatem, acumenq; quot sint numero interualla, ac qualia, & interuallo-
rum terminos apprehenderis, tum quæcumq; ex his ipsis factæ compositiones fuerint, quas, cum,
qui ante nos fuere, perspexissent, nobis, qui illos sequimur, vocandas reliquere harmonias. Nec
minus in corporis rursus motionibus alias inesse huiusmodi affectiones censent, quas ipsas nu-
meris

Ameris dimensas oportere aiunt rythmos, mensurasq; appellare, simul etiam illud intelligendum
ad hunc esse modum in re omni de vno ac multis in simul considerandum. cum enim hæc ipsa hoc
apprehenderis pacto, tunc sapiens euasisti: cumq; rem quancunq; aliam hoc modo consideratam
tenueris, sic demum in hoc factus prudens es. Ac sanè quidem mentis auditoribus satis hæc fue-
rat ex Platone audisse pro artium vniuersarum constitutionis indicatione, neque enim fieri po-
test, ut vel solius rei artifex quis sit, nisi rerum prius differentias teneat: non tamen ab re fuerit, si,
quemadmodum Plato non contentus sola sermonis summa, in exemplum præter hæc claritatis
gratia addidit grammaticam ac musicam, ita nos exemplum quoque afferamus vnum, artis quid-
dem pictoriæ, sed cui subiecta colorum materia sit. nempe enim hoc etiam in loco, affirmemus, li-
cet, inter colorem & colorem, qua color est, nullum esse discrimen, exq; hoc vniuersas eorum dif-
ferentias tollamus, id quod Plato etiam tandem ipse in Philebo notauit principio. cum enim vo-
luptates distinxisset Socrates, nec eas, qui cum eo diserebat, inter se distare omnes concederet, qua-
tenus voluptates sunt, simillimasq; esse illas diceret: huic istius rationi verbis his obuiam ait So-
crates: Etenim inter colorem etiam & colorem ò vir diuine, secundum hoc nihil distat, quatenus
quidem color horum vniuscuiusq; est, omnes tamen albo nigrum præter id, quod diuersum ab eo
sit, etiam contrariissimum esse scimus. quin etiam figura omnis cum alia secundum idem gene-
re vna est, illius tamen partium quædam oppositissima sibi inuicem sunt, quædam diuersitatem
inter se obtinent infinitam: ac permulta etiam alia sic se habere comperimus. quare nolii fidem
rationi huic adhibere, quæ vni contrariissima omnia faciat. hæc sunt ferme eius de coloribus, ac
figuris verba. in quibus vero de voluptate disputat, sic habent: Voluptate quidem affici dicimus
& proteruentem, & modestum, nimirum hoc isto quod modeste agit: voluptatem etiam sentire
insanum dicimus, insanarumq; opinionum, ac spei plenum, ac prudenter agētem, eo ipso quod pru-
denter agat: nec sanè merito pro infano habeatur, si quis voluptates has similes inter se esse vtriusq;
dixerit. Cæterum, quemadmodum voluptatum differentias verbis his Plato breuibus demonstra-
uit, plenius autem eas per vniuersum librum exposuit, sic artium in duobus libris discrimina ex-
plicuit, Sophistica, ac Politico. Quid igitur? Scientiarum ac voluptatum differentia erunt plurimæ,
ac colorum præter hæc, figurarumq; vocisq; tonorum, tum etiam ætatum, horarum, regionum,
morborum, rerum deniq; aliarum omnium, in solis vero calidis, aut nullæ omnino erunt, aut quæ
cognosci ab hominibus non possint: Ceterum Lyci ratio hæc vnius (ut ipse quidem existimat) ca-
loris, re autem vera rerum aliarum omnium differentias tollit, siquidem rationis vis huius eodem
omnibus modo conuenire potest. eadem enim de humoribus quoque ipsis deinceps dicam, ni-
mirum nihil eos distare inter se, quatenus humores sunt. in quo vero insigniter præter alia peccat,
hoc est, quod artes etiam vniuersas de medio tollit, quippe quæ ex specierum constituuntur diffe-
rentijs. & Plato quidem, cum prius de artium constitutione in summa dixisset, exemplo deinceps
rationem aperuit, dum ostendit, quemadmodum cognitio demum constituatur vocum diffe-
rentijs grammatica ars. at Lyci ratio tum hanc, tum cum illa pariter musicam tollit, aliasq; præ-
terea omnes, dum videlicet vocis huius, quatenus hoc aliquid intelligitur, vnicam censet esse diffe-
rentiam, videto igitur, quo modo prius quidem grammaticam artem, deinde vero alias quoque
omnes ratio ipsius tollat. Impossibile videretur mihi, ac nulla fieri ratione posse, vocem hanc, qua-
tenus intelligitur, consideranti, ut cum alia voce secundum quidem pronunciationem ipsam, diffe-
rentiam habeat, cum tamen proprietate quadam differat, nempe qualitate, quæ in pronuncia-
tione ponitur. Quæ sanè ratio eadem vnde cūq; est, atque illa, quæ inter prima Lyci verba scripta
est, ipsiq; ipsius illius verbis omnibus constat, vno tantum caloris vocabulo in vocis nomen muta-
ro, ut si valida illa futura, hæc quoq; sit: at valida hæc non est: neq; igitur illa erit: nisi forte Lyci po-
pulares vocem, non iam diuersam ab o esse existimauerint, nec vocem o, ab o differre. sin has quo-
que ipsas diuersas inter se esse fatebimur, præterq; has, α, ε, υ, tum reliquas quascunq; literas, hæc
quidem quatuor & viginti erunt. quæ vero illarum differentias nouit ars, est grammaticæ: sicuti
musica quoq; ipsa vocum acumen, ac grauitatem callet, quas tamen ipsas quoq; nihilo sanè minus
Lyci ratio tollit. vox enim, quatenus vox est, à voce nõ discrepat, cum vocis tamen mediæ sonus,
sicuti extente, mediæ tunc acutior, ita eius, quæ prope mediæ est, tono grauior sit: ac rursus
inter has ipsas vocis extente sonus tono subprincipalis mediæ acutior, eius vero, quæ prope
mediæ est, grauior sonus hemitonio tertiæ diuisarum, horumq; deinceps acutiores alij, alij gra-
uiores, atq; alij deinceps, quousq; ad acutissimum omnium, grauiissimumq; sonum perueniamus.
Quæ sanè omnia non animaduertit à se optimus Lycus tolli, dum dicit, Impossibile mihi, nec vlla
ratione fieri posse videtur, colorem hac certe ratione consideranti, qua intelligitur, nempe secun-
dum calefactionem, ut ab alio item calido differat. mirum vero, nõ, dum inter colorem quoque,
qua color est, differentiam esse vllam negat, pingendi artem de medio tollat, quæ rubrum, album,
nigrum, flauum, atque alios id genus colores sub oculos ponit. magis scilicet persuadebit, quæ de
coloribus assertur ratio, quæ dicta est de calido. calidum enim à calido distare quidem, non ta-
men alterum alteri contrarium esse dicimus: colorem vero à colore nõ distare solum, sed etiam ab
o oppositissimum esse nigrum.

De colorum

Dicit hic Lycus, quoniam tandem fieri modo potest, ut color, qua color intelligitur, colori contrarius sit: & vere quidem (ita me Dijsament) existimabit colorem, quod quidem ad colorem attinet, colori contrarium nullum esse. verum tamē, quemadmodum verum hoc est, sic etiam illud, nempe nigro album non solum differre, sed haec tenus etiam differre, ut contrarium illi sit. Et quoniam tādē pacto fieri potest, dicent fortasse ij, qui Lyco omnia deferunt, ut idem vnū simul ac contrarium sit, sicuti in nigro & albo quibus hoc saltem dicemus, ut, si quidem impossibile eis videtur idem simul cum nigro album esse, simul etiam illi contrarium, alterum horū eligant. Nam Plato, quemadmodum sanē & Arist. & Theoph. fieri posse existimat, alterius ab altero cum genere idem sit, tantam tamen haberi speciei differentiam, ut contrarium ei sit: at ij, si non sermonem verum esse vtrunq; censent, manifestiorem eligant. porro manifestius est, quanto id etiam magis apud omnes in confesso est, nigro contrarium esse album. q; si verum hoc est, verum autem sermonem vtrunq; esse posse negant illi, & qui nigro contrarium esse album dicit, & qui idem non sanē recte existimant, cum à nigro quatenus color est, nihil differre album dicunt. Atque is quidem, qui in Platonis libro cum Socrate vna disputat, venia fortasse dignus sit, dum à dissecanda in differentias voluptate Socratem prohibet. nusq; enim istiusmodi adhuc inueniebatur liber, qui fieri posse doceret, ut, tamen multa multis genere eadem essent, eousque tamen differrent, ut contrarium sibi inuicem speciem, naturamq; obtinerent. cum vero scriptus aliquando à Platone Philebus sit, in quo rei docet veritatem, si quidem librum hunc Lycus nuncq; in manus legendum sumpsit, hominis doctrinam suspicio: sin, cum legisset, non intellexit, tamen ingenij perspicacitatem demiror. q; si, postq; intellexisset, persuasus inde non fuit, foelix eius iudicium agnosco. Pro deum immortalem, reperitur aliquis, qui dialectica ipsa ne à limine quidem saluta sermones interroget: Græcū tu aliquem inuenias medicum, grāmaticum, rhetorē, philosophū, aliū omnino quēpiam, qui modo literis incubat, qui Platonis non legerit Philebum? q; quid Philebum dico: neq; enim in eo solum propositam rationē edocuit Plato, sed in libris multis etiā alijs mentionem de hoc fecit: ex quibus vnū saltem oportuerat optimum Lycum euoluissē, eū, qui sermones perquirere scientificos studebat: cum turpe sit eū, qui Hippocratē redarguere conatur, & sermones interroget, (ut ipse, quidē existimat) quod volunt, perficiētes, videri ne prima quidem tenere eorum, quæ inter philosophos tractantur. Ceterū admirandū sanē de humoribus exemplū attulit, hoc est enim, quod vult, quatenus humores oēs sunt, nihil eos inter se distare: secundum q; autem ij quidem acidi sunt, illi vero acerbī, ij salsi, dulces illi, fm hoc differre, in quibus suam ipse vocem ignorat. cum enim, qua humores differunt, dicat, arbitrat̄ur inde se nullum esse in his discrimen probare, frustra q; horum differentiam Hippocratē attulisse, frustra etiam vniuersum de succis opus conscripsisse Theophrastum. atqui vocabulum quoque hoc succus humoris differentiam quandam praefert: quæ item, tamen humoris differentia quēdā sit, nihilominus in plures secari potest differentias alias. Verum nihil sanē admiratione dignum sit Lycum, qui eousque rerum ignarus est, ut putet astringentem in aceto inesse qualitatem, hanc aduersus Hippocratē autem fuisse contradictionem scribere, quæ enim tam sunt manifesta. Anazarbeus quoque Dioscorides nouit, tum quicumque de materia commentarios scriptos nobis reliquere, in quibus alia quidem salsa appellat, alia salislaginosa, alia amara, alia dulcia, alia aultera, alia acerba, alia adstringentia, alia acra, alia acida. at eminentissimus Lycus, aut quod inter acidam astringentemq; qualitatem discrimen sit, penitus ignorat, aut gustandi amisit vim, prorsus ut nullam humorum differentiam percipiat. apparet enim eum non alium ex aceto, quam ex pyro, aut mespilo aliquo, aut pomo, aut cydonio sensum capere. atqui omnes homines ex pomis quædam acida vocant, quædam astringentia, non nulla dulcia, sicuti mala quoc; punica, opinor, tum acida, tum adstringentia, tum vero dulcia appellant. at in vinis adstringēs qualitas ab acida separata, ut bonitas à vitio, est, quorum, quæ adstringenti qualitate prædita sunt, generosa sunt, acidum vero secundum naturam nullum: quin, si quid his vel parum acoris accesserit, continuo ut in acetum mutantur, fore suspicamur. fortassis igitur neq; oxylapathum neq; oxalida Lycus à lapatho & lactuca distinxerit, quibus ut astringētis qualitatis ne minimum quidem, sic acidę plurimum certe vtrisque inest. Mirum igitur profecto sit, si, cum ab acida qualitate denominata ista sint, nihil illius acetum participet, quod ἴσος Græcis dicitur, ita sit, ut, qui ne communes quidem sensus integros seruat, Hippocratē accusare Lycus audeat. itaque multo ante quæstionem nouit, qua naturales humorum numero tractant. secundum enim hoc nihil videtur inter humorem, & humorem discriminis esse, quatenus quidem humor est. scirem igitur perlibenter, cuiam tandem rei differentia conueniant hæ, dulcis, acidi, acris, amari, salislaginosi, salsi, acerbī, austeri, astringentis, pinguis, nam, si humorum differentia non sunt, erunt fortasse aut vocum, aut colorum, aut odorum, aut tactu notæ hæ nobis fient, cum præter hos sensus teneamus alios nullos, sed quinque in vniuersum sint, gustus, auditus, visus, olfactus, tactus, & ut res alias sensibiles sensibus alijs, sic humores gustu dignoscamus. porro, sicuti in humoribus differentia infunt multa, sic etiam in sensibus: qui tamen, qua sensus sunt, nihil discrepant, verum Lycus egregie scilicet

Alicet in dialectica instructus, non permittet, ut aut humorum, quas diximus, differentias colligamus, aut sensuum, quas tamē nouere omnes, aut etiam colorum, nempe album, nigrum, fuscum, flauum, fuluum, rubrum, puniceum, cœruleum: quando nec color à colore, quatenus quidem color est, distat. Delirant itaq; medici pariter ac philosophi omnes, qui putant colorum quidem eas esse differentias, quas diximus, humorum autem acidum, amarum, acre, tum quascunq; paulo ante retuli, sicuti ipsorum quoc; sensuum: cum nec color à colore, quatenus color, neq; à sensu sensus, neque ab humore humor discrepet, quo sanē pacto nec à febre febris differt, quippe nec à calore calor distat. Ergo planē desipiunt medici, quicumq; febrium differentias tradidere multas, ardentem, lipyriam, hepialam, typhodem, pestilentem, hemitritæam, quotidianam, tertianā, quartanam. Quin Lycus etiam ipse febrium alibi differentias scribit, sicuti aliarum quoque rerum fere omnium.

De flamma differentijs.

CAP. 5.

Quid igitur in mentem illi venit, ut nunc dissectionis in proprias cuiusq; differentias obliuisceretur, adeo ut nec in succenso ex paleis igne, cuiusmodi ad fabrefaciendum aurum vti solemus, vllam inesse differentiam existimet, qui tamen ab ijs, qui materias diuersas fortiantur, differunt, tamen ab igne, ignis duntaxat, qua ignis est, nihil differat, maioris tamen ac minoris ratione differt: cum fieri possit, ut alius alio vehementior, infirmiorq; ignis sit, & eum quidem, qui ex paleis confit, esse inualidissimum arbitratur, ad aurumq; conflandum appositum ait: liquefieri enim ac diffluere, si vehementiorem experiatur flammam. Enimvero optime Lyce, dixerit fortasse ei quispiam: si, quo modo flammę generentur, naturales philosophos quęrentes audisses, earum, opinor, differentias intellexisses. itaq; nos, q; poterimus breuissime, præcisum sermonem tibi de his nō paruum explicabimus. Vidisti, opinor, materia, quæ comburitur, extra latationem fieri quandam particulis inter se dispersis, quas inter aer quidam interceptus necessario quidem concalescit, non tamen exiguum obtinet secundum magis minusq; differentiam: tum corporum, quæ sursum feruntur, non in vnaquaque flamma æqualia videntur spatia, quo etiam modo exhalationis natura ipsius diuersa est, verum tam magnitudine & paruitate inter se differunt, quæ ex combusta materia exiliunt particulæ, q; densitate etiam, ac raritate, tum q; semustæ hæ sint, illæ vero ad plenum adusta, tum vero in vniuersum, q; hæc magis, minus illa correpta igne sint. Cum igitur tanta in his differentia appareat, tum vero, qui illa excepit aer, interdū magis, interdum etiā minus concalescat, arbitror diuersitatem necessario ingentem, ac non paruum esse flammę differentiam: nam mixtionis inæqualitas est, quæ differentiarum faciat multitudinem.

Quæ de triplici calore attulerit Lycus aduersus Hippocratē.

CAP. 6.

Ceterum, quemadmodum temere de igne pronunciauit Lycus, ad eundem etiā, opinor, modum aberrat, cum, postq; tripliciter calidum multum accipi dixisset, vnumquodq; significatorum enarrat. Etenim aliter calidum, inquit, multum secundum substantiam, aliter secundum qualitatis intentionem accipitur, atq; aliter fm functionis propriæ robur. sed nec fm substantiam multum inesse in his, qui crescunt, calidi, utpote in exigua corporis mole: neq; fm qualitatis incrementum, quando calidius, q; quod in vigentibus ætate sit, haudquaquam appareat: in solo tamen functionum propriarum robore eorum, qui crescunt, excedere calidum concedit, improprie tamē dici. Sunt porro, quibus hæc ostendit plurima eius verba: verum ego more meo facturus videor, si, quod in superioribus feci, nunc quoque faciam: nam & illa complura cum essent, non omnia adscripsi, sed opportunissima quæque elegi. Ad eundem igitur modum nunc quoque faciamus, ac, quæcunq; ex illis ad propositum maxime conferre videbuntur, exaremus hic. Et alterum quidē sermonem hoc concludamus sine. Nunc ad reliquum transeamus, etenim meminisse debetis duplicem me statim ab initio proposuisse quæstionem, alteram, an recte Hippocrates verbum innatum addiderit, alteram, an recte dictum ab eo sit, plurimum inesse in ijs, qui crescunt, caloris. atq; alteram: quidem quæstionem cum absoluerimus, ad eam, quæ restat, veniamus, incipiamusq; disquirere, an dictum recte sit, plurimum in ijs, qui crescunt, caloris inesse. Itaque in comparatione alterius calidi cum altero tria sunt, quæ in disquisitionem veniant, plurimumq; inter se distantia. primum quid sit, plus aliud alio calidum esse: alterum quid, aliud alio calidius: tertium quid, aliud alio calidum validius. Si quis igitur à nobis quærat, cuiusmodi sit, quod plus, aliud alio calidū est, quod tale proportionem sit, respondere debemus, quomodo etiam interroganti, qualenā sit, quod alterum altero plus humidum est, respondebimus. nam, quemadmodum hic interrogatio primum in id, quod dictum est, tendit, par est, ut nihil respondeamus aliud, quam hoc vnum, nempe id, quod substantia superet, si quidem, plus humoris amphoram dimidio cōtinere dicimus: ad eundem etiam in calido modum, si quis hac eadem interrogatione perquirat quale nam sit, quod plus altero calidum est, nihil sanē aliud respondere conueniet, q; quod substantia plus sit, nimirum eo q; plus in eo substantia sit, & maiorem capiat locum: ac nihil sanē prohibet, ut in eodem & plus in sit calidi, & minus tamen caloris, æque ac humidum, quod plus substantia est, minus tñ esse diffusum potest. Ergo ad interrogationem hanc recte hoc pacto respondebimus. Rursum, cum hoc quæritur, cuiusmodi sit, quod alterum altero calidius est, recte dicemus, quod intensiore caliditate

tate est, etiam si in minore substantia reperitur. Quemadmodum enim, cum quis interrogat, quale est nam sit, quod alterum altero candidius est, non sane perperam respondemus, cum, quod qualitate candida intensiore sit, dicimus: quo sane modo, niue, etiam si exigua eius sit quantitas, quocumque alio albo candidiore esse affirmamus. sicuti quoque ad interrogantem, qualem sit, quod altero humidius est, recte respondemus, quod fufum magis sit: uti aqua melle ac pice humidior, etiam si exigua admodum aquae substantia sit, mel autem & pice longe vincant: sic et de calido interrogati, quale sit, quod alterum altero calidius sit, recte respondemus, quod caliditate intensiore sit: cuiusmodi ignis habetur, licet in exigua id substantia consideretur, alterum autem, quod cum hoc comparatum tepidius calidum est, maiorem, quam hoc, sortitum substantiam sit. & hoc quidem pacto ad haec respondemus. ei vero, qui quaerit, qualem sit alterum altero validius calidum, non eadem erit, sicuti prius, parata responsio, cum neque, quod caliditate intensiore sit, neque quod in substantia spectetur maiore respondere debeamus, sed quod operis perfectione excellat. Caeterum, quod dico, ad hunc se habet modum. multa visuntur caloris opera, quippe qui alia fundat, alia congregat, ac valde plurima transmutet, atque (ut priuatim dicamus) in corporibus nostris alimentum in ventriculo concoquit, atque intestinis, confectumque id in corpus deducit, ad ipsumque immutat, nostrisque inolescere id corporibus facit, concoctione nimirum, atque augmento. Ergo alterum altero validius dicitur calidum, quod ista praestare magis poterit, atque hoc non id semper est, quod aut qualitate intensiore sit, aut substantiae plus habeat. sapientius namque minore praeditum substantia, ac caliditate minore perficiendo operi efficacissimum reperitur. sicuti enim antea dicebamus, non quod intentum maxime, sed quod maxime commensuratum sit, ut proprium nobis opus praestet, validius est: quando, quod insigniter calidum fuerit, interdum etiam nocumetum operi inferat: cuius rei satis esse argumeto possunt, quae prius de calidi proprietate exposui. Cum haec ita se habeant, sintque tria, sicut prius diximus, quae in comparatione alterius calidi cum altero, in disquisitionem trahantur, hocque in loco Hippocrates, quae crescunt, plurimum habere calidi innati dicat, de tribus vnum fateatur, necesse est. aut enim proprie voce hac versus falsi aliquid dicit: aut simul & male voce hac vitur, & falsi aliquid dicit: aut, ut verum aliquid dixerit, voce tamen versus falsa sit, necesse est. Nam, si plurimum in ijs, qui augentur, secundum substantiam inesse calidi dicat, veluti si quis plus, quam amphora, continere humidum dixerit, quod duplo maius vas sit, voce versus quidem probe erit, verum falsi eum quippe omnino protulisse necesse fuerit, si quidem in ijs, qui crescunt, plus secundum substantiam calidi non inest, cum nec maior horum corporis moles sit, quam aetate florentium, senumque. at innatus calor ad vniuersi corporis molem distributus est. Sin eo, quod intensior horum caliditas sit, plus inesse in ijs, qui crescunt, caloris dicat, quemadmodum si quis, cum niuem albam aliqua re alia candidiorem affirmare volens, non illam quidem esse candidiorem, aut candidam magis, sed in ea plus inesse candidoris dicat, videri poterit utrobique aberrasse Hippocrates, dum nec voce recte vitur, & alioqui falsi aliquid pronunciat. & praue quidem voce versus eum fuisse videri hinc poterit, cum voce hac, qua in maiore substantia explicanda vitur, abusus ipse fuerit, dum intensiorem quandam caloris qualitatem ostendere nititur: falsum autem quod dixerit, hinc videbitur, quod cum in ijs, qui crescunt, intensiore non sit qualitate calor, non sane recte calidiorum esse aetatis huius, quam aliarum, calorem dicemus, cum hunc ille in ijs, qui crescunt, esse intensiorem affirmet. Quod autem minime verum sit magis esse in ijs, qui crescunt, intensum calorem, facile vniuersique discat, licet, cum caloris in ijs, qui crescunt, maiore secundum excoactionem intensione praeditum inuentum signum nullum sit. Nam, quod ab eo in libro de natura humana, quod plurimum in ijs, qui crescunt, caloris inest, signi affertur, stultum penitus est: etenim calidiorum esse etate priore hominem pronunciat, coniecturam ex eo, quod nunc maxime viget, incremento faciens. neque enim vi, inquit, ac praeter naturam, dum augetur corpus, in contrarium grauitati suae locum raperetur alimentum, nisi validum aliquid esset, quod cogeret. nam hoc, non quod magis secundum excoactionem calidum intendatur, sed quod validius sit, signi est. porro autem validius, sicuti antea diximus, non id est, quod intensiore caliditate praeditum est, sed quod ad perficiendum opus temperatum maxime sit. Quamobrem, cum haec ita se habeant, si quidem hoc pacto Hippocrates ea, quae crescunt, plurimum habere caloris innati dicat, dupliciter errat, partim quod non recte voce vitur ipsa, partim etiam, quod falsi non nihil alioqui pronunciat: sin autem, quemadmodum tertio loco dicebam, plurimum esse in ijs, qui crescunt, calidi ad hunc modum intelligat, ut validissimum ad opus perficiendum sit, quod ex eo, quod temperatum maxime sit, prouenit, non quod aut maiore substantia, aut caliditate intensiore notetur, voce ille quidem videbitur non recte versus, propterea quod, cum validissimum debuisset calorem esse dicere, plurimum dixit. sed tamen, quod dictum ab eo est, recte dictum videri poterit, nam ad hunc modum augmentum ab innato calore fit. ergo, quemadmodum dicitur ratio, qui in ijs, qui crescunt, validissimus sit, fieri nullo pacto potest: ac mihi sane recte de hoc dictum placebit, quod in libro de natura humana dicitur. necesse enim est, quod augetur, atque ita vi procedit corpus, calorem validissimum obtineat. Cuiusmodi tandem sunt haec Lycei verba? plurima illa quidem, sed quae nihil praeter ea, quae nos ante diximus, explicet, si nanque substantiae commensurata mole plus esse in ijs, qui crescunt, calidi Hippocrates

A Hippocrates ait, falsi eum opinatur, propterea quod manifesto minus in pueris spectetur corpus, quod si id dicat, quod calore intensiore sit, huic rursus apparentia obstare ait: sin, quod opus validius praestat, vere quidem hoc dici concedit, voce tamen illum non recte versus fuisse affirmat, non enim plus oportuisse, sed validius ad opus perficiendum dicere eorum, qui crescunt, calidum.

Aduersus ea, quae a Lyco dicta sunt de triplici calore, ac quae sit propria caloris innati substantia.

CAP. 7.

VERUM videto optime Lyce (dicit hic fortasse aliquis caliditatem eius in Hippocrate apologiam meditans) ne vana, quae dicuntur, sint. Iam primum enim calidum, quod secundum substantiam est, non absolute ita corporis vniuersi mole diiudicatur, verum, quemadmodum ipsemet aliquando Lycus alibi dixit, maximum esse hominis cerebrum affirmans, non quidem accepta absolute magnitudine, sed habita potius animalis cum animali proportionem. Ergo, sicuti paruulum adeo puerum maius habere elephante maximo cerebrum affirmat, non sola habita corporis magnitudinis consideratione, sed adhibita praeterea proportionem, sic etiam fecisse illum in calido corpore oportuit, examinatione antea facta corporum, quae in nobis sunt, quodnam innatum sit. i. primo genitum, quod *ἐγγενὲς* vocant, si quidem ipse etiam nomen hoc scit & in Hippocratis libris scriptum reperiri, & pro eo accipi corpore, quod primum generandis adsit, id est ex quo primam sortiuntur generationem: quod quid aliud quae sit, quam sanguis menstruus semenque? Ego certe nihil noui praeter haec tertium. Quoniam autem corporis in ijs, quae generantur, substantia ex his constat principijs, quae prima exacte fuerit constitutio, non ex pluribus ijs, quae diximus, sed ex solis corporibus constabit: quantum cur primam exacte dico? Si namque, qualis ab Hippocrate exposita sit die rum sex genitura, recordabimur, innatum adhuc in illa corpus permanere, aperte dignoscemus, cum, antequam aliqua ossis, aut venae, aut arteriae, aut nerui, aut cartilaginis, aut ligamenti in foetu natura appareat, vni ei corpus calidum innatum adsit. Sanguinis enim grummo per similes, mollisque caro, ac effigie carens, primum foetus excipit effigiationem, tanquam sanguinis vibices, ut Hippocrates nominat, continentem, ex feminis substantia ipsa, cum candor ei adsit, fiunt deinde ob multa, & quae assidue fit, mutationem ossis lineamenta quaedam ac cartilaginis, & ligamenti, & nerui, & arteriae, & venae, quo quidem tempore innatus adhuc perseverans calor foetus ipsius corpus est. verum, quo magis magisque crescit foetus, eo sane minus redditur calidum illi innatum corpus, quod nihil, quam sanguis semenque, aliud est. Corporum vero acquisitionum varietas accedit quaedam, cum eorum, quae enumerauimus, innatum animantibus nullum sit, sed acquisitione omnia habeantur. Quod si fieri posset, ut totum aliquando animal ex ossibus, aut neruis constaret, hoc sane modo innatus deperderetur calor. Nunc fieri quidem hoc non potest, ut tamen maior ossium, cartilagineum, ligamentorum, neruorum, arteriarumque substantia sit, fieri potest. Quam etiam ob rem, quae extremam senectutem agunt animalia, cum sanguinea naturae minimum obtineant, tota ferè ex solis ossibus, neruis, membranis, ligamentis, arterijs, venis, cartilaginibusque constant. nam inter animantis partes sola est caro, quae sanguinea sit, quam, quae consenuere corpora, minimam in se continent, & eam tum sanguine praeditam exiguo, tum duriorum, aliarum vero partium, quae sanguinea sit, nulla est. Connati igitur corporis, quod ab efficacissima, quae in eo est, qualitate innatum calidum appellatum fuit, non absolute ita metiri magnitudinem oportet, sed facta potius cum non innatis comparatione, eorum inter se inspicere proportionem debemus. Quemadmodum enim in balneo vapore, siue fumum malis, multum, aut huiusmodi esse aliquid dicimus, non ita absolute ad domus referentes magnitudinem, sed ad proprium potius balnei aerem: Ad eundem etiam in homine modum, aut multam, aut paucam esse innati caloris substantiam dicemus, facta cum non innatis corporibus comparatione, ut enim cuncta in infantibus sanguinolentissima reperiuntur, adeo, ut in ossibus quoque non nihil huiusmodi appareat, contra in senibus sit, ut exanguia maxime obtinent, corpus porro calidum innatum sanguis erat. Quare ex his colligitur & ijs, qui crescunt plurimum inesse corporis calidi innati, & ijs, qui consenuere, minimum: sic etiam semen, quod ex ferosa humiditate, ac spiritu, qui in ea est, constat, in his quidem, qui consenuere, exiguum admodum est, at in horum, qui crescunt, corporibus plurimum, atque inter ipsos in his potissimum, qui nati nuperrime sunt, quemadmodum in commentarijs de semine demonstraui. Num igitur ambiges, an eorum, qui crescunt facile absumatur, atque diffusetur corpus? atqui in caeteris non te sane fugit aquam calidam, aut oleum, aut si quis est alius id genus humor, exiguo temporis intervallo per halitum digeri totum, id quod neque in terra notari, neque in lapide potest, nec iam in alijs, siqua frigida & sicca natura sunt. nam, ut duae sunt in vniuersa rerum natura, quae per halitum facillime digerantur, qualitates, caliditas, atque humiditas, sic è diuerso, quae perdurent, duae, siccitas, ac frigiditas. Quamobrem nihil videri mirum debet, si quidem puerorum ob humiditatem & caliditatem facile diffiantur corpora: senum vero non facile, ut qui à frigiditate & siccitate coagmentata substantiam obtineant. Quare, quae in te dici rectius possent, alteri obijcis Lyce optime. Certe principale documentum quoddam, quod nullus, qui modo legitime introductus in disciplinas sit, nescit, visus es ignorare. nam multam substantiam, quae simplex sit, corporis quidem diiudicat moles: at, quae ex diuersis

Extraord.

Ii componitur

componitur, eorum, quæ immista sunt, proportio, sicuti cerebrum etiam, aut aliarum partium aliamquam, ad quem sanè modum ij quoq; qui vinum aqua bibendi causa miscet, aut vini, aut aqua esse plus, aut horum neutrum superare dicunt, cum forte comista ita temperate ea fuerint. Tam vero obstupidus nullus est, vt, cum ad vini dolium aqua heminam addiderit, plus esse in dolio aqua dicat, quam in paruo poculo sit, cum verbi gratia ex tribus, qui in eo continentur, cyathis vnus aque, reliqui aut duo vini fuerint. Lycus porro ipse medicamentum quoq; quod tetrapharmacum appellant, ex cera, adipe, pice, ac resina, aqua omnium portione constans, non plus continere, opinor, picis dicit, si quis duplam illam iniecerit: Verum hic quoq; iubebit nos animaduertere, vtrum tetrapharmacum medicamento plenum dolium totum sit, an vero paruum aliquod vasculum, ac deinde plus in dolio inesse picis dicit, quam in vasculo, etiam si in altero aqua oia portione insint, in vasculo autem picis ad aliam duplum sit. Quod si igitur omnia huiusmodi errata, cum cetera non possint, secundum proportionem ac misturam multum discernit, ac quod simpliciter ita, sicuti communem mensurandi modum dicitur, non sanè ad eum se res modum habet, quemadmodum Hippocratem Lycus reprehendit. nam tam est in ijs, qui crescunt, caloris innati substantia plurimum ad aliquid videlicet proportionem, quam etiam vna cum hac, qualitates, siquidem a substantiis separari propriae qualitates nequeunt, vti sanè nec facultates, atq; ad hunc modum, si in tetrapharmacum plus iniectum, facta ad aliam proportionem, picis fuerit, non eius tantum substantie, sed etiam qualitates, facultatisque plus inesse dices, ob idque humorem etiam, quicumque is picis sit, aut cum esse. Itaque planum factum est, secundum tria, quae Lycus scripsit, multi significata tantum in tetrapharmacum plus inesse picis, dici posse, quam caloris innati in animantibus. Atque hoc in his, in quibus, quae admiscetur, tota inter se non contemperantur, manifestum fit, nempe secundum tres, quos Lycus retulit, modos, plus alterum altero esse dici, sicuti sanè in hoc, quod inter vtilissima est, medicamento ex iride, aristolochia, orobi farina, ac thure, a quo omnium pondere confecto, poterit quis, ceteris aequis ex his vnum aliquod triplicatum immiscere, vt aristolochiam verbi gratia: in qua mistura dici vere poterit aristolochiam & substantia, & qualitate, & efficacia, reliqua exuperare, atque huius inesse plus. Id ipsum de balneo quoque pronunciare licet, in quo nunc solum contemperatus insit aer, sed et fumi, vaporisque aliquid accedat, ex quibus interdum fumi, interdum vaporis plus esse continget, quo modo et naturalis non nunquam balnei aeris plus: porro absolute ita pronunciatum, plus, sicuti substantia intelligimus exuperantiam, cum qua vna qualitate, & quae ab hac fit, efficacia augeri necesse est. Supponamus igitur maiorem reliquis duobus fumi substantiam reperiri, recte hic fumi ipsius qualitatem est, ac efficaciam maiorem esse dicemus, cum tamen in confesso sit qualitate maiorem non effici, sed vehementiorem, sicuti nec minorem, sed imbecilliores, verum is vocabulorum usus tam in vniuersa vita, quam in artibus omnibus frequentissime usurpatur. Quia in re quid attinet aliorum mentionem facere: cum manifestum orationi nostrae a febribus est ipsis sumere testimonium possimus, quas nunc maiores, nunc et minores factas esse dicentes quotidie audire omnes licet: & alium alio aliquando plus, aliquando minus febricitare, atque de eodem et heri, quam hodie. Ad hunc igitur modum cum supponatur secundum qualitatem multum dici, nihil videri mirum debet, si, in quo balneo maior inest fumi substantia, in eo maiorem etiam factam esse qualitatem dicamus: vti efficaciam quoque, si quidem proprio vtetur vocabulo, validam, vehementioremque, in eo abutemur, maiorem, copiosioresque nominabimus. quippe mordicus oculos fumus vellicabit, quo magis eius aduicia substantia fuerit, quapropter, cum substantiis vna proprie etiam earum qualitates excrescant atque efficaciam, non perperam quis in huiusmodi balneo plurimum inesse fumi dixerit. Rursum, vt dicebamus, vaporis quidem ac fumi aquae supponatur portiones, plurimum autem propriae aeris substantiae inesse, quae innato animantium calori proportionem responderet, ac generatur: hic sanè in balneo caloris proprii plurimum inesse dicitur. Num igitur dissimile huic est, quod in animantium humoribus inspicitur, ex quibus in vaporem resolutis, resultans calor extrinsecus tangentes ferit: etenim alius sanguinis accensus calor est, pituitae alius, vt in flaua, atque atra bile alius. Ergo in pueris plurima sanguinis inest substantia, nimirum secundum misturam proportionem, (nam in hoc veluti ob lethargum dormitantes identidem excitandi sunt, qui talia effutiunt, qualia Lycus scripsit) & quae praeterea cum ea vna increfcit qualitas huiusmodi, qua mitem se ac tangentibus amicum, non iam aduersam mordacemque praebet, nec non etiam efficacia, secundum quam nequaquam nidorosa concoctiones fiunt, neque vero, vti in pituita, acidae. Omnibus igitur, Lyce optime, modis plurimum ijs, qui crescunt, caloris innati inest, quo circa nihil iam deliquit Hippocrates, at te potius ipsum conuiciatorem esse deprehendimus. planum enim ex ijs, quae scripsisti, fecimus, vt a nullis introductus praceptoribus fueris, quo Hippocratis dogma aliquod percipere potueris, vtiq; manifesto, quae prorsus ignoras, ipse reprehendas, tum contradictionem moliri ignorantiae plenam declaratus es eam, qua artis vniuersaeque constitutionem demoliedam aggrediebaris, cumque eorum, quae de his saepenumero scripsit Plato, nihil teneas, tibi ipsi pugnancia saepe affers, in adolescentium detrimentum, quicumque ratiocinatur, sicuti tu, scientiae ignari veram a falsa distinguere orationem nequeunt: postremo audacissimus praeter haec, ac nihili visus es, dum prius, quam ea plane didiceris, eorum, quae ab Hippocrate dicuntur, expositiones conscribere aggredieris.

Galenus



GALENI CONTRA EA, QUAE A IULIANO IN HIPPOCRATIS

APHORISMOS DICTA SVNT.

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

Quod saepe medici spontaneas naturae vacuationes imitentur.

CAP. I.



Consulitius quidem esset, si, quemadmodum statutum legibus est, vt eadem, qua reus poena, si damnatus fuisset, puniatis, qui falso accusarit, ita digna in eos errorum poena animaduertetur, qui ijs, quae ignorant, falso contradicunt. Sed, quoniam nescio quo pacto iniurias persequi iudicio licet, lex autem falso contradicentibus statuta nulla est, arbitror non immerito in optimos viros impurissimum quencumque inuehi audere. Si quidem, sicuti in Aegypto olim artium inuentum vnum quodque a communi eruditorum consensu probatum columnis inscribebatur quibusdam in sacris locis positum: eodem modo factum apud nos oportuit collegium proborum simul doctorumque hominum, qui examinatis recentiorum scriptis, in publicum, quae bona sint, exponant, mala vero quaecumque fuerint, perdant: satius autem esset, si ne scribentis quidem ab his nomen reciperetur, quemadmodum antiquitus ne in Aegypto quidem: hoc enim pacto nimiae gloriae contentioni apud istius cupidus obuiam maxime ireretur. Nunc, cum & passim scribere omnibus liceat, & vnicuique sententiam ferre apud vulgus, audacissimus quisque maxime commendatur: quemadmodum Thessalus ex ijs, quae cotameliiose aduersus Hippocratem scripsit: cum tamen librum is composuerit, in quo, dum aphorismos damnare se putat, aperte seipsum prodit ne minimam quidem Hippocraticae artis partem didicisse. Atque aequum fuerat, cum prius hanc ipsam edoctus fuisset, ita demum contradictionem moliri. An hoc fortasse non a me recte dictum est: neque enim (si quidem eam probe nosset) tam fuisset audax, vt se veris opponeret, nisi si ex illis esset, qui omnem funditus pudorem exuerunt, cuiusmodi nunc etiam Alexandriae repertus est Iulianus, cuius quadraginta octo esse libri dicuntur contra Hippocratis aphorismos scripti, in quorum secundum nuper incidi, in quo aphorismum ipse quidem hunc esse falsum existimat. In ventris perturbationibus, & ijs, qui sponte sua fiunt, vomitibus, si qualia purgari debent, purgantur, prodest, & leuiter ferunt, sin minus contrarium: sic vasorum quoque exinanitio, si quidem qualis fieri debet, fiat, prodest, & leuiter ferunt, sin minus, contrarium. & Dijs quidem gratia, quae nobis primum sese obtulit legendus liber, ne frustra consumptum mihi tempus fuisset legendis in longum ijs, quae contra aphorismum primum scripsit, qui ceterorum deinceps procerum est. fortassis enim, cum coactus aduersus ea scripsissem, nihil fecisse magnum videri possem, propterea quod ad medicam considerationem nondum accedit sermo ille, ac praedictus aphorismus non sanè de minima artis parte disputat, medicum admonens, cum per superiorem inferioremue ventrem spontaneae fiunt euacuationes, vt eas, quae iuuvent, imitentur, tum, quae illae sint docet, ac quemadmodum dignoscendae, non minus, quam eas, quae laedunt, suis notatas indicijs. Quod si artem Iulianus ab Hippocraticis magistris percepisset, non sanè ausus esset veritati contradicere, sed, cum neque ipse, nec iam is, qui talis tantaeque stoliditatis auctor ei extitit, Thessalus artem nouerint Asclepiadarum, mirum non sit, si ea isti ignorant, quae ne hi quidem nesciunt, qui repudiata ratione mederi se profitentur, quippe licet eos dicentes audire incrementum ex imitatrice maxime experientia suscepisse artem, nam, quaecumque casu facta agris profuere, ea nos, inquit, saepenumero secuti constituimus, diuisisque his naturalia appellant, quorum de corpore causa prouenit, quorum autem extrinsecus, a fortuna, vt iam non solum naturae, sed etiam fortunae imitator medicus sit. Ac multa sanè allata ab illis exempla sunt eorum, quae a fortuna profue-

Extraord. li ij re, vtq;

re, utque inter alia is, cui, cum cecidisset, disrupta in fronte vena fuit, quod in similiter affectio non sunt E
 veriti facere, ut eandem secarent venam, nimirum eiusdem, aiunt, successus spe: Quinetia phleg-
 mone laborantes oculi, a fatiscis abunde cita alio adiuti maxime nos ad id imitandum excitantur,
 ad eundem modum morbo regio affectis profusa biliosorum excrementorum copia visa est sa-
 pius contulisse: ut aqua inter cutem laborantibus, a quo foris: utque is, qui morbum, quae elephan-
 ta vocant, patiuntur, nigricantium humorum confert inanitio. unde argumentari aperte licet de-
 bere medicum imitatore esse. Quid autem attinet euacuationes spontaneas referre, cum praec-
 ceptorum quoque facta secuti artem addiscamus: an, si clysteri quocumque ventrem sub iucens Thef-
 salus agrotantem curet, imitari hunc discipuli debeant: si sponte is fluat, non debeant: an, cum
 suppressa menstrua fuerint, sanguinisque vomitus mulierem inuaserit, tunc, si prouocata purga-
 tione, vena ue secta affectum hunc sanet Thessalus, non sane delinquant discipuli magistrum imi-
 tati, sponte autem profusis menstruis si leuetur agra, hoc non iam imitari eos conueniet: Atqui
 nihil interest ad hoc, ut utrunque imitemur, si, vel cum obstetrix euocauerit menstrua, vel cum
 Thessalus, vel cum horum neuter, at sponte fluentibus ipsis leuetur agra, quando ab euacuatio-
 ne, non vnde haec sit, utilitas provenit, hocque ipsum Hippocrates docens aphorismum aliquando
 illum inscripsit, Mulieri sanguinem vomenti prorumpentibus menstruis, solutio. quomodo. F
 cunq; prorumpant menstrua, soluetur, inquit, affectus, siue naturaliter id, siue a nobis fiat: non
 enim, quae hoc facit causa, sed quod factum est, aegros iuuat, vnum modo menstruis adsit, nempe
 confertim effluere, quod voce illa prorumpentibus Hippocrates notauit, solitus largiores eua-
 cuationes nomine illo appellasse, aequae ac si verbis vsus esset huiusmodi, Mulieri sanguinem vo-
 menti menstruis confertim profusis solutio. Dies me certe deficiet, si, quaecumque sponte facta
 imitentur homines, referre velim: nec sane de hoc alius ambigit quisquam, sed tanquam commu-
 nem notionem agnoscunt omnes, soli sunt, qui dubitent, periti sopheris, quicunq; tandem, quan-
 tum quidem ad artis opera attinet, vulgo quoque ipso deteriores sunt, a rabie pudore texen-
 dis aduersus optimos medicos prolaxis nugis exercitati. cuiusmodi nuper extitit Iulianus is, quae
 in artis operibus nunquam verfatum esse, nullo autem pudore contumeliosos veteres incesse me-
 dicos nouere omnes,

Galenus excusatio, quod aduersus Iulianum scripserit.

CAP. 2.

Ea igitur, quae contra paulo ante dictum aphorismum scribere ausus est, ne dici quidem potest,
 quantum praesertant, ignorantiae dicam, an impudentiae, an audaciae, an potius (si quidem di-
 cendum verum sit) cuncta haec simul, atque his longe plura conueniunt: Quapropter commodius G
 fortasse factum fuisset, si ne digna quidem ea iudicasset, quibus scribendo contradicatur, & in
 quae aliquid absumatur operis: Verum, cum complures a me amici studiose exegissent, ut, quae-
 cunq; post allatum ad nos librum, in quo aphorismum praedictum Iulianus reprehendere aggre-
 ditur, disputassem, descripta in commentarijs eis traderem, subij & hoc non sane exiguum certa-
 mentum, ac longe quidem maius, (si quidem fateri verum licet,) cum extemporalibus sermonibus
 vsi sumus, quos per dies sex, aut his etiam plures fecimus, dum nugarum conamur ostendere co-
 piam, quarum plenus sermo est is, quem scriptum in libro reliquit. etenim in hunc istud optime
 dictum quadrat, quod vulgo dicitur, homine hoc loquacius inuenias nihil. vnus olim Thersites
 plus iusto loquax fuisse dicitur, at id huic quanto, quam Thersitae, conueniet magis, facile omnes,
 quotquot vnquam fuere, loquacitate superant: quapropter, qui sermonibus his interfuere, cum
 illos legerent, duobus hominibus nominibus notarunt, loquendi immodicitate, atque infinitate. itaque
 Vlyse potius quodam opus illi fuerit, qui eum sceptro assidere iubeat, me autem, ut eum pruden-
 tia instruam, minime. tam enim obstupidum prudentem reddere ne musarum quidem chorus pos-
 sit. Cum igitur inuitus adductus sim, ut ista scriberem, ne forte ab ijs, qui haec lecturi sunt, reprehen-
 deret, praefari haec volui. Cum enim futurum sit, ut hominem reprehendam indoctum, stolidum, H
 opinione sua sapientem, nugis inter ineruditos adolescentes verfatum in vniuersa vita, apud quos,
 quo nomine veteribus maledicebat, aliquis tandem esse visus est, hoc cum peragere necesse ha-
 beam, quae so, liceat mihi verbis huius ignorantiam castigare asperioribus, quibus ego ut alioqui
 non soleo. Iniquum quippe foret, si quidem huic in optimum quocumque veterum congerere maledi-
 cta liceat, nobis non liceat eius ignorantiam demonstrationibus detegere manifestis, quae tan-
 tum suscepti incrementum, ut, vnde nam ordiatur quisquam, non sit facile inuenire.

Quae Iulianus pro Methodicis attulerit.

CAP. 3.

Ac in libri quidem principio praetermissio Hippocrate, longa in Sabinum oratione inue-
 nitur, id quod in vniuerso opere factitasse videtur, cui tamen titulus praescribitur, non iam
 in Sabini expositiones, sed in Hippocratis aphorismos: deinde, quemadmodum consuevit, mul-
 ta inconsiderate profert collectis immanifestis quibusdam, inanibusque verbis: quorum si quis re-
 prehendere aliqua conetur, maximum prius is librum confecerit, quae rem attingere ipsam videri
 possit, etiam ut non omnia dicantur. Haec igitur perdifficile est scribentem disponere, ac potius
 summe arduum, nos tamen in extemporalibus sermonibus, quos apud eruditos viros sepe nu-
 mero fecimus, facultatem ostendimus quandam ex similitudine expositionum in veteres inueni-
 tam,

A tam, nam quemadmodum eorum in publicis disputationibus propositum librum explicamus.

* Defunt non nulla. *

Quod si dissimulata naturae perscrutatione methodicus nec elatus, nec magnifice de se loquens,
 neque vero superiorem latentis dogmatis radicem in medium proferens duos esse dicat corporis
 affectus, secundum naturam enim constituto duas veluti insidiari aduersarias inter se obuersiones,
 atque immutationes, dum aut plus satis clausum, aut infusum est, vident sane poterit, intelligibi-
 lia dicere, non quidem naturam scrutantibus philosophis, ac de rerum omnium materia disce-
 pantibus, sed tamen medicis naturalibus. Et haec quidem ex mirabilibus Iuliani sermonibus
 verborum series vna est. Quibus ab ijs recedens, quae Asclepiades, & Themison, & Thessalus
 elementa posuere, in praedictos tendit philosophos, qui ex mundo hoc vacuum funditus sustu-
 lerunt. Alteram autem deinceps subdit ad hunc modum. Neque vero linguae ulterius imperare
 possum, quin dicam, quid enim mihi id: ut propterea, quod huiusmodi conuersiones quemad-
 modum elementorum sequitur generatio, sic calidi etiam natura, & frigidi, & humidi, & siccii,
 ab his enim veluti parentibus fieri postremo haec quoque opera possunt. Vide, quam in altissimis
 B thronis, ac valde sublimibus sedens latuit methodus, quam, cum praehumiditate modestiaque de-
 litefcere cuperem, caelo ostendi, vnusque, atque idem primus detexi, obductam illi nebulam discu-
 tiens, soluensque. Haec sunt, quae Iulianus dicat, atque ab his deinceps. Ego repudiat is elemen-
 tis cum Epicuro non sentio non vnam faciente substantiam, in libro itaque de methodo haec, mul-
 taque praeterea alia scripta sunt a Iuliano, qui totus inscriptus ab eo est Philon. at in alio, ubi de
 animae corporisque affectionibus institutus illi sermo est, in hunc rursus modum scribit. Igitur
 contractionis diffusionisque moderatum statum, commensuratumque statuentes in humanis co-
 agmentis, sanitatis illum nomine appellamus. isti porro mediocritati cum insidiae a morbis ten-
 duntur, necessaria sit, ut patiantur corpora contracta ac dura, sicciora ue, aut diffusa, molliaque fa-
 cta, atque humida.

Platonem, Stoicos, & Peripateticos dissensisse a Iuliano de elementis & causis morborum.

CAP. 4.

Haec sunt igitur eminentissimi sophistae verba methodicos medicos affirmantis Platonem
 sequi, vna cum Zenone, atque Aristotele. nos contra admonebimus ipsos horum vnum-
 quocumque philosophorum, plurimosque praeterea, qui post illos vixere, sanitatem esse existimare
 C calidi, frigidi, humidi, siccique temperiem, horum autem singulorum tum excessum, tum defectum
 morbos gigni eos, qui in victus consistant ratione, inesse porro in corporibus humores etiam,
 qui morbis proportionem respondeant, hos quidem facultate sua humidos siccos ue, illos calidos,
 aut frigidos, sic Plato cum sectatoribus vna suis, sic Aristoteles censuit, quique illum secuti sunt,
 Peripatetici: sic etiam Zeno, Chrysiippusque, alijque praeterea Stoici. At Iulianus ne librum quidem
 legit vllum virorum, quos retulimus, nec proripsum, quid consequens, sibique pugnantem sit, intelligit.
 non enim eum fugisset, quemadmodum sectae, quae vacuum tollit, haec conueniunt: ita alteri, quae
 hoc ponat, conuenire illa, nempe in meatuum symmetria quadam sanitatem consistere, sicuti in flu-
 xu, clausuque rerum, quae per id feruntur secundum victus rationem, morbos. Quid igitur faciam?
 Aristotelis ne ac Chrysiippi, caeterorumque Peripateticorum omnium, ac Stoicorum deinceps ver-
 ba subijciam, in quibus bilem, pituitamque causantur, primosque morbos esse quatuor affirmant,
 non aliter sane, quam elementa, calidum esse & frigidum, & humidum & siccum: an hoc, cum non
 duo tantum libri compleri inde possint, sed tres etiam, & quatuor, atque his plures, praetemit-
 tendum a nobis est, abundeque nobis esse existimandum, quae a Platone tantum dicta sunt: Cum igitur
 ita facere consultius sit, ne per omnia cum nugaci sophista diutius nugemur, finem de his faciam,
 D si prius hoc solum de Peripateticis, Stoicisque philosophis dixerim, neque Aristotelis, nec iam Theo-
 phraasti librum vsquam inuenias, in quo, siquid de morbis necessario dicendum illis sit, omnia ca-
 lidi, frigidi, humidi, siccii mentione oratione absoluant. Quin cum horum, tum vero vtriusque non
 raro bilis mentionem faciunt, nigrae simul ac flauae, saepius etiam pituitae, quippe qui huiusce ex-
 plicent discrimina, & hanc quidem aridam, salisam illam, falsilaginosam ue, aliam autem dulcem
 appellant. Neque vero aliter sentit Chrysiippus, semperque ad eundem modum, tum de morbis, tum
 de humoribus disputat. Horum igitur trium tantummodo si quis verba colligat, non sane pau-
 cos is conficiat libros, praesertim si quantum Iuliano Alexandriae supererat, tantum etiam huic
 ocij super sit, quae ab alijs tam Stoicis, quam Peripateticis dicta sunt, colligere vniuersa vellet,
 iustam is etiam bibliothecam expleat. At nobis, sicuti iam diximus, satis erit, omissis his, vnus Pla-
 tonis verba referre, nusquam ab Hippocratis placitis discedentis. Neque vero ex omnibus vndique
 libris ea deligam, qui plurimi certe habeantur, sed vno contentus Timaeo haec inde transumpta
 subijciam. Sane, quemadmodum morbi consistant, id nemini obscurum, cum enim, ex quibus cor-
 pus conflatum nostrum est, genera quatuor sint, terrae, aquae, ignis, aeris, horum praeter naturam
 excessus, defectusque, propriaque sedis cum aliena commutatio, tum ignis, atque et caeterorum vnum-
 quodque (quando plura vno genera haec habeantur,) quod sibi conuenit, non suscipiens, omniaque
 Extraord. Ii iij huiusmodi,

huiusmodi, perturbationes, morbosque afferunt, cum enim a natura horum unumquodque rece- E
dit, commutaturque, quaecumque prius frigida erant, nunc concalescunt, atque antea sicca, humecta
imposterum fiunt nec non lenia grauique, atque omnimodas prorsus transmutationes suscipiunt.
Hoc in loco, quantum ad elementa prima spectat, eorumque qualitates, aperte Hippocratem sequi
tur Plato, deinceps vero morborum causas in humores quoque deriuans ad hunc modum scri-
bit: Albida autem pituita ob bullarum spiritum intus detenta sauit: sumpro vero extra corpus spi-
ramine mitior illa quidem, varie nihilominus corpus pingit, vitiliginum in eo species, leucas, al-
phosque, atque id genus morbos procreans, at, cum atrae mista bili in capitis diuinis, mos orbes di-
labitur, hosque ipsos infestat, ut in somno mitior, sic cum vigilantes inuaserit, diutius vrget, qui sa-
ne morbus sacratoris naturae cum sit, sacer meritissimo appelletur. Hisque deinceps verbis alia ad-
dit. Haec porro salsa aridaque pituita morborum omnium eorum, qui cum fluxu vna fiunt, caput
est, a locorum, in qua fluit, diuersitate multimodas quoque appellationes sortita. In hunc modum
de pituita, atraque vna bile sensu Plato, caeterum, quae de flaua differat, post haec attende. In corpore
vero, quaecumque eo, quod ardeant vranturque, inflammata dicuntur, cuncta a bile fiunt. accepto
itaque haec respiramine omnimodos tumores foras feruens emittit: at inclusa intus morbos gignit
perurentes plurimos, huncque maximum, quoties sanguine commista puro fibrarum genus F
ex proprio ordine deturbauerit, quae ea gratia distributa in sanguinem sunt, ut nec tenuis ni-
mis, nec crassus nimis esset, neque iam ob caliditatem, quippe qui humidus foret, ex raro cor-
pore defluat, neque rursus nimia densitate motioni ineptus, vix se in venis conuertat. Hanc
vtique vitilitatem fibrae naturae generationi largiuntur, quas si quis emortuo sanguine, refrigera-
toque inter se colligat, quod reliquum est sanguinis, vniuersum diffluit, quod si derelinquantur,
quam primum vna cum ambiente frigore congelantur. Hac cum praedita facultate sint in san-
guine fibrae, bilis, quae natura vetus facta est sanguis, cum rursus ex carne in hunc eliquata mit-
titur calida, humidaque, sensim primo inuecta ob fibrarum vim gelascens coit, gelataque, ac re-
stincto illius violenter feruore tempestates intus, tremoremque excitat, at, si maiore se vi inferat,
euctis a caliditate propria fibris, confusoque earum ordine efferuescens vixitrix euasit, ac, si ad ex-
tremum usque perdurare validior potest, ad medullas usque penetrans perurensque animae ibi-
dem dissoluit quaedam tanquam retinacula, hancque ipsam liberat, at, cum minor huius copia est,
corpusque eiliquefcens reluctatur, deuicta, aut per vniuersum corpus excidit, aut in inferiorem su-
perioremue ventrem per venas expulsa, deque corpore veluti ex discordi ciuitate eiecta intestino-
rum lauitatem difficultatemque, caeteraque huiusmodi mala affert. Haec sunt, quae Hippocratem se-
cutus Plato in Timaeo tantum scripsit, at, si quis, quae in reliquis eius libris reperiuntur, vniuersa G
colligat, videri is poterit, quod quidem ad sermonis attinet prolixitatem, Iulianum imitatus, mul-
toque etiam magis, si, quae de calido, frigido, humido & sicco, bile, pituita, sanitate ac morbo scripse-
re Theoph. Aristot. Chrylip. Peripatetici, Stoicique omnes, adscribat singula, & quidem nunc ali-
quos esse arbitror, qui nostrae huius in obtusissimi philosophiae redargutionem compositae orationis
longitudinem reprehendat. Qui enim (pro Iuppiter Deique) Platonem quidem & Aristotelem
& Zenonem horumque ipsorum sectatores veritus non sit laudibus efferre, quae vero de corpo-
ris elementis dicta ab Hippocrate sunt, refellere, an hunc censet in reliquis omnibus verecunde
quicquam diciturum?

Neque ex ignorantia, neque ex discordia philosophorum in nomine naturae prohiberi, quin naturaliter
se aut praeter naturam homines habere affirmemus. CAP. 5.

Mittantur tamen haec, notentur, quae deinceps scribit, dum ne naturae quidem, ut videtur,
vocabulum considerandum permittit, vitur autem verborum hoc initio. Non hercle nobis
hi persuaserint, neque vero sibi ipsis, modo verum fateantur, non ignorare se, quid natura sit, quam H
in omnem partem vexant, magnifica vbi cunctaque verba sonantes, aut simplex calidum, aut attempe-
ratum, mistumque, aut frigidum spiritusque substantiam. Hisque deinceps multa addit, naturae eos nosse
substantiam concedens, quasi vero in proposito nobis nunc aphorismo naturae adscripserit no-
men Hippocrates, ac non potius de sponte factis euacuationibus loquatur: vnde igitur in men-
tem illi venit naturae vocabulum? Vnde quae so magis, quam ex Iuliani nugandi consuetudine, ut lon-
gioris sibi sermonis ansam arripere: quem si quis explicet, facile is eius deprehendat nugae. Cum
igitur medici oes has quidem a natura, illas vero casu fieri affirmant, ut ostendant eorum interdum
causam ex agrorum oriri corpore, interdum extrinsecus accedere, occasionem nactus hanc est, ut ali-
quid de naturae vocabulo nugari posset. Est porro, quod dicere nititur (ut in summa dicam) eius-
modi: Non par est eos, qui naturam, quae sit, ignorent, naturales euacuationes in ore habere. At eade
ratione, philosopha audacissime, nobis, neque ut animam teneamus, neque sensum, neque vero mentem,
aut rationem, aut memoriam, cognoscere licebit: quippe quorum omnium non facile dignoscatur essentia,
quod minime mirum sit. Nam, cum Solem etiam ipsum, quem tamen apertissime videmus, quam sit
essentia, non exacte satis scimus, existimabimus. nos de natura, de anima, aut memoria, aut reliquis id
genus rebus posse audaciter decidere? Verum, quae admodum recte ista diximus, sic, cum horum vniuscui-
usque

* A iusque notionem, substantiaeque dignotionem tenemus manifestam, adijcienda ea oratione est, a natu-
ra enim planta omnis regitur, at animal omne a natura simul & anima. siquidem nutritionis, atque
augmenti, effectuumque huiusmodi causam naturam appellamus oes, ut sanam aiam, qua sentimus,
mouemurque. Quo fit, ut nec falsa naturae opera proferat nostrum quisque, nec iam, si illa nouerit ali-
quis, statim hunc necesse sit eius quoque essentiam nosse, quemadmodum nec Solis, quem ut orien-
tem manifesto, sic etiam occidentem videmus, locique interuallum vtriusque praefinito tempore or-
dinatum percurrentem, huius tamen quae nam sit essentia, per oecum quarimus. Quod si igitur fieri non
posset, ut, naturales quoties fierent excretiones, sciremus, nisi prius has ipsas faceret naturam substan-
tiam cognosceremus, non ille quidem immerito, cum hanc incognitam esse ostendisset, simul etiam
harum ipsarum dempsisset cognitionem, nunc cum liceat, etiam si quis illam ignoret, has tamen ipsas
scire, superuacanea sunt, quae nugatur. & haec quidem omnia optimus Iulianus. At nos, quoties ali-
cui nullo sumpto purgante medicamento vomitus accidit, aut multa contingit inferior euacuatio,
siue ea per intestina, siue per vterum fiat mulieris, huiusmodi omnia natura facta esse dicimus, vel
a natura, vel naturaliter (nihil enim refert) eaque ipsa cum manifesto agrorum emolumento imita-
mur. Videtur autem Iulianus neque id scire, quod quotidie in ore oium est, vulgoque non nescitur,
B nempe secundum naturam se habere sanos, agros vero praeter naturam. nam, si prius, quam naturam
essentiam nouerimus, nullis nobis huiusmodi nominibus uti licuerit, neque enim naturam sanos,
neque vero praeter naturam agros se habere dicendum nobis erit. Demus tamen illi, si placet, hoc ex abun-
danti ratione, concedamusque fieri non posse, nisi prius ex calido, frigido, humido, & sicco corpora
nostra constare scierimus, bona, quae a natura vel casu fiunt, ut imitemur. Quid igitur obstat, quo
minus hoc ipsum sciamus, dum & placiti huius demonstrationem asserere possumus, & optimus
quisque philosophorum, qui tibi quoque ipsi admirabiles sunt, cum Hippocrate vna, atque iter se etiam
consentiant? Nisi vero discordiam aliquis fati esse argumenti putet ad monstrandam placiti hu-
ius ignorantiam, de stoico repente ambiguus quidam factus. Nam, si sermoni huic persuasus cre-
dis, affirmanti eorum nihil, de quibus philosophi inter se digladiantur omnes, in cognitionem ca-
dere humanam posse, cur non multo etiam magis, quam alijs oibus tuis illis pulchris coitibus, quas
in caelis habitans methodus generauit, fidem abrogas? at has aliorum medicorum nullus obscu-
re, quin aperte potius nouit, sicuti quidem existimat Theffalus, quodque hoc maius sit. cum enim
has Theffalus gloriosissimo medicorum, qui circa ipsum sunt, choro sibi visas ostenderit, nemini
tamen inter illos conuenit, quin immo maius ad hanc usque diem bellum inter se exercent, quam cum vna
C cum discipulis suis altercabatur Theffalus. Quod si ex dissensione rerum ignorantia signum
sumitur, profecto ante omnia Theffali coitibus, quanto etiam magis de his ambigitur, abrogan-
da fides est. Enimvero de corporis nostri natura, quam vel ex aere, & igne, & aqua, & terra, vel hu-
mido & sicco, calido ac frigido temperate sibi inuicem mistis constare dicunt, dubitatum quidem
olim est, sed non adeo tamen, ut de Theffali coitibus, cum et Plato, & Zeno, & Aristoteles, & Theo-
phrastus, & Eudemos, & Cleantes, & Chrysippus, alijque praeterea philosophi quam plurimi, qui
se partim Stoicos, partim Peripateticos, partim etiam Platonicos noari voluerunt, eadem de illis
sentiant. At a Theffalo prolatae coitates, tantum abest, ut ceteris probentur medicis, ut ij etiam di-
uersa de his sentiant, qui re vera a methodi cum sint, glorioso tamen methodi vocabulo quodam tanquam praet-
textu vtuntur, neque Hippocrati, neque Diocli, neque Plisihonico, neque Praxagorae, nec Mnesitheo,
nec Philotimo, nec Erasistrato, nec Herophilo, neque medicorum alicui logico, empirico ue Theff-
fali placere communitates. Quae si conferenda inter se discordiae sint, eam, quae de Theffali coita-
tibus est, longe alteram superatam inuenies, cum n. tres sint genere (ut illi dicunt) in medicina se-
cta, Theffalique coitates tam qui se empiricos, quam qui dogmaticos profitentur, tollant, non sane exi-
guam censendum est discordiam hanc esse, imensamque adeo, ut vinci non possit: quippe cum eas,
D neque qui harum habitus est parens Themison, neque alius ab eo quispiam, at nec amethodorum Theff-
faliorem vllus obseruet. Itaque non facile quaequam inuenias, qui non illis aut addiderit, aut detra-
xerit aliquid, aut aliqua saltem ex parte mutarit, neque tamen, etiam si ipsi inter se oes consentirent, par-
ua esset eorum cum alijs dissensio, cum vero de his omnibus ipsi quoque inuicem dissident, solus
hic relinquitur Theffalus, eumque praeter Iulianum istum secutus nemo est, & is verbo tantum,
nam re apertum fecimus, quam illi maxime aduersetur: quorum si quis fidem sumere certam velit,
nostros is de secta methodica commentarios adeat. Porro Theffalus, etiam si solus pro veritate con-
tendentibus dicat eorum, quae alijs visa sunt, consensum, demonstrationem esse quandam, ac iudicium, illi
nemo danauerit, & postea Theffalum, qui ab oibus dissidet alijs, non damnabimus? Hippocrati,
cui praeter optimos medicos, philosophorum etiam optimi consentiunt, fidem non adhibebimus
ob vnam dissensionem? quis hoc tandem ferre possit? quis tot tantasque toleret nugae? quis non po-
tius doleat, cum tempus contradicendo absumat homini, qui nec, quae dixerit, recordetur, nec, quae scri-
pserit, intelligat, ac tantummodo (ut in proverbio est) quicquid in buccam venerit, effutiat?

Aduersus Iulianum & Asclepiadem, quod plenitudo sit causa continens quorundam morborum. CAP. 6.

Verum omnis iam res, quae deinceps dicat, audiamus, ac primum cum praesentis aphorisi-
mi principium esse ait ac caput, nempe quod morborum continens causa humorum
sit

fit plenitudo. Rectius autem fecerimus, si hoc quoque in loco verba ipsa, ut habent, omnia adscri-
pserimus, proditum igitur ab eo est statim in hunc ferme modum (tempus est enim iam, ut recta ad
contradictionem veniamus.) In perturbationibus ventris, sic ut, quod reliquum est aphorismi, prin-
cipium habeat, ac caput, nimirum ex humorum plenitudine, ut a causa continente, morbifica af-
fici corpora. Quapropter demonstratum cum sit affectuum non esse causam humores, (hec enim
explosa iam est opinio) simul etiam aphorismi detectum est exitum, ut qui obscuro, falsoque innita-
tur fundamento. Haec sunt eius verba. optimum autem factum foret, si theatro constituto, plenoque,
non quidem quale Thesalus instituit, dum seipsum in suis illis garrulis libris corerat, sed erudi-
torum potius hominum pleno percunctaremur ab ipso, quam tandem demonstrativa metho-
do duce sermonem existimet verum esse a se dictum, qui sane, si quidem recte illum quispiam in-
terpretetur, ad hunc se ferme modum habebit: Qui vacationibus iuuari aegros aiunt, necesse
est hos existimare continentem morborum causam esse plenitudinem. Quod si verus sermo is
est, lubens sane inter doctorum hominum coetum Iulianum interrogarem, ut ex eorum multitu-
dine stoliditatem aliquando agnosceret suam, nam ex his, quae dicuntur, fieri non potest, ut agnos-
cat, huiusmodi cum sit.

Desiderantur pauca.

Seipsum detegit in libris, at in theatro, quae admodum recte ista tractentur, nunc exponam. Mul-
tis ex his, qui febre laborant, sanguinem mittit Thesaliorum a fellorum grege, si quidem hoc faciunt, cen-
sentes nocuimento eos ex euacuatione affici, non recte faciunt, si iuuari credunt, causam supponant
hi, necesse est, continenter esse plenitudinem, quod tamen negant. Dicat hic mihi horum for-
tasse aliquis, quae tandem necessitas est, ut iuuante euacuatione continens sit causa plenitudo: cui
ego facile ita respondere possum: necessitas quidem nulla est, de grege tamen vestro is est, qui ista dicat,
Iulianumque monstrabo, simulque aequum esse dicam, ut suarum ille nugarum rationem reddat, &
hoc quidem modo in theatro cum eo egerit quis, nunc vero (neque enim theatrum habemus) pau-
cis huiusmodi datur occasio. Quin omnes, quae cumque collibitum, effutunt, seu vera ea, siue aper-
te falsa sint, id quod Iulianus semper facit, sine delectu, quicquid in mentem venerit, scribens, nihilque
vnam veritatem curans. Ego autem in vniuersa vita mea cum nihil eque studuerim, quam demon-
strandi prius scientiam tenere, deinde summo hanc studio exercere, frustra laborasse videor. nam,
quicunque demonstrationem, quid sit, percipiunt, spes est hos re cognita, Iuliani fortasse abijcere nu-
gas posse: at, qui gregarius illius est, is ne eorum quidem, quae dicuntur, quicquam intelligit. Quam
ob rem dictum antea quoque a me est, non exiguum imponi mihi certamen hoc ab amicis, quorum
gratia scientificos tracturus sum sermones. Enimvero non solum oportuit Iulianum causarum dif-
ferentiae convenientia proferre vocabula, sed etiam eorum obseruare significata, nunc autem (hoc
enim habet medicorum omnium stoliditas commune) ad nomenclaturas usque continentium
causarum progreditur ille quidem, at, quo ab antecedentibus modo differant, non intelligit, neque
n. latuisset eos morborum ab antecedentibus causis augmentum fieri. quae enim principio morbos
facere consueuerunt, necesse est haec, donec simile quippiam agunt, eisdem adaugeant. ut medica-
mentum, exempli causa, acre adeo, ut vlcus facere possit, cui hora impositum tantummodo vna
cuticulam vulnerabit solam, & *ωιδος* Graeci appellant: longioris vero temporis tractu adhae-
rens opus peraget euidentius, cute primum ipsa, deinde subiecta quoque carne correpta, quo mo-
do etiam, quae putrefactia noiamus, ad ossa usque, tegente haec ipsa carne exusta, descendunt in-
terdum. Hac igitur praedita natura cum sint antecedentes causae, fieri non potest, ut, si quidem illae
remaneat, quod factum est morbi, persanetur. cum enim, sicuti monstrauius, maior subinde
morbus fiat, non sane, antequam, quod facit, tollatur, perfecte sanabitur. sunt igitur causae anteceden-
tes, cuiusmodi quoque plenitudo est. Supponamus. n. ante alia hoc in sermone, antecedente nisi quis
absiderit prius causam, fieri non posse, ut, qui factus est, affectus curetur. ob idque ipsum Asclepiades
morbos a plenitudine incipere existimat, agrisque adiuumento huius esse euacuationem ait, pe-
titque curationem a medicis perfici, non morbos, quos plenitudo faciebat, soluentibus, sed, ne adaugeantur,
prohibentibus. supponatur tamen causam morborum continenter interdum esse plenitudinem, ne-
cesse statim est, ut huius euacuatione tollatur morbus. At qui, ut Asclepiades ait, nunquam causa est
continens. satis. n. fuerit, relicto hoc in loco garrulo Iuliano, cum Asclepiade sermonem confer-
re, qui, ut caetera desint, legitime certe sophistam agit. oratione enim uti vir consuevit, cui credi
maxime possit, non illepide fucata, quod sophista, ut arbitror, officium est, non dissimilem tamen
huic sermonem protulit Iulianus, eum, quem deinceps scripsit, non me hercle facultate in hoc usus
sua (tales enim vbi que scripsisset) sed eorum, quae Asclepiades dixerat, recordatus. quod si ex propriis
esset Iuliani sermonibus, non aliter, quam superiores, nugatorius videretur. Itaque ait Asclepiades,
Si continens morborum causa esset plenitudo, factis non nunquam largis inter morbi initia euacua-
tionibus, fore, ut nocuimentum statim a se oeger depellat: nunc contra vili sapientius sunt, purgata
plenitudine, morbi tamen ipsi augeri. satis est ratio haec probabilis, propriaque ob id eger solutione,
neque tam ad ea, quae in Hippocratis aphorismo dicuntur, accedit, nam illa ex communi potius ho-
minum ratione, qua empiricos quoque uti diximus, quam ex dogmate villo, fidem sumpserunt.
ideoque



GALENI LINGVARVM HOC EST
OBSOLETARVM HIPPOCRATIS

VOCVM EXPLANATIO,

Mario Nizolio Brixellensi interprete:

Nunc ab eodem recognita.



Um volueris Teuthra linguas, hoc est voces obsoletas, quae apud
Hippocratem reperiuntur, quam breuissime fieri posset, a nobis ex-
poni, libenter & prompte tibi parauimus, huiusmodi studijs pulcher-
rime morem gerere, pulcherrimum existimantes. Erit autem, ut ipse ius-
sisti, ordo orationis nostrae ex ordine literarum, a quibus ipsae linguae
initium capiunt, si prius tamen illud definiuerimus, inter expositionem
omnium verborum Hippocratis & solarum ipsius linguarum, quid in-
terlit. Quaecumque igitur voces antiquis temporibus erant in usu, nunc
autem non amplius sunt, huiusmodi voces linguas vocant, & ad has
exponendas accedimus. Alias vero omnes, quaecumque inquisitionem
quidem non minorem desiderant, vsitata tamen in hunc vsque diem sunt, in ipsorum libro-
rum expositionibus super his inspicere commodius fuerit. Quid enim iudicium, & quid di-
uinum, & quid integre, & quis in summo bonus habitus, & omnia, quae talia sunt, oratione qui-
dem longissima ad explanandum indigent, in communi tamen usu versantur nihilominus, quam
vita, & breuis & ars, & longa, & opportunitas temporis, & velox, quanquam & harum vocum
non nulla expositionis egent. Ex quo mihi in mentem venit admirari eos, qui omnia Hippo-
cratis verba se exposituros pollicentur, si quidem non intelligunt plura se praeterire, quam doce-
re. Dioscorides quidem, non Herophilus ille cognomento Phacas, sed iunior quidam patrum
nostrorum memoria multis libris scriptis non modo dimidiam, sed ne tertiam quidem aut quar-
tam partem omnium verborum Hippocratis exponit. Ac praeter alia multa cumulus etiam ac-
cedit horum duorum, quae ab eodem in toto opere peccantur, primum quia de manifestissimis no-
minibus mentionem facit, ad quae intelligenda non modo multa, sed ne minima quidem expla-
natione opus est. Deinde quod hoc ipsum non semel tantum, sed saepissime facit. Haec igitur
nos contempsimus & praeter haec etiam omisimus exponere formam vniuscuiusque arboris &
herbae, & eorum, quae ex metallicis fodinis eruuntur, tum autem & piscium & animalium om-
nium, de quibus frequenter mentionem facit Hippocrates. Quae quidem Dioscorides is, de
quo loquor, non erubescit transcribere ex libris Nigri, & Pamphili, & Dioscoridae Anazar-
bati, atque ante hos Crateuae, & Theophrasti, & Heraclidae Tarentini, & aliorum innume-
rorum. Idem quoque notissimarum vrbium nomina exponit, similiterque Astrorum manifestis-
simorum, quae ne puer quidem ignorare posset. Atque in his exponendis non hic solus, sed
etiam alij complures peccant. Haec igitur omnia si quis amputet, linguas explanauerit solas, ut
Herophilus fecit, & Bacchius, cui Aristarchus grammaticus multitudinem exemplorum con-
gessit, ut aiunt, nos autem (ut scis) plura etiam, quam illi, excerpimus, eaque in commentarijs ha-
bemus. Quae celeriter & ipsa, si volueris, latiore enarratione colligemus tibi. Nunc autem, quod
iudicatum est, & longioribus illis commentarijs demonstratum, roganti tibi, ut per capita ha-
beas, praesens liber compositus est, completus non solum omnia nomina, quae cum ab alijs anti-
quis vsurpata fuerint, nunc amplius in usu non sunt, sed etiam quaecumque ipse Hippocrates pro-
prio aliquo modo sibi fecit, vel transferens a consuetudine, vel figuram accommodans aliam,
vel significationem mutans, namque antiquos multa sibi nomina fecisse, ostensum quidem satis
est ab Eratosthene in libris de antiqua comedia, sed ego quoque idem tibi paucis per exempla
Extra ordi. Kk possum

possum demonstrare, cum pauci admodum facultatem habeant evidentius discernendi, quid E nam lingua sit, & quid linguae simile ab antiquo aliquo factum. Puto autem tibi Aristophanis exempla ex Detaleis abunde satisfactura, quae fere ad hunc modum habent. Ad haec tu dic Homere, qua nam lingua vocant κάρυκα. In illa enim fabula senex quidam ex Detaleis proponit procaci filio primum, κάρυκα quid sint, ut exponat, postea vero, qui vocent ἀμειννά κάρυκα: Et ille quidem vicissim proponit linguam, quae in tabulis Solonis est ad causas diferentes hoc modo. Tuus quidem, meus autem hic frater dicat, quid vocent, ἰδούσιν. Deinceps proponit, quid nam sit bene facere, ex quibus manifestum est linguam antiquum esse nomen, quod ex consuetudine decidit. Quod autem unusquislibet eorum, qui in studijs doctrinae versabantur, putabat licere sibi facere nova vocabula, satis indicat & Antiphon, qui, quomodo ea facienda sunt, edocet. Indicat etiam & ipse Aristophanes in eadem fabula his verbis. ἄλλος ὄρελν κὼ μύρον κὼ ταυία. Postea senex irridens, ἰδούσιν ὄρελν istud est ab Lysistrato. Rursus autem, cum procax filius dixisset, fortasse à nobis non perterreberis tempore, & hoc filij dictum senex irridens, ait, hoc perterreberis à rethoribus est, tum rursus, cum ille dixisset, quò tandem tibi haec verba euadent. Rursus senex & hoc, euadent, tanquam ab Alcibiade sumptum carpit, ac filius quidem nondum desinēs neque reuerens senem, quid coniectas? etiam malos viros dices eos, qui exercent probitatem. Postea senex, ὁ Τραφύμαχε, quis horum patronorum te liberat? Manifestum igitur puto ex his tibi factum esse, ut dixi, esse modum linguarum, cum nomen commune omnibus à consuetudine superante cecidit, vel factum ab aliquo antiquorum non omnino receptum fuit in consuetudinem. Sic igitur & Hippocrates ex nominibus, quae vsitata non sunt, aliqua assumit, aliqua ipse facit, aliqua autem nouis adiunctis sententijs mutat, quorum vnumquodq; vnà cum linguis exponendum censemus, cum ex consuetudine, quae nunc est, cecidisse videbitur. Sic igitur, sicuis etiam stirpis nomen vel animalis vel vrbis valde obscurum fuerit, hoc tibi inter ipsas linguas exponemus. & omnino hoc spectabimus; ut non tibi soli, sed etiam alijs, qui modo primas literas attigerint, liber hic utilis existat. si vero quispiam nescit, quid sit ἀνεήσομεν & ἀπὸ πόρσω & ἀμφω ἀμφισμα, & alia, quae talia sunt, ad Dioscoridem eum & ad illius similes remittemus, ut ad eos, qui talia docere non indignum putant. Cum igitur aperte definitum sit à nobis, quid nam sit lingua, quid vox vsitata, & cum dictum sit existimasse nos id ipsum, quod iudicatum est à nobis & demonstratum in alijs libris, hic tibi solum sine demonstratione esse scribendum, ad explanationem iam ipsarum linguarum accedamus, eligentes ipsas ex omnibus libris non solum vere Hippocraticis, sed etiam ex ijs, qui Hippocrati quoquo modo sunt inscripti. Quòd autem multae à Bacchio praetermissae linguae hic scriptae sunt, quodq; nullam nos praetermissimus, ipse liber docebit; quemadmodum & illud, quod, prout videtur oratio postulare, aliquando quidem interpretamur ipsam locutionem, qua cum exposuimus linguam, in plurimis autem id facere negligimus, cum sine interpretatione speramus ipsam explanationem fore manifestam.

INITIVM VERBORVM
LITERÆ A.

† quasi dicat anfulatū, vel annulatū, ea forma qua ἀλυσειδίων catenatū, & chiri doton, manicatū dicimus. † quo medici vulnere, vel vlcera perentant. * vulgo ἰπὶ Β cas vocit.

† Ἀγκυλιδωτόν. Anfulam vel annulum hñs, dictum est autem de curru.
† Ἰγκυρομάλη. Specium siue specillum hamatū.
† Ζεγγυλιές. Partes capitis allij.
† Ἄγγρη κολοκύνθη. Colocynthis, i. agrestis cucurbita, ut Crateuas & Dioscorides & Paphilus.
† Ἄγγρονον. Montanum, syluestre.
† Ἄγγρα. Imbecillia, quasi membrs carentia.
† Ἄγγρομενος. Qui suffocatur.
† Ἄδ' ἀφασθαί. Morderi cum pruritu.
† Ἄδ' ἡνέως. Negligenter, sine cura.
† Ἄττωμα. Pars recti in sublime erecta, ut triangulus.
† Ἄττελεται. Remittitur, resoluitur.
† Ἄθ' ἡρ. Et tuberculi, quod in palpebra oculi natū à similitudine hordei Crithe dicit, pars acuta est, ut in secundo de morbis minore, & eius partis summum, quae in cuspidē sagittae πύργων, hoc est barba appellatur, ut in quinto de morbis popularibus.
† Ἄθ' ὄρηκτος. Qui non ebrius est.
† Ἄγγλην. In oculis albicans cicatrix, ut in maiori de praedictione, & albescentes humores concreti, ut in Coacis praenotionibus.
† Αἰγυκίρας. Quod & βουκίρας, & τήλις, i. foenugraecum.
† Αἰγυπτιον ἔλαιον. Aegyptium oleū, quod ipsi vocant cicinum. veteres quidem ex ricino ricinum.
† Αἰγυπτιον ἔλαιον λευκόν. Aegyptium oleum albū, quod ex lilij conficitur, & liliū & susinū nominatum est.
† Αἰγυπτιον μύρον λευκόν. Aegyptium vnguentum album, quod & medelium nominatum est, confectum ex lilij & odoribus, propterea q; vnguentum non oleum vocatur, idemq; liliū vnguentū & susinum vnguentum appellatum est.
† Αἰγυπτιον μύρον. Aegyptium vnguentum ex flore aegyptiae spinae, quod & metopium nominatum est.
† Αἰγυπτιον συτηρίαν. Aegyptium alumen, quod et scissile & triscissile nominamus.
† Αἰεί. Significat aliquā, apud Hippocratem etiam donec, & apud multos alios antiquos.
† Αἰθάλην. Idem quod fumus vel fuligo.
† Αἰθιοπικόν. Subaudiendum est cuminum.
† Αἰθύλικες. In summa cute circuli, similes circulis rubris, q ab igne excitant, ab αἰθεν, quod est vrere noiati, & αἰθυλικότα, videlicet his circulis similia, quae multi vocant αἰμάλωσες.
† Αἵματοφλοισβοισίαι. Sic enim Dioscorides scribit, compressiones supertumescens sanguinis existimans significari. Quoniam & alibi ait, in inflammatis sanguinis effusionibus re tentio opportuna, plures tñ scribunt αἵματο-

φλοισβοισίαι, & venas inflatas sanguinis plenas ex nomine significari putant.
† Αἰμοκέρχνα. In sanguinis effusione asperitate inducentia, hoc autē est morsus quidam subasper irritans in aspera arteria.
† Αἰνεάτης. Ab Aenea ciuitate Thraciae, quē eundem & αἰνεοσμὸν aliquando vocat.
† Αἰόλασθαί. Quali vagari & errare.
† Αἰών. Vita.
† Αἰκαλήφη. Quae quidem & vrtica.
† Ἄκεα. Curabilia, nam αἰκη, medicamenta sunt.
† Ἀκίρατος. Incorruptibilis.
† Ἀκίς. Sic nominatur ferrum sagittae.
† Ἀκόννη. In adiunctis libro de ratione victus sic noiauit mortarium, similiterq; Theophrastus in libro de stirpibus octauo.
† Ἄκουσα. Repleta.
† Ἀκράλεια. Filia foemina, Minerua, Venus.
† Ἀκρέσσωρον. Summa vespera, hoc est prima & incipiente.
† Ἀκρητον. Impermistum. sic. n. nominatur omne quod cum altero mistum non est, & puram suam seruat naturam.
† Ἀκρητοχόλου. Puram contrahentes bilem.
† Ἀκρητον πώργος. Velut immensum spatium, dictū est autem i libro de hebdomade, de eo, quod est extra mundū vel infinito vel inani, quod cogitatione informari non potest.
† Ἀκρόπλοα. Superne & tanq; in summo nauigantia, sic & ἀκρόπλοοι, in summo nauigantes.
† Ἀκροαώσις. Lingua sic dicta est i septimo de morbis popularibus, tanq; sua ipsius extrema nō informans, hoc est inarticulata propter motus difficultatem.
† Ἀκροαώσις. In superficie mutatum.
† Ἀκρόφυλον. In summo glabrum, hoc est nudū.
† Ἀλαία φθίσις. Incomprehensibilis corruptio. Sic nominata est in libro de locis i homine, tanquam caeca & inuisibilis.
† Ἀλάτης. Qui est ex Alaptis, Alapta enim oppidum est Thraciae.
† Ἀλάτορες. Et ipsi homines qui talia perpetrant, ob quae cruciari mereantur, & vindices dei, qui eos persequuntur.
† Ἀλημματα. Aegrotationes, nam saepe & de ipsa aegrotatione nomen inducit, & τὸ ἀλῆν sic militer pro aegrotare, & aliquid pati, & alia ab ipso.
† Ἀλέξεν. Calefacere.
† Ἀλείον ὕδωρ. Aqua cōferto imbre congregata.
† Ἀλείον. Congregatum, confertum.
† Ἀλεξήτρια. Remedia & auxilia, quae malis arcedendis adhibentur, nam & ἀλεξασθαί auxiliari est.
† Ἀλεουσιν. Congregant.
† Ἄλεφα. Oleum vel adeps.
† Ἀλέως. Collectim.
† Ἀλεότητα. Congregationem.
† Ἀλθῆσιν. Decipiant, imponāt, dictum est autē & in errore.
Extra ord. Kk ij αλθῆν

αλθειν. Curare, sanare.
αλθεισις. Curatio, sanatio.
αλθισκεν. Curare, sanare.
αλταρ. Remedium, Auxilium.
αλλοτριωδων. Desipiens, & tanquam alia percipiens, quam quae sunt, sic & αλλοφρονισος dictum est ab ipso, de eo, qui mente alienata est.
αλλοιοτροπωται. Vertitur varie.
αλλοιοτροπον. Obscurum & incognitum.
αλλοφροσωντες. Desipientes, insanientes.
αλασι. Caeci, quod & αλασις caecus est.
αλυκον. Salinum.
ακροπολιον. Sic nominat eum, quem & ακροχολον, hoc est, qui puram congregat bilem.
αλυσ. Fluctuat, iactatur, sic & αλυσ in futuro dictum est.
αλυσμον. Quod & fluctuationem quandam & halitacionem, quin & agitationem vocant, & αλυσ hoc idem.
αλφια. Non solum ex hordeis farinae sic vocantur, nam in primo de morbis mulierum, αλφια πυρινα, hoc est farinae triticeae dictum est, in secundo autem de morbis maiore, & lentium, & eruorum siccatorum. Omnis igitur moliti granii mediocri magnitudine fragmenta, κρημνα, hoc est crassiores farine, minima autem αλευρα, hoc est tenuiores farinae nominantur.
αλφια προιονια. Quae ante conii siue metae constructionem fiunt, hoc est ex recetibus & teneris hordeis, conus enim quidam i areis et nunc erigitur, & maxime in pluviosis regionibus, lignum rectum, circa quod componitur fructus in conii vel metae formam.
αμαθινηται. Ipsi vilitati est, quasi offuscatur, & quasi obscuratur, vt in secundo de morbis mulierum, oculi offuscantur.
αμαθις. Et molliter, quod idem valet, quod non valde, vt in libro de purulentis. Hoc autem molliter vitat, & facile: vt i primo de morbis maiore, & oculis non facile videbat, & in secundo maiore, & cibos non facile recipit.
αμαθιληδαις. Genus quoddam mespili, plurimum in Italia nascens, vt Dioscorides ait, quaedam autem επιμιληδαις aiunt esse poma parua syluestria.
αμβη. Altior eminentia.
αμβλωσμος. Scilicet abortio, ab eo quod est, abortare, sed & αμβλωπια, hebetudo visus, vt in maiori de praedictione.
αμβλωσπιωτα. Obtusius videtia, hoc est obscurius.
αμραν. Auferens & accipiens.
αμεινον. Inualidum.
αμν. Quodam modo, ex aliqua parte, mediocriter.
αμνας. Qui elisit & laniauit.
αμνις. Sic in libro de ijs, quae ad chirurgiam pertinent, Dioscorides scribit, Mediocri com-

* pressu vicissim declinant ad augmentum, & E reformationem carnum faciant.
αμνισι. Totum simul, sine clausione labrorum.
αμφιθεραγιον. Locorum, quae sic vocantur, circa tonsillas.
αμφιδειον. Oris vuluae rotunda extremitas, quae labris cucurbitulae similis est, per metaphoram a mulierum armillis nominata, quae & ipsae αμφιδεια vocantur ab eo, quod est comprehendere circulariter & tanquam circumligare.
αμφιδεισις. Tanquam vtriusque dextra, hoc est vtriusque manibus vt dextra vtens, talis, n. est & apud poetas ambidexter, sic Hipponax dicebat, ambidexter enim sum, & non pecco. Quidam αμφιδεισιον intelligunt, non recte, eam, quae in dextris partibus vuluae concepit.
αμφιμητριον σημειον. Sic nominauit in secundo de morbis popularibus, quod affectionum vuluae significatiuum est.
αμδς. Quodam modo, ex quadam parte, mediocriter, αμν, de quo supra dictum est.
αμνηστικα. Sententiam mutare, veteribus dedicendis noua discere.
αμνηστικα. In superiorem partem, vt επικαρ, in inferiorem partem ex montibus.
αμνηστικον. Resiliunt.
αμνηστικα. Cauter vel apte ad custodiendum.
αμνηστικα. Intermisio, dilatio.
αμνηστικα. Quod non alitur, quod non augetur.
αμνηστικα. Insulsi vel non salii, Dioscorides sic, Multi diuidentes legunt.
αμνηστικον. Sine salibus, & non falsum.
αμνηστικα. Illinitiones, Inunctiones.
αμνηστικα. Forare, perforare.
αμνηστικον. Per nares retro versus iens. Quidam diuidunt, αμνηστικον, vt sit per cutem.
αμνηστικος. Qui bene & apte verba facere nequit.
αμνηστικος. Qui omnino vocem emittere non potest. In tertio morborum popularium deinceps inuicem de Pythione dicta sunt, sic habet & illud apud poetam de equo. Loquentem autem fecerat Dea alba vlnas Iuno.
αμνηστικον. Significat interdum & subingultire H respirantem, vt in primo de morbis minore, & αμνηστικον, vt pueri cubantes flentesque & in nares retrahentes spiritum, hoc idem est, cum spiritus in aliquid impingens, dum extra fertur, retro duplici reuocatione atque intro recipitur.
αμνηστικα. Suscitatur.
αμνηστικα. Per viros successio generis, nam per mulieres successio tale aliud nullum nomen habet simile.
αμνηστικα. Cum tussi expuit.
αμνηστικα. Tormina, σπυρδους.
αμνηστικα. Sursum verterint, conuoluerint.
αμνηστικα. Euulsi fuerint.
αμνηστικα. In sublime maxime sursum pendens, compositum

A compositum est ex sursum & profectus.
αμνηστικα. Inflatur.
αμνηστικα. Inconculsum.
αμνηστικα. Perturbata, dictum est de vrinis.
αμνηστικα. Mutus, & mente percussus.
αμνηστικα. Carens molestia, & illatus.
αμνηστικα. Non diuiso in minuta, sed ex vltimis farinae crassioribus partibus composito.
αμνηστικα. Flores non solum hos ad coronas, sed ad alia omnia sic nominat. ac femina similiter aliquando vocat, vt in secundo de morbis mulierum, sed & rubores vt in Coacis. & sputa αμνηστικα rubra & subcruenta dicit in sexto de morbis popularibus.
αμνηστικα. Hoc est, florulentum quod ita nominatur, vel ex floribus grato odore praeditum. Quemadmodum & κενεων αμνηστικα, hoc est portio quaedam floribus conditam nominat in secundo de morbis maiore.
αμνηστικα. Lilinum vel irinum dicitur, quod ipsum etiam susinum vocatur.
αμνηστικα. Quod & susinum vnguetum & lilinum vnguetum. Differt autem a florato oleo ante scripto varietate odoramentorum.
αμνηστικα. Videlicet sursum direxerunt.
αμνηστικα. Quod est & remollitum, quoniam μαλαξαι est mollire, & tanquam subactum et emollitum, vt in secundo de morbis maiore.
αμνηστικα. Reuerberationis eius, quae remouit. Quod & σηκωτων vocatur.
C αμνηστικα. Herba quaedam, quam bucranion & lychnida agrestem vocant.
αμνηστικα. Pulmonis pars separata ex vtraque parte, vt in libro de morbis maiore. praeterea & αμνηστικα, hoc idem aliquando appellat, vt Dioscorides arbitratur, sed hoc non satis constat.
αμνηστικα. Perfecite & exacte. Dioscorides autem ait hoc verbum totum contrarium significare, vt in libro de ratione victus acutorum, vbi ait, & plerumque perfecite in talibus temporibus transeunt ad forbitiones. Mihi autem & hoc loco videtur perfecite & exacte significare, atque hoc modo Attici hoc nomine vtuntur, cuius plurima exempla in paruis commentarijs habere possis.
D αμνηστικα. In quinto de morbis popularibus sic scribit Dioscorides, & ait ipse hoc αμνηστικα verbo significari & αμνηστικα, cum alij ferere omnes αμνηστικα, hoc est euenit scribant, Dioscorides enim & Artemidorus cognomine Capito, ex eo quod alijs vlitatum erat, nomina multa transmutterunt nihil diuersum ab antiqua scriptura indicantia, quorum nobis quoque necesse est meminisse.
αμνηστικα. Exclusus fuit, illen enim claudere.
αμνηστικα. Exclusus est.
αμνηστικα. Foecunda, quidam intellexerunt infocunda.
αμνηστικα. Quod oifuctu exhaustum est, Extra ord.

αμνηστικα. Separatis.
αμνηστικα. Negligentius.
αμνηστικα. Maxime quidem abradere, sed & corrumperere & extenuare.
αμνηστικα. Protendens labra compressum.
αμνηστικα. Sine reuerfione siue irreuertibilitate, vt ita dicam.
αμνηστικα. Expulsionis, hinc & expelletur, aliquando quidem actiuum expellere significat, vt in primo de morbis mulierum, aliquando & passiuum expelletur, vt in libro de natura hominis.
αμνηστικα. Porrigit.
αμνηστικα. Exinctus.
αμνηστικα. Quae fastidium cibi & inappetitiam faciunt.
αμνηστικα. Scarificationes siue venarum sectiones, vt in primo de morbis maiore.
αμνηστικα. Exiccatur, indurat.
αμνηστικα. Palpitant, vel saluunt, vt in secundo de morbis.
αμνηστικα. Foeculenta colatura, quod & υψισφαγμα dicitur.
αμνηστικα. Integrorum, in integras farinas diuisorum, imperfecte fractorum, parte furfuracea non secreta.
αμνηστικα. Acumen non habenti, hoc est, auriculario specillo.
αμνηστικα. Triticea legumina minuta, legumen enim est aracos.
αμνηστικα. Calcei alti.
αμνηστικα. Serpens quidam sic nominatus.
αμνηστικα. Sordes quaedam & spurcicia, & αμνηστικα. Foedare.
αμνηστικα. Articulis accommodatum.
αμνηστικα. Quae cito praegnans fit.
αμνηστικα. Non solum instrumentum, sed etiam herba quaedam sic nominatur.
αμνηστικα. A septentrione spirans, quidam autem αμνηστικα omnino scribunt.
αμνηστικα. Suturae in capite.
αμνηστικα. Statim, Dorica vox.
αμνηστικα. Suppressiones menstruum.
αμνηστικα. Paruo tempore viuentia.
αμνηστικα. Vnde cunq; plana. & qualia.
αμνηστικα. Vermes tenues & longi in recto intestino geniti.
αμνηστικα. Figlinae ollas, quas & πυριπταους & φασκουας nominant.
αμνηστικα. Et ignescit, vt in primo de morbis mulierum, & fastidiosa fatietate ac grauiter affectus est, vt in secundo de morbis maiore.
αμνηστικα. Difficilia ad conficiendum & dura.
αμνηστικα. Non solum eum, qui ad lanificium vtilis est, hoc est fufum, significat, sed etiam lignum sagittae.
αμνηστικα. Atticam ollam, aliquando quoque echinum appellatam.
αμνηστικα. Quidam desiccans morbus.
αμνηστικα. Vinum huius anni, praesentis anni.
K k iij αμνηστικα

αὐτὸ δὲ φέρει. Quod per se mouetur, vt in libro de Hebdomadibus. αὐτὸς. Stulte. ἀφ᾽ αὐτοῦ. Vincula, ab eo quod est vincire. ἀφ᾽ αὐτοῦ ἀφ᾽ αὐτοῦ. Fricata, & ἀφ᾽ αὐτοῦ ἀφ᾽ αὐτοῦ, quæ fricauit, vel contrectauit. ἀφ᾽ αὐτοῦ. Desipit, intelligendū expers est. ἀφ᾽ αὐτοῦ. Spumantia, bullæ modo tumescencia. ἀφ᾽ αὐτοῦ. Dealbatur, & tanquam aphyes colorem habet, sic & ἀφ᾽ αὐτοῦ vocat aphyæ colore simile. ἀφ᾽ αὐτοῦ. Bene nutrita hordea & magna, à quodam Achille nominata vt aiunt, agricolæ Babronij. ἀφ᾽ αὐτοῦ. Retro fluens. ἀφ᾽ αὐτοῦ. Animo deficit, & ἀφ᾽ αὐτοῦ animi defectus.

β

βᾶχαρις. Lydium quoddam vnguentum. βάλανος. Concauitas oblonga. βαλαίος. Qui ex Valcea vrbe Macedonia. βάλανος. In maiori de prædicatione, & secundo, vt quidam inscribunt, varicosam venam ait sic nominari Dioscorides. mihi autem vt detur proprie dici nomen de ipso animali. etenim affuit olim cum hoc diceretur in eo libro, & dubitantibus multis de his quæ fierent, solus ego ex scripto aggrediens præconouit veritatem. βουκίος. Oribus. βουσιακή. Ex beffis in Thracia. βουκεύειν. Paruipendere. βουκεύειν. Humidæ, mucosæ. βουκεύειν. Legumen quoddam, quod & βουκεύειν scribitur. βουκεύειν. Bous oculus, quod idem chrysanthemum nominatur. βουκεύειν. Quale ipsum est Hippocrates docet in libro de morbis mulierum. male igitur quidam bulbi nomine narcissum significari putauerunt. βουκεύειν. Quæ à multis βουκεύειν appellantur, genus autem est hoc paruorum polypodum. βουκεύειν. Stercus boum. βουκεύειν. Poculum quoddam angustum os habens, vel potio siue poculum à resonando dictum. βουκεύειν. Bous marini, chartilaginofus est hic piscis. βουκεύειν. Cucumer agrestis. βουκεύειν. Fœnum græcum, Menitheus in appellationibus medicamentorum, & anagallidè sic appellari ait. βουκεύειν. Et animal cantharidi simile, est & quoddam olus agreste, cuius mentionem facit Dioscorides in primo de sanitate tuenda, & in libro de oleribus.

βρῆγμα. Quod cum tussi expuitur, in primo de morbis maiore, & βρῆγμα cum tulli expuerit, quidam hæc sine litera rho scribunt. βρῆγμα. Chartilagineæ arteriæ. βουκεύειν. Romæ dicit, quidam autem omnino βουκεύειν scribunt. βουκεύειν. Stridor, qui ex dentibus collisis efficit, & βουκεύειν sic stridere. βουκεύειν. Cumulate, vel dense.

γ

γαλιάρκωνες. Qui paruū & gracile habent brachium, partes autem circa cubitum turgidiores, vt mustellæ. qui autem aiunt γαλιάρκωνες brachium nominari, & hoc positum esse nomine, fortassis videri possint male intelligere, nō enim γαλιάρκωνες, sed γαλιάρκωνες oportebat ipsos nominari. γαλιάρκωνες. Curuaturas habentes quasdam. γαλιάρκωνες. Curuatus in partem anteriorem. γαλιάρκωνες. Contrario modo ineunt inter se vt in ianuis cardines. γαλιάρκωνες. Cimolizæ. i. albæ cretæ. γαλιάρκωνες. Argillæ. γαλιάρκωνες. Nihil plus significat, quæ chalcitis lapidis. γαλιάρκωνες. Exterior pars terræ, quæ mollis est, & minime lapidea. γαλιάρκωνες. Aquosi & humidis. γαλιάρκωνες. Coniunctes versare oculos, & γαλιάρκωνες per similitudinem, dormitater, vt eo vtat vocabulo, dicebant. γαλιάρκωνες. Glycyrrhizæ, vel dulcis radicis appellata. γαλιάρκωνες. Tumorem gula, ab eminentijs rotundis, quæ in truncis arborum nascuntur, vt Theophrastus in primo de stirpibus, sic inquit, non nullæ autem gongros à quibusdam vocatos habent, vel quod pro arboris natura respondeat, vt olea. γαλιάρκωνες. Rotundum, & γαλιάρκωνες, parui globuli, vt pilulæ. γαλιάρκωνες. Quæ inuoluuntur, dictum à gripho quod est rete piscatorium.

δ

δακτύλιος. Circulus, Rotula, in libro de sterilibus. δακτύλιος. Magnæ lampades ardentis quæ vocantur, ab utentibus autem aliquando significat etiam alij caput, eo quod ex multis spicis compositum colligatur vt lampades. δακτύλιος. Transparens. In secundo de morbis maiore. δακτύλιος. Idem quod moerore afficit, quod ipsum & δακτύλιος dicitur. δακτύλιος. Multum circa crurum exortum diuaticata, πλῆθος enim quod inter exortum crurum,

A crurum inter est. δακτύλιος. Tanquam lanis similem corporum ipsorum compositionem. δακτύλιος. Specillum dilatans. δακτύλιος. Effusiones. δακτύλιος. Perfusa, humectata. δακτύλιος. Humectatum. δακτύλιος. Spumans. δακτύλιος. Ex interuallo. δακτύλιος. Radix herbæ, quæ & δακτύλιος nominatur. δακτύλιος. Decepti fuerunt. δακτύλιος. Concudere, in secundo de morbis mulierum significat transcolare & diuidere. B δακτύλιος. Humida, exudans. δακτύλιος. Bipartitus, vt possit inferiore parte clausa superpositam aperire. δακτύλιος. Tanquam biceps, quod & bifidum dicitur, quod ipsum etiam δακτύλιος significat. δακτύλιος. Templi curator, à dispiciendo & curando, quæ sunt in ipso. δακτύλιος. In ferulum & aquosum mutationis. δακτύλιος. Foramen paruū eorum, quæ ad vacua perforata sunt, & tanquam duobus oribus respirant. δακτύλιος. Coenæ. δακτύλιος. Dilacerata. C δακτύλιος. Critias in libro de natura amoris, vel virtutum, sic exponit nomen, δακτύλιος autem est quicumque propter parua tristatur, & propter magna magis quam alij homines vel diutius. δακτύλιος. Qui non facile tristatur, est autem & difficulter frenabilis, & morosissimus. δακτύλιος. Mollificatus est, molle factum est. δακτύλιος. Qui clauso ore loquitur, quia videtur ex ventre loqui. δακτύλιος. Innixus, & δακτύλιος inflexi, innitentes, incumbentes ve, & aduinci, dictum est autem de vnguibus. D δακτύλιος. Congenitum, proprium. δακτύλιος. In profundo. δακτύλιος. Frenis velut circumdatus est. δακτύλιος. Qui subterreftris & subliuidus est, qui de sit albus esse. δακτύλιος. Vigilantia. δακτύλιος. Constringunt. δακτύλιος. Pungebat, stimulat. δακτύλιος. Expellit. δακτύλιος. Successionem. δακτύλιος. Qui corticem detraxit. δακτύλιος. Significat aliquando & inundetur, vt in libro de sterilibus, & in adiunctis libro de vulneribus capitibus.

εμαγμα. Et subacta massa, & crocomagma, vt in libro de sterilibus. εμαγμα. Et formare, aliquando etiam aliud formare, & mutare, vt in libro de sterilibus, digito formare, hoc est tanquam rotulam effingere, sed & exprimere, vt in libro de morbis priorum maiore, de spongia, & mercuriali herba, & sambuci folijs. εμαγμα. Inuestigare. εμαγμα. Emundat semen. εμαγμα. Imber cum sole factus. εμαγμα. Humida simul & inflammata febris, quemadmodum & sol, cum quo simul imber fit. εμαγμα. Strepebat, nomen formatum est à strepitu. εμαγμα. Explicata, explanata. εμαγμα. Detortum. εμαγμα. Scissuris pannorum. εμαγμα. Aperiantur. εμαγμα. Veratri nigri. εμαγμα. Ad viscera mutationem. εμαγμα. Erumpit, sic autem & ebullit. εμαγμα. Effusio humorum. εμαγμα. Oleum rosatum, quod aromatibus conditum non est. εμαγμα. Non solum ex agresti cucumere factum, sed etiam omne, quod deorsum venter purgat. εμαγμα. Agrestia. εμαγμα. Tanquam à sole calidum. εμαγμα. Insoletur. εμαγμα. Quiescere. εμαγμα. Plurimum differui. εμαγμα. Inftrumento quodam ad infantem ex vtero extrahendum. εμαγμα. Velamenta. εμαγμα. Acetabulum. εμαγμα. Vomitus, Atticum nomen. εμαγμα. Propere. εμαγμα. Linamenta conserpta, quæ circumuoluuntur, & vulneribus induntur, ad sanam purgandam, vel lemmicos. εμαγμα. Dioscorides quidem ait, conclusit, plurimum autem, adnascencias habuit humiditas, vt & fungi. εμαγμα. Induruit. εμαγμα. Contabit. εμαγμα. Infringit. εμαγμα. Vrgens pungit. εμαγμα. Illitor, victor. εμαγμα. Exinaniretur. εμαγμα. Sanus. εμαγμα. Confractio, collisio. εμαγμα. Euacuatur, exprimitur. Quidam vero, hostiliter aggreditur, minas facit. εμαγμα. Exhaustio. εμαγμα. Quidam lina exurgentia à summis linteis scissis, & à pannis vilibus fila, mihi autem etiam ante quam scindatur extantia eodem modo

Extra ord.

Kk iij modo

modo videtur appellare. *ἐπιτριπόμενον*. Panno tenui colatum, est autem *ἡτριον* tenuis quidam & agrestis pannus.

ἐφείνει. Euacuat. *ἔξουρα*. In angustum contracta, quæ & *μύστω* nominant.

ἔπακρα. In angustum desinentia, quæ & *ἔξουρα*. *ἑπάλινον*. Spargens. apponitur autem & ad magis.

ἑπικέρας. Fœnū græcum, quidam aliam quandam herbam sic nominantam.

ἑπικτέμιον. In mulieribus pubes, quæ vocatur, nam supra pectinem est, in stuppa autem vel lino pectinī insidētem puluerem in opificio.

ἑπιμηλίδα. Dioscorides quidē in primo de materia, genus Mespili *σιτάκιον* etiā appellatum, quidam aut parua syluestria, quæ & *ἀμαμηλίδες* nominantur.

ἑπιμηλίδα. Os, seu conchula quædam genu tegens, latum & rotundum, quo genuum commissura obtegatur, vulgo patellam vocant.

ἑπισκληροῖς. Induratis.

ἑπισημος. Cunctatrix, cogitabunda, hæsitans.

ἑπιχρονον. Humorem concretum lanuginosum.

ἑπορηξέμενα. Extenfa, in longum porrecta.

ἑπόσιον. Palmes, ex quo natum est quippiam, ut ex cologythide.

ἑπόσιος. Fœtens, & tanquam male olens.

ἑποκεσέρμη. Aceto multo vtens.

ἑρυγάνει. Abijcit, repudiāt.

ἑρυγάνη. Ructus, eiecchio.

ἑρμιον. In crassiores partes diuisa hordea, quidam bifariam diuisa, nam & *ἐρεγμόν*, hoc est legumen fresum ab eo, quod est bifariam diuidi, aiunt nominatum esse. mihi autem eo, quod scinduntur omnia talia, videt nomen factum esse, quod non bifariam diuidere est, sed frangere simpliciter, vnde placenta etiā ipsa ex tesamo & melle *ἑρμιον* nominat, quoniam facile frangitur.

ἑριξ. Dicitur quidem & de iecinore, scriptū est in plurimis *ἑριξ*, significat autem partem hepatis superiorem qua iecinoris fibræ a se mutuo diuiduntur.

ἑρυματώδης. Ructuum effectiuus, morbus flatuosus.

ἑρυθροῦν σέαρ. Sanguinolentus adeps.

ἑσαφάσας. Ad interiorem partem molliens vel aperiens, ut *μασάσθαι* quod est quærat.

ἑσφικωμένα. Colligata, constricta.

ἑσχερά. Significat & propē.

ἑτνος. Omne ex legumine fracto decoctum.

ἐνάνθημον. Quod & *ἀνθεις* dicitur, & chamæmelum.

ἐνθεσίον. Ingenitum corporis habitum, quem admodum alicubi & annus *ἐνθεσίος* vocatur, qui fertilitatem efficit.

ἐνάνθημον. Stomacho vtile. *ἐννή*. Non solum significat lectum, sed & coitū, ut in secundo de morbis mulierū, & offenditur vehementissime coitu.

ἐνρηγοτέρα. Morator, ἄργα enim mores sunt.

ἐφλυθον. Depressi fuerunt.

ἐχέτρασις. Alba Bryonia.

ἑψιμα. Quod & *σίραων*, hoc est mustum ad tertiam partem decoctum, id est sapa.

ἑψιλον autem genus piscium.

ἑίας. Farris.

ἑγκύριον. Implicatus est.

ἑγκυροβόληται. Intus adhæsit ut in anchora.

ἑδ. Insuper.

ἑδελφισα. Amicus familiaris et tanquam frater factus est.

ἑδυνθὴν πίσσαν. Odoribus conditā picē, coquit autem cum aqua & aromatibus.

ἑδυνθὴν σέαρ. Adeps in aqua & aromatibus coctus, & aromata & vnguenta odorifera.

ἑμίσιον. Dimidium.

ἑμίτρειον. Linthei crassioris pars.

ἑνάει. Percutere, & *ἑνίον*, percutientium.

ἑόσιος. Matutinas horas.

ἑραχίον. Tenuibus simul & multis venulis, cuiusmodi sunt araneorum telæ, implicauit.

ἑρμασθα. Firmatum esse, innixū esse, vel aptatū esse.

ἑσας. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

ἑσασ. Consueuisti.

E
F
G

F
G

H

H

H

A *θράνον*. Sedem vtrinque peruiam. *θολερὸν πνεῦμα*. Spiritus magnus & impellens. *θράσσετα*. Pungitur, stimulat. *θρίξ*. Scribitur & *πρίξ*, Pilos vocant sacerdotes, cum apparuerit in simo iecinoris in dextra pinnula venula angusta, recta, nigra. *θύη*. Suffitus, Odoramenta. *θύματα*. Suffimenta. *θυμβράειν*. Sic nominat satureiam. *θύμου*. Ex Thymis, gens autem est hæc ex Thracia. *θύρηξ*. Vinolentia vel ebrietas.

B *ἰδνοῦτα*. Obliquatur, in se residet. *ἰθαγενῆς*. Ingenuum, ut ait sapiens, sed me eque atque ingenuos honorabat. *ἰθάρα*. Propē apud Atticos: Apud Hippocratem vero in secundo de morbis mulierum, mulieris testiculus vocatur. *ἰλαίνειν*. Distorquere vel circumagere oculos. *ἰμερωθεῖσαι*. Cum viro mistæ, *ἰνδικαί*. Qui scripserunt nomina medicinarum, ut Mnestheus & Andreas Chryfatis & Xenocrates & Dioscorides Alexandrinus indicum nominant zingiberi, decepti ex eo, quod quidam putat ipsum piperis radicem esse, sed Dioscorides Anazarbeus aperte distinxit & definiuit de zingibere & pipere.

C Dioscorides igitur iunior, qui linguas scripsit, stirpem esse ait in India similem stirpi piperis, cuius fructus appellatur Myrtidanū, quia myrto similis est. *ἰνεί*. Euacuat, & *ἰνήμος*. Euacuatio, & *ἰνέται*. Euacuatur. *ἰθάλην*. Perfectæ capræ corium. *ἰθίαι*. Varices. *ἰθίον*. Rectum progressum, vel accessum. *ἰθίον*. Folium albi Chamæleontis. *ἰθίας*. Pars, quæ est inter vertebrae coxarum & lumbum. *ἰπος*. Potio in curatione ossis luxati. *ἰππόφραως*. Hoc non solum lappago nominatur, sed & carduus & stybum.

D *ἰσενόουσαι*. Adæquantes, mediæ ætatis existentes. *ἰσάλην*. Pellem capræ, corium. *ἰσχαλα*. Tenues, & *ἰσχαλιον*, tenues. *ἰχθυήματα*. Squamulæ corticum. *ἰχθύιν*. Squatinæ marinæ pellem aridam, potest etiam ferreum vnguem significare, quo in extractione vel sectione infantis immaturi adhuc in vtero existentis vtimur, propter squamarum piscis similitudinem.

καθαπτόμενοι. Sentientes vehementer. *καθέτηρι*. Tortili linamento vulnerario, ab eo, Extra ord.

κακαγγέλην. Maledicentia, procacitas. *κακοῦδαι*. Maligna. *κακοσνώματα*. Nocentissima. *καλλίφυτον*. Quod & capillus veneris & adiantum nominatur. *καλλιωνύμον*. Piscis cuiusdam sic vocati. *κάμμορον*. Et animal paruæ scillæ simile, & acornitum, ab eo quod illius radices sunt huius animalis similes, sed neutrum horum intelligi potest in libro de locis hominis inflammatis assumpto cammore, vnde Erotianus non solum ipsum animal cammore, sed adhærentem ipsi muscum sic vocari ait: Zeno autem Herophilus cicutam: Zeuxis autem medicinam refrigerantem. *κακόνια*. Qui rectis & promissis vētribus sunt. *καρικόν*. Edulium quoddam ex nucibus sic nominat, cuius & confectionem scribit in primo libro de vlcerebus. *καρικοσδέα*. Sanguinea, vocant autem id proprie medici. *καρύν*. Lydium edulium varium ex sanguine confectionem. *καρχήσιον*. In summo velo habens rotulam, & *καρχήσιον* in ipso funes extenti nominati. *καταβλακύνουσιν*. Paruipendunt. *κατάβλημα*. Indumentum data opera factum ad tegendum subiectas partes. *καταγύρι*. Ad extremum inutilitatis vel imbecillitatis ducit. *κατακορέα*. Vocat sic & nimis biliosa excrementa, & pectora *κατακορέα*, talis humoris generatiua. quidam pilosa intellexerunt, sed & *κατακορέα* *ἀνθρώπων* similiter nominat. pharmacum quidem *κατακορέα* vel propter euacuatum ab ipso humorem, vel propter proprium colorem. appellat autē & sitim quodam in loco *κατακορέα*, quæ. s. propter talē humorem facta est vehementior, vel ad summum intēsam, sic igitur & eneruare *κατακορέα*. *κατακοῦρην*. Nouacula tonsuram, sic melius est scribere inquit Dioscorides, non in vertice puellarem tonsurā, & tondere hinc, & apud Theophrastum tonsa abies pro secta. *κατακοῦρην*. Diffringere vel discindere. *καταλέφειν*. Illinere vel iungere. *καταμάσας*. Qui demisit causa quærendi. facta enim est vox a quærendo, quemadmodum & qui quæritur. *κατανοσμούται*. Consumitur. *κατάσμηα*. Confirmatio & animaduersio in secundo de morbis popularibus, & *κατασπασα* animaduertere. *καταφρονέοντα*. Remisse sentientem, in maiori de prædictione. *κατάγλοα*. Valde virentia. Kk v *καταλλόμενα*

† al. ἐπιωκτέρι.

† al. ἐκπίσσαν.

καταλλήμια. Colligatae.
κατηνός. Resipiscibat, quasi expurgiscabatur.
κατεπλήσσοτο. Stupidus factus est.
κατηβολίσι. Circularibus initijs paroxysmorū.
κατηρητι. Placidum & temperantem reddebat.
κατηρησιον. Ad chirurgiam pertinens.
κατωπτηρι. Eo instrumento, quod εδ'ροδ'εασόλην vocant, vt & Dioptra mulierum διασολούς.
κατωμοσαδ'εω. Subaudiendum est vici, vt κατωσωσιλέω.
καυλός. Radix quidem herbæ Silphium proprie vocatur, Caulis autem & succus, vt aliorum. Scribit igitur ipse in libro de ratione victus acutorum, vel Silphiū, vel caulis, vel succus.
καύσωμα. Inflammationem, in primo de morbis minore.
καυτηρα. Æreum Calamulum quendam perforatum in fundo, per quem cauteriolū apparet demissum vrere potest.
καύχρυσος ρίζαν. Thureæ radicem. cum autem pluraliter dixerit τὰς καύχρυσος, tosta hordea intelligenda sunt.
κασμάτα. Ex fluxu diurnas affectiones vel in omnibus articulis, vel præcipue circa vertebra coxarum. proprie autē tibi hoc exposuimus, sicut & alia quædam verba.
κεκωμώσθαι. In somno esse, vel veterno.
κερχυλιόν. Asperitatis effectiuum. sic & asperitas nominat gutturis, & in pulmone strepitus, & asperum, & asperari, & asperatiōes similiter significant.
κεφαλοειδ'ούς. Caput habentis.
κικλισμός. Breuis, continuata motio, a Cinclo animalī.
κίβρον. Pectus.
κίον. Bestiolarum congregatio, quæ triticum comedunt, quarum vnaquæque cion nominatur, in fine secundi de morbis mulierum nomen est.
κλιβρον. In gula locus sub tonsillis.
κλιμακίον. Transuersi in scalis ligni. quidam autem κλιμακίον scribunt, sine ε. & per climaciū altera quædam talis.
κλισμόν. Lectum, in secundo de morbis mulierum.
κνημέον. Cruralis, si ita dici posset.
κνήματα. Rasura, & κνήσαι radere.
κνήσαν. Idem quod κνήσαν, instrumentum scalptorium.
κνήσαν. Cultello quodam, est autē cultellus quod raditur caseus.
κνήσωνες. Punctura quædam vellicationis modo, quales ab vrtica herba fiunt.
κνήσονται. Vellicationē. quidam autem ariditatem oculorum intellexerūt.
κνήμα. Factum nomen est ad imitationem strepitus, Sed & leniter suspirans, κνήμας dicitur

ab eodem, & in canibus mugitus, κνήμα.
ζιβός. i. gānitus.
κόγχη. Hoc est figlinū vas, nihil plus significat, quàm κέραμος, id est Figlinum vas.
κόγχον. Concham hiatulam.
κόκκαλον. Plurimi nucleum nucis pinee. Dioscorides autem cnidium coccum diminutiue.
κόκκαλα. Coccum cōmuniter appellatum, non cnidium, quod ipsum aliquando coccum sine additione nominat.
κόλλικας. Rotulas, & illud in Acharnensibus, Rotuliuora Bœotix, in paruis panibus dictum est.
κολοκύνθη. Colocynthidem.
κοπρίαν. Fauorum. plurimi autem scribunt κνρίαν. Significat autem expressorum.
κορήν. Herbam, quæ hypericon nominatur, habet autem fructum κορίω similem.
κορούς. Ex ramis adnascentias, nouas germinationes.
κορυφάδων. Orarum contractionis ad vmbilicum.
κοτίδι. Neruo ceruicis, cerebello.
κότινον. Syluestrem oleam, siue oleastrum.
κοτυλίδα. Concauitatem vertebra coxæ, & in adiunctis libro de curandis luxatis, & in secundo de morbis maiore.
κοτυληδόνικε. Ora vasorum in vuluas descendētium, vt in libris de Hippocratis Anatome demonstratum est.
κοχώνη. Iuncturam in vertebra coxarum ad sedem, propter quam omnis locus circa sedē sic vocatur.
κλάδα. Fici rami maiores.
κράνονσι. Definunt.
κράμβια. Crambes decocto.
κρέκην. Nomen factum est, odiosum sonum, in secundo de morbis maiori.
κρήνον. Bonum.
κρημοί. Labra vlcera, vt in libro de locis hominis. & partes quædam pudendi mulieris, vt αλα.
κρήρα. Farinæ tritici, euolatio quam vocant, & sacculus quidam lineus.
κρημά. Crassiores farinas. cum autem dixerit, κρημά αλφίτου αδ'ρα crassissimas farinas significat.
κρότωνες. In pulmone chartilagineæ concauitates. In primo de morbis.
κρότωνος ρίζα. Crotonis radix. hoc Ægyptij cicion nominant.
κνήμον καρπών. Fabæ fructum. Dioscorides ait ipsum hyofcyami dicere. sic enim in primo de morbis mulierum. Quidam autem Ægyptij intelligunt.
κνήμα. Acus foramen.
κνήβιον. Os cubiti, qui & cubitus. Dioscorides autem nodum brachij sic nominari ait.

κύκλοι

κύκλοι παρασώτων. Mala, in primo de morbis maiori.
κυγγίδα. Et paruum calicem, & vasculum medicinale.
κυρβάσιν. Pileum acutum, quem & Tiaram.
κυρίβια. Paleæ, significat & furfures, & hordei purgamenta.
κυρίσιν. Diebus quibus ad talia iudicanda creditur.
κύρσον. Podicem.
κύσινγα. Vesicam paruum.
κάδ'ες. Capita papaueris.
κάλλος. Concauum in vulnere, aliter membrum in vulnere, καὶ ἐλαττον ἐξαρτίσιος.
κάμα. Somni vehementis impetus. scriptus est autem vt scis a nobis de hoc libellus.
κονίαν. Vinum picatum. iniicitur cum cortice piceæ semihemina in vas figlinum. & aliqui quidem excolant, postquam ebullit, alij vero prætermittunt.
κωφοί. Languidi, inualidi, κωφοί vero verbū tertix personæ tertix coniugationis, languescit & retundit significat.

tal. λαγω-
πυρος.

λίβρα. Humido.
λίβος. Destillatio quædam oculorum fluida, facta est autem vox ab eo quod est stillare, quod proprie videtur significare guttatim cadere.
λιγνυόδ'ης. Denigrans, λιγνύς enim nigra.
λίβον μέλανα. Quem & molarem vocant, cochlaem.
λημακώδ'ες. Humidi & herbacei.
λίπα. Oleum. In secundo de morbis mulierum.
λίριον. Lilium, Oleum autem ex eo aliqui λίριον, cum litera. v. scribunt, aliqui vero sine. v. λίριον. Vocatur autem non solum κρίνον, id est, lilinum, sed fusinum & anethinum.
λούν. Nō solum lauare sed & humectare. Sic & λούσθαι. i. lauare duo significat apud ipsum, & alia similia.
λυτρά. Nuda & arida loca.
λύσιες. Interualla quibus articuli inter se disiuncti sunt.
λυδ'ες. Insaniens.

De hoc supra dictum est in litera ανθίνων vñ hic legēdū puto ανθίνων nō autē anethinū.

μαγιάδα. Et velut offam & massam, & magnam magdaliā.
μακρόπυρος. Scilicet valde spirans, vel diutius spirans.
μαλακίσιον. Sic vocatur quæcunque aquatiliū spinam non habent, vt polypus, & loligo, & sepia, & vrtica. hæc enim & sanguine & visceribus carent.
μαλβάδα. Mollitiā, & velut cerea, μάλβη enim cera est, & maxime mollita.
μαρίνη. Quam multi cinerem calidum vocant.
μασθλης. Caloris.
μάσσην. Non solum miscere & subigere, sed etiam exprimere, vt in primo de morbis maiori.
μάσσην. Plus, in maiori de prædictione.
μάτος. Quæstio, & inquirere ματῶσθαι.
μαχαίριδι εφυβελεί. Cultello acuto, phleboto-
μο.
μαχαίριδι ενθεοειδ'ε. Scalpello medico ventro-
fo.
μέλανα. Dicitur & morbus sic ex nigra bile cō-
flans.
μέλαναν ρίζαν. Aspalathi aromatici appellati radicem.
μελάνις. Cum accentu circumflexo Dioscorides legendum putat, μελάνις capra, μελάις vacca, & significari ait ex Melanis. Vrbis autem ipsa ad Crisæum campum sita ante Criphium, pascua bona habet, & bonum lac gignentia, vt inquit Dioscorides.
μελάνιον. Quod est in Prognostico. Quidam coniunctim

coniunctim legunt, ut sit denigrās . quidam autem distinguunt, viride vel nigrum εόν, pro eo quod est existens.

μέλανι φαρμάκω . Nigro medicamento . hoc quo modo paretur , in libro de hulceribus ipse docuit.

μέλαν τὸ κύπριον . Cyprium cinerem , quo ad oculos utimur.

μέλεσάνωντι . Curam habentī, curantī , & μελασάνων cura , non ut apud Homerum trīstītia.

μέλι μετ' ἕλαι . Non solum suavem, sed & cum melle mistum, ut in primo de morbis maiori, in eodem autem & μελίχρον nominat huiusmodi vinum.

μεμύριεν . Conuoluit, à lanis, quæ nentur. μεμιασμένον . Fœdatum, ut est apud poetam.

μεμολυσμένους . Quidam refrigeratos , quidam autem induratos, & lapideos putauerunt.

μεμώρωμένους . Carentia sensu.

μεσοδμή . Obstaculum trabis lignæ separans in vna domo in duas partes diuisa, tanquam columna quædam in medio posita, quidam autem & superpositum rectum μεσοδμήν vocant.

μεσώβλημα . † Ut si, μεσόντη, dixisset. μετὰ κέρως . In libro de ratione victus acutorū, lactea commistio.

μηκάνιον . Peplum vocatum , quem & succum papaueris nominat.

μήλην διακομωτρίδα . Specillum ad diducendum adaperiendumq; idoneum.

μήλην ἐξωτίδα . Specillum auricularium.

μήλην ἰσχυρήν . Specillum vulnerarium.

μήλη πλατέη . Specillo lato in modum rudiculæ.

μήλη τῶ πλάττι . Cyathulo ocularis specilli.

μήλα . Oculicula.

μηλιάς . Ex Mele insula.

μηλιάδος ὀμής . Chalcitidis vel aluminis ex Melo.

μηλιάδα . In primo de morbis minore, μηλιάδα inquit à Melo insula.

μήτρη . Tegmen & tanquam inuolucrum quoddam ἐπιδιδυμῆς nominata . est autem varicosus quidam tumor in summo imminens didymo.

μνήεν . Mandere, edere.

μύκη . Præclusio, suffocatio.

μυροχάνη . Epitheton hiantis, si autem μυροχάνη scribatur, in millibus fuerit hians.

μύρραν . Apud Æoles σμύρραν, id est myrrham, duplici ρ scribitur.

μυρτίδων . Plurimi quidem piper, Dioscorides autem Anazarbeus in primo de materia, adnascantiam inequalem & tumidam circa myrti ramum . Atq; Hippocrates fructum sic nominat ex arbore quam ipse ait ab alijs appellari piper.

μύτις . Vocatur quidem sic & in ore sepiae atramentum, & piscis quidam ab Hippocrate significatur.

μυττωτόν . Intritum Dioscorides esse ait alliorū vel ceparum.

μώλυα . Allium simplex caput habens, & non diuisum in spicas. quidam autem moly herbam.

μωλύμενα . Paulatim extabescētia .

νεοσιώσις . Effusiones sanguinis, quas & ἐκχυμώσις appellat . translatum est autem nomen ab ἰψῖ, qui in nausea sanguinem vomunt.

νέον . Nuper, vel nouum.

νεόμενον . Natantem, aduenientem, ab eo quod est νεῖσθαι, hoc est venire, in primo de morbis mulierum, vtrunq; alterum in loco, alterum in partu imperfecto.

νυκτέλης . Impotens est.

νυκτάλωτες . Per noctem non videntes.

ξηρὴ συσπαστικὴ νόσος . Videlicet cancro, vel aliquo hoc generaliori morbo.

ξύμη . Quod vocatur pruritus.

οἶα . Quæ à multis οἶα vocantur, id est forba.

οἰνάρια . Viti.

οἰνάρια . Palmatum vitis.

οἶσων ἀγρός . Sordes inter pilos capræ nascens, & maxime in eis, qui circa sedem sunt, consistens.

οἰσοφάγος . Ventrī stomachus, tanquam guttur quoddam existens.

οἰσυνώιδες . Ouis sordem, hoc est lanam fordīdam.

οἰσυνώιδες . Ouis sordes conglobatæ, significat & lanæ fordīdæ vellus.

ὄκρῖς . Eminentia oblonga.

ὄλερόν . Male olens, vel nigrum, à sepīarum atramento.

ὄλισθράξοντα . Labentem.

ὄλοκωνίτης . Herba quædam agrestis olaracea.

ὄλον . Atramentum sepīæ.

ὄλωδα . Turbida vel nigra.

ὄλοφλυκτίδες . Pustulæ quæ subito erumpunt.

ὄνευεσθαι . Per axium † conuersionem extendere, ὄνοι enim & ὄνισκοι axes, scribitur & κατονευεσθαι.

ὄπλα . Funes ex stuppa, vel lino, vel canabe.

ὄπος . Succus silphij per excellentiam, quemadmodum & thyrsus, vocat autem silphium radicem solam.

† al. μεσώβλητον.

† forte axes legendum.

ὄπος

A ὄπου καρπών . Silphij semen, quod & folium singulariter, & magydaris à quibusdam vocatur.

ὄργασσασθαι . Commiscere, contemperare.

ὄρθωριον . Cibo, quantum in diem fatis sit.

ὄροκομπίδιον . Alia scriptura, ὄλοκωνίτιδος . de qua ante dictum est. ait autem Dioscorides in mote nam ὄροκωνίτιδα nominari.

ὄρρωσάνων . Vtq; ad caudam extensorum.

ὄρρος . Sacri ossis extremitas, quod etiam ὄρροπύγιον vocatur.

ὄρχα . Sacculus testicularum.

ὄσχη . Circa os vuluæ flexuosa extuberantia ὄσχος enim & μίσχος, palmites & clauiculae, idem autem, & ἀμφίδιον & λέγνα, nominat.

B ὀτίδος . Auis, Aristoteles ὀτίδα per, ω, vocat, Xenophon autem in primo Cyri expeditionis ὀτίδα per ο, scribit.

παλινωπή . A sole auersa.

παλύναι . Inspergere.

παράλαμψις . In nigro oculorum splendens cica trix, eo q; aliquanto crassior sit ægide .

παράλιον . Species tithymalli, vocatur autem & quædam brassicula παράλιον marina.

παράσάτας . Quædam vasa spermatica, in libro de venis, qui adiectus est libro de curandis luxatis.

παράφασαι . Aberrante manu attingere, cum deceptione, ut & ἐσαφᾶσθαι iniicientem manum attingere, hinc & occulta loca iuxta muliebri pudendum παράφασαι nominant.

παράφασσην . Desipere, ut & ἀλλοφάσσην, tumultuari, cum tenui autem legendū est, non ut quod est ante ipsum παράφασαι, inest enim in eo tactus nomen.

παρθένιον . Millefolium, vocatur autem παρθένιον & anthemis, & helxine, & mercurialis, & amaracum, sed & Dioscorides nunquam ait intelligēda est vel helxines vel mercurialis species parua habens folia.

D πασπαλέτης . Panis vel farina milij subtilis, πασπάλη vel πάσπαλος enim milium est.

πασσαλισκω . Paruo palo, diminutiue.

παφλάζουσι . Nomen fecit, errantes, & resistentes in differendo significare volens.

πέζαι . In secundo de morbis mulierum sic scriptum est, & pedes tumescunt pueri maxime. Zenodotus quidem in gentium vocabulis πέζαν ait pedē vocare Arcades & Dores. Hippocrates autem videtur vel planitiē appellatam pedis sic nominasse, vel talos pedum.

πέλλα . Liores subfului, hæc eadem & πελίσρα vocat . Zenodotus autem in vocabulis gentium Sicyonios ait gilium πέλλον nominare.

minare. περιφύωδες . Vel humore & humiditate pleni, vel ventosi.

πέπλιον . Quod & peplis & portulaca agrestis.

πέπλος . Idem, & humilis ficus, & papauer spumeum, & succus papaueris.

περιτηρία . Terebro recto & acuto, est enim & aliud chœnicis.

περιστέλλετο . Indumentis se ipsum tegebat.

περικεκλιμένοι . Inflexi, adunci, & curuati.

περνήματα . Circuminundationes.

περνήματος . Circuminundationis.

περνή . Circuminundat, circumnata.

περνώ . Perineo, est autem locus inter scrotum & anum, ubi vesicæ collum est.

περιξύσας . Qui circūlacerauit.

περιποδών . Circulariter sub pedibus existentē, & infra.

περιρρηδες . Perfractum vtrinq;.

περρηά . Nigricantes & liuentes.

περόννη . Aliquando quidem os totum culi, aliquando quidem adnascantiam ossis, aliquando adnascantiam tumorem.

περσύας . Anni præteriti vinum, tanquam περσύας, hoc est anni præteriti quoddam existēs, ut ἀντίτην nominat eiusdem anni.

πέρην . Perineum, in libro autē de hæmorrhoidibus & fistulis, & sedem dicere videtur.

πέσρα . Instrumento, quod foetus imperfecti in fractorem vocant.

πιέριον . Butyrum.

πιτυίδι . Picea resina.

πιτυλοῖς . Remigationibus vel remis.

πλαταμών . Eminens in mari petra læuis & humilis, circa quam dilatantur fluctus.

πλακτανέων . Cirrhorum, apprehensionum circūplicantium.

πλευνραῖ . Mucosæ & πλέννα mucus.

πλευμοί . Pulmonarius fit, & tabescit.

πλεύμος . Corruptio, vel pulmonaris affectio.

πλήμνη . Modiolus rotæ.

πλήσιγας . Ferulas, ab eo quod est percutere.

πνευματώδης . Et inflatus, & difficulter spirans, vocat enim sæpe & ipsam difficultatem spirandi spiritum.

ποιήν . Primæ lactis partes per se ipsis coagulatę.

ποιών . Quæ habet folium simile viti natura, ut cissampeli appellatæ species.

πολυγυρῶ . Multum comedo, καὶ γόνος αἰρηῶν deuorauit curatorē. Callimachus pro eo quod est deuorauit.

πολύκαρπον . Cratægonon appellatum, genus herbæ.

πομφοί . Pustulæ cutis tumentes, simul & liuidę & rubentes.

πόσω . Modico.

ποτάνια . Recentia, Dores.

πότι . Aliquando.

πρός . Præterea autem.

πράμιος . Vinum quoddam sic appellatur, nigrum

grum & austerum.
πρηνός. Ad terram pronum.
πρησιμα. Inflatio, & πρησιώσις, inflationis, & πρησιώσιστος maxime inflatiuum.
πρησιμασ. Morbos quosdam sic nominat, qui in prouectis ætate fiunt, nam & ipsos sic aliquando vocat ætate prouectos.
πρησιμα. Repente.
πρησιμασ. Ex nouis hordeis farinas. quidam autem ex non ficcatis folas.
πρησιμασ. Phlebotomo.
πρησιμασ. Procidit, prominat in anteriorem partem.
πρησιμασ. Protendens extra labra.
πρησιμασ. Pro eo, quod est pmanet morbus, in secundo de morbis maiore.
πρησιμασ. Mutari.
πρησιμασ. Graueolentius sine iota, cum iota autem πρησιμασ a tumore facto tumidius significat, ut in secundo de morbis maiori.
πρησιμασ. Protendentes.
πρησιμασ. Germinationem.
πρησιμασ. Non omnino factum est autem nomen a fundo vaforum, tanquam si, integre, diceret, vel perfecte, vel plane, vel ab initio, vel omnino.
πρησιμασ. Feruentes panes, vel fragmenta accensa ex scoriam ferri.
πρησιμασ. Grana, dictum est de Thure.
πρησιμασ. Erysipelatis.

ρησιμασ. Significat aliquando collectum impetum faciens, ut in secundo de morbis maiore & αμασθησιμα ipsa, hoc est sanguinis effusio, ab hoc composita est.
ρησιμασ. Retortum.
ρησιμασ. Paratius, & facilius, non nulli quidem feracius, copiosiusve intellexerunt.
ρησιμασ. Subula, qua perforantes artifices talium commodos usus lini traiectioni faciunt.
ρησιμασ. Ronchus, nomina facta sunt ab eo strepitu, qui in stertendo fit, ut & stertere.
ρησιμασ. Errat.
ρησιμασ. Erratione & quædam alia, ab eo quod est ρησιμασ, hoc est circumagi.
ρησιμασ. Scilluris, Fracturis.
ρησιμασ. Agnis.
ρησιμασ. Agnis.
ρησιμασ. Pelles agninas.
ρησιμασ. Agni.
ρησιμασ. Tanquam inundationibus, nam ρησιμασ tanquam inundatio quædam est.
ρησιμασ. Sic vocatur herbula quædam sine caule & sine flore & sine fructu, habens tria folia ex omni parte oblonga humi iacientia duo

rum digitorum magnitudine, similia folijs E anchusæ, radicem autem tenuem leuiter purgantem.
ρησιμασ. Radicem dracunculi.
ρησιμασ. Rugosum.
ρησιμασ. Retorta.
ρησιμασ. Liquoris ad forbendum, vel actus ipsius forbendi, hoc est forbiticis.
ρησιμασ. Ex moro mora immatura & ficcata & contusa ut oculis inspergatur, ut & proprie appellatus rhus, ut Dioscorides in primo de materia inquit.
ρησιμασ. Sorbitionum, vel omnium, que quoquo modo forbentur.
ρησιμασ. Ab eo quod est feruare, remedia.
ρησιμασ. Fractum aliquid intus habens, que & ρησιμασ nominat.

σαρκασ. Quæ diffractos & distantes habet digitos pedum.
σαρκασ. Proprie quidem per laborum morsum subannare. Hippocrates autem & summis labris contractis vellere aliquid.
σαρκασ. Circum aures prolixi tumores durarum concretionum carnis in se ipsam conuolutæ. Quidam autem pudendorum intensiones intellexerunt.

σαρκασ. Nasturtium herba a figuræ similitudine, eadem & cardamum vocatur.
σελασ. Sic vocantur omnes pisces, qui squamas non habent, & animal parium.
σελασ. Deflexum & plurimum distans labris, quod & εκπεπληγμενον nominatur.
σησιμασ. Laxa, rara, multis foraminibus diuisa, hæc enim foramina σησιμασ & σησιμασ vocantur, & tale corpus σησιμασ & σησιμασ, hoc est foraminosum.
σησιμασ. Sesamidis appellata.
σησιμασ. Præsentis anni tritico, hoc est, vere lato.
σησιμασ. Vel ex præsentis anni frumentis, vel ex excuffis & tenuibus farinis, hoc est purgatis.

σησιμασ. Pinguis conuiuij & pinguis capræ.
σησιμασ. Pinguia, opimata.
σησιμασ. Luteas ut cortex mali granati.
σησιμασ. Cucurbitam agrestem indiuisam.
σησιμασ. Quatuor significat apud ipsum, colocyinthidem, Pyro similem cucurbitam, medicinale cucurbitam fundo carentem, & conii similem cucurbitam.
σησιμασ. Colocyinthidis inferior pars.
σησιμασ. Pyxidem, significat etiam aliàs nomen hoc, fictile quoddam vas in quod farina iniicitur.
σησιμασ. Quæ mali habitus sunt.

σησιμασ

σησιμασ. Dulci decocto.
σησιμασ. Malitia insidiatoria, causa occulta.
σησιμασ. Attici quidem pastorem mulctram ut aliquando dicunt, litulæ & mulctralia facta, quibus mulgebat. Hippocrates autem marinam concham prolixiore, quam quidam mutilum vocant.
σησιμασ. Exacto.
σησιμασ. Aridus, contractus.
σησιμασ. Effracte, nam σησιμασ ipse facta a fabrilibus nominatus esse ascis videtur.
σησιμασ. Consideratio, conclusio, in sexto de morbis popularibus.
σησιμασ. Cæcutit.
σησιμασ. Concludatur.
σησιμασ. Duo significat apud ipsum, & diuisum fuit, & admotum fuit.
σησιμασ. Arefactione, contractione.
σησιμασ. Deliccata, & ab eo omnia eadem ratione.
σησιμασ. Deliccat, & σησιμασ, deliccatatur.
σησιμασ. Extendi & maxime cum hiatu.
σησιμασ. Callus, & σησιμασ, occalluerint.
σησιμασ. Verberare, secare, diuidere.
σησιμασ. Quæ in articulo ceruicis sunt.
σησιμασ. Cretam terram albam, qua fullo nes vtuntur.
σησιμασ. Ad vibices sanandas apti, ad σησιμασ, hoc est liuores, qui ex percussione fiunt, proficientis.
σησιμασ. Conuulsio, fœmininum nomen.
σησιμασ. Luxuriatur, turgescit.
σησιμασ. Humidum excrementum.
σησιμασ. Significat etiam fructum.
σησιμασ. Fellicans, assidua.
σησιμασ. In faucibus tonsillæ, in quarto de morbis popularibus.
σησιμασ. Pane subcinericio vocato.
σησιμασ. Differentes, non eiusdem generis alia alijs conuenientes.
σησιμασ. Dioscorides ait, stadijs mensurans ambulaciones.
σησιμασ. Destillationis a capite.
σησιμασ. Adeps in aromate & aqua coctus.
σησιμασ. Supertegere, inungere.
σησιμασ. Angustare. Quidam autem claudere humidorum exitus & siccare.
σησιμασ. Scalpello medico latiore.
σησιμασ. Adipe obefum.
σησιμασ. Calculus, lapillus, σησιμασ enim sunt iuxta mare calculi, & σησιμασ hinc, durum.
σησιμασ. Aridæ, contractæ.
σησιμασ. Lappaginis semen.
σησιμασ. Rugolius.
σησιμασ. In secundo de morbis popularibus Dioscorides sic scribit, & significari ait, loquentis furiosæ. Alij σησιμασ scribunt, &

nomen proprium intelligunt.
σησιμασ. Grauisonum, grauius sonans.
σησιμασ. Quos & strabones nominant.
σησιμασ. Dolorem intestinorum præbet.
σησιμασ. Tanquam inhabitat, in libro de aeribus & locis & aqua.
σησιμασ. Spathomelen specilli genus.
σησιμασ. Piperis, ipse enim sic scribit, & indicum, quod vocant Persæ piper, in hoc autem est quiddam rotundum quod vocant meridanum, id est piper.
σησιμασ. Vertibilem, in libro de hæmorrhoidibus & fistulis.
σησιμασ. Agnoscit & hanc scripturam Dioscorides non solum σησιμασ. Atque hoc non ut proprium nomen exponit, sed furiose affectum circa rem veneream significari ait, dicta enim esse apud Hippocratem & alia eodem modo epitheta, ut myochane, sarapos σησιμασ vel gripalopez, sed & apud Erasistratum ait Rhinocolyros, hoc est qui mutilatis naribus est.
σησιμασ. Quam simpliciter vocamus chalcitum, vulgo vitriolum vocatur.
σησιμασ. Sordidi, quod omnes simul farinæ colliguntur, & non feceruntur.
σησιμασ. Tumores carnosii in partibus palpebrarum facti.
σησιμασ. Ficorum aridarum decoctum.
σησιμασ. In primo de morbis mulierum, & fomentum ficus a radice, & que atq; σησιμασ hoc est mori, quod alibi tanquam exponens ait mori radice.
σησιμασ. Congregationes, translatio a congregatis in exercitijs.
σησιμασ. Vel humor quidam concretus, vel internus tumor, vel hypostasis, vel callus, & melius in sexto de morbis popularibus dicit.
σησιμασ. Coaptatur.
σησιμασ. Significatur aliquando & tanquam densitas & attritio.
σησιμασ. Conduplicatur.
σησιμασ. Commiscere & contemperare fanis succis.
σησιμασ. Velut conclusionem.
σησιμασ. Obiectum, adumbratum.
σησιμασ. Coaptata, ut in libro de curandis luxatis.
σησιμασ. Coniuncta, vel coeuntia.
σησιμασ. Moderata eorum, quæ in ventre sunt, purgatio.
σησιμασ. Par pondere.
σησιμασ. Tubera, Durities.
σησιμασ. Aegre fert.
σησιμασ. Corruptio omnis quocunq; fiat modo, scis autem & de hoc a nobis pluribus demonstratum esse.

σησιμασ.

σφακερος. In adiunctis libro de vulneribus capi- tis, dolens caput autem & sideratus si fuerit, cepae contrarium, in plurimis autem manife- ste σφακερος scribitur. σφενδαίνον. In libro de articulis à funda lapides faciente appellatum, ad restitutionem mem- bri vitile, in libro autem de sterilibus voca- tum custodem, significat autem & muliebre pedum tegumentum, & quaecunque huic similia. σπυράδες. Caprarum & ouium excrementa. σπάσαι. Tria significat, laniare, excernere, rela- xare. σχεδιάς. Anchusam, herbae genus, dicit enim & sic. σχήσα. Compressione in continendo, & deten- tione, & alligatione, & pressione. cum a utē dixerit, differt quidem aliquid & habitu cor- poris, tanquam habitum significat. σχωδύλισα. Figura calami, sic enim videtur ca- lamus dicitur esse ab eo, quod scinditur. σχώνον. Non solum fruticosam stirpem, sed etiā speciem quandā scillae, vel potius, omnis scil- lae bulbum. σχώνον ἡδ' ὕσμον. Iuncum odoratum.

τάμιον. Coagulum. τεγγεν. Humectare. τελεῖν. Consumere, vt in libro de affectionibus dicit. τέλειον. Finem & vltimum. τέρμινοι. Terminthi arboris fructui similes in cute praeter naturam consistentes tumo- res. τέρβρον. Proprie quidem sic nominatur sum- mitas antennae, & τέρβροι ipsi rudentes inde in summum velum peruenientes. Hippocra- tes autem in secundo de morbis mulierum, cum hic inquit, τέρβρον fuerit morbi, aequae vt si diceret, summum & supremum & curatio- nis maxime egens. τετάρσωνται. Dilatata fuerunt, τάρσος enī omne dilatatum est. τετραγωνα βέλα. Sagitte quatuor habentes cuspi- des. τετραγώνω†. Quidam exponunt, inuentis in stibio crustis. Quidam autem ipsum sti- bium. τετραμενεις. Tremēt. τετρομός. Tremor cum frigore. τέρως. Donec, & tunc, & prius. τηλέφιον. Genus herbae, quod semperuiū agre- ste & portulacam agrestem vocant, Roma- ni autem Illecebram. τήν εν τῷ αλεύρω, βοτάνην ροφείονται. In farina her- bā forbent, Mercurialem herbā visus est di- cere. quoniam & alibi ait, Sorbitorum autē mercurialem.

τομῆον. Incisor, sic vocatur ferreum instrumen- tum bilabrum, quo fabri ferrarū & ad alia multa & ad tollendos & comouēdos clauos vtuntur. τοξέματα. Sagitta. τρυπέματα. Ramenta. τροφής. Bene nutritus, pinguis. τροφιδής. Habens illata quae iam infixa, à τρέ- φειναι, quod est infigi. τροχί. Curfus. τρυχούν. Domare, Attenuare. τρώειν. Vulnerare, secare venam, vt in secundo de morbis mulierum. τρωή. Laesa fuerit, male affecta fuerit, & τρώμα, laesio. τρώσκεσθαι. Parere abortum. τρωκτοῖσιν. Crudis deuoratis, vel immaturis. τύριον. Turrim & praecipue quae est in muris. τυφώδης. Qui mente alienatus est, ceritus. τυφωμανίη. Mistus est phrenitide & lethargo morbus.

ύβοί. Gibbosi, & ύβωμα, gibbositas. ύδρακτανούσισιν. Hydropē laborātibus, in aquā mutantibus sanguinem, & aquosa to lenti- bus purgantibus ve. ύδατόχλας. Vt si aqua iuridia dixisset. ύδατώδεις. Hydropicos. ύδριον. Parua stitula, Diminutiue. ύδρωψ. Dioscorides in secundo de morbis po- pularibus cum accentu in vltima syllaba le- git, & significari ait ύδρωπώδης hoc est speciē hydropis praeseferentem. ύδάλεστρον. Frustulum, quo aliquis sublinere posset oculos. ύδάλεστρον. Medicamentum quod illini po- test. ύδαζύγωται. Subiectum est. ύδαλληθέωσιν. In se subuoluuntur. ύπερως. Ultra modum vacuatus homo, & ipsa vltra modum euacuatio, sic igitur exponit quidam & vltra modum vacuatur, vel atte- nuatur. videtur autem longū spirans & bre- ue spirans dupliciter sic dici.

ύπερτονεί. Vltra modum extenditur. ύπερυδρον. Valde plenum infusa aqua. ύπερχολίσις. Multa repletionē bilis. ύπεψύχθη. Mediocriter remissus est à calore fe- brilli. ύπνούσα. Somnolenter habens, somno sopita. ύπολείβεται. Destillat, Destluit. ύπομυρον. Subhumidum, subpingue. ύπομύσαρα. Valde olentia, & digna quae omnes abominentur. ύπονησαμένη. Quae subnatauit, quae subiuit. ύπόψυρα. Subcaua, humiliora. ύπόψυρος. Adūcus nasum, quia humiliora sunt, quae circumscissa sunt, quam ipsa sublimitas.

A ύπόψυρος. Humiliores, cōtractos, dictum est au- tem de ventribus in maiori de praedictione. ύπόσφαγμα. Totius atramenti sapie tanquam Sublidens faex. ύποστροπή. Non solum reuersio, sed & vicissim mutatio, vt cum dixerit, lasciuens in muta- tione per vicem. ύποψεφαρα. Caliginosa, subobscura. ύποψάφαρα. Asperiora, nam ψάφαρον, hoc est ca- no litu obductum inest in nomine. ύπωμειν. Subiectum sic dici posset vel in hume- rali vel humero. ύψύδρος. Aqua inter cutem laborantes.

B φαγεδάνη. Ulcere exedenti. φανηται. Significat & transparent in igne fiat, vt in secundo de morbis mulierum. φαλαρά. Rotunda cum lauitate. φαριδώδες. Rugosum. φαύσιγες. Proprie quidem ab igne in cruribus exorientes circuli rubri, abulie autem & re- liqui circuli. φέρβεται. Exest, consumit. φήρα. Oblonga sub auribus glandulosa emi- nentia, quales & Satyri habent. Quidam au- tem & φήρας & θήρας vocatur, vt sit tanq̄ fe- rine dictum.

φθίνεις. Significat, colliquefit, attenuatur, minui- tur, non nutritur. φθόεις. Rotulas. φήρην. Splendens ob humiditatem. φιδάλιος. Genus fici.

* φιλεταίριος. Quam & lappam in lente nascentē vocant.

* φιλιειον. Idem & hoc videtur esse quod Apari- ne, & philetarium id est, lappa. φάζονσιν. Obscure & indistincte loquuntur, fa- ctum est nomen.

φλεβοτομίαν. Non solum consueta sectionis ve- nae hoc est, sed & aliam quomodo cūq̄ di- stinctam à venis euacuationem sanguinis si- gnificat, & φλεβοτομήθην hoc est phleboto- mari similiter.

D φλέγμα. Non solum humorem hunc album & frigidum, sed & inflammationem signi- ficat.

φλέγρον. Ignitum & tanquam ardens. φλεδονώδεις. Nugacem, φλεδόνες enim nugae. φλέου. Verbasco similis quaedam est haec & pa- pyracea stirps, quae texta circūponitur olea- rijs fictilibus.

φληνύουσα. Nugans. φληναφάδεις. Nugaces. φλίας. Ligna recta è regione fixa, vt & neruorū parastatas.

φλεγαι. Rubrae. φλογιά vel φλογέται. Ignitur cum rubore. φλυδίζ. Humectatur, putrescit.

φλυδάρην. Humidam. φλύεται. Humectatur. φλυζούσισιν. Scaturientibus. φλυζέκια. Pustulae genus quoddam. φλύσιος. Eruptionis pustularum, in superabun- dantia existentis in corpore humidi. φοινικινος. A colore sic dictam esse elephantia in suspicari vtique posset aliquis, φοινικίη. Morbus in Phoenice & in alijs orienta- libus partibus abūdans, significari autem & hic videtur elephantiasis.

φολλικώδεις. Tanquam folliculosa & laxa. φονε. Necare cupit. φορίνη. Pellis. φόρος. Facilis captu.

φορέφαντες. Cum miscuissent. φύλλα. Hortensia & herbacea viridia odoramē- ta. φύλλια. Odoramenta hortensia, quae ementi- bus olera addunt, vt coriandrum, menta, ru- ta, apium.

φύλλια. Silphij semen, eo quod latum est, in se- cundo de morbis mulierum, addit autem & ipse in oratione aliquando quidem Libycū, aliquando Aethiopicum.

φύσινρα†. Caulium exortus qui vocatur, & ma- xime concauus. φυτάνη. Serendi tempus. φυτευτυρίων. Quae in terram feruntur, pangun- tur ve lignorum,

φωίδεις. Ab igne in cruribus exurgentes circuli rubri, de quibus dictum est. φωνή περιπνευμονική. Vox aspera.

χελκίτις συτηρίη. Aequae valens, vt chalcitis. χερσαδρωθέωσι. Bifidum habuerint. * χερσάκτωρι. Exacerbato ob characterem. χασκων. In diuersum trahens Dioscorides le- git, & ait sic dici vuluas ex eo, quod ape- riuntur.

χημίν. Frigus, gelu, rigor. χεμίουσα. Infrigidata, gelu correpta. χελίσκιον. Aridum, Diminutiue dictum est χελίσκιον parua tussicula, arida autem est, cum nihil humoris, qui excreetur, in os ac- cedit.

χερσαδείως. Confertim, Factum est autem à tor- rente. χεῖς. Qui effudit.

χηλίη. Specillum bifidum in summo, dissectum vt forfex. χήλαμα. Bifidam cauitatem sagitte, qua parte in sagittando sagittam neruo applicant.

χημην κηραμίδα. Cautiorem concham & maio- rem. χλοηοῖς λαχάνοις. Hortensibus odoramen- tis.

χλοιοῦνται. Vt si, virescunt, dixisset.

† sal. τετραμ κώνος.

† at. φύση- τρα.

Galenus Hipp. ling. explanatio.

χλωῖς. Viriditas.

χλωδῶδες. Virens.

χλωράσμα. Viriditas clare fulgens, & ad aqueū
colorem declinans.

χρῆμιον. Bilis attractivum.

χυτλάζηται. Vt si, munderur, dixisset.

χυτρίδ'εον. Ollam.

χυτρίδ'εον. Ollam.

χυτρίνον. Ollam.

χαλεύσειν. Mutilum aliquo articulo faceret.

↓

Ψάγδα. Genus quoddam vnguenti.

Ψάρειν. Innatare, attingere.

Ψεσην μάζαν. In melle & oleo subactam, quoniā
& liba sic madefiunt.

Ψάφρον. Fragilem.

Ψέφρα. Tenebrosa, nigricantia, Ψέφος enim te-
nebræ.

Ψόφον καθ'απόμενοι. Strepitum facile sentientes, E
& timentes, vt si, form idolos, dixisset.

ω

ωδ'ε. In malo, Arcesilao autem, & malum, sic
videlicet sine iota scribitur, non cum iota, vt
id quod sequitur.

ωδ'ε. Tumescit, manifestum autem est cum
iota hoc scribi, quoniam & ωδ'εον, hoc est tu-
mere.

ωμίλων. Ex nō siccatis hordeis farinae crassio-
res & farinae tenuiores, nam velut crudā fa-
rinam, proprie aiunt ωμίλων nominari, ma-
gis abusive autem omnem aliam farinam.

ωρεόντων. Curantium, nam & cura ωρα.

ωρσν. Anno.

ωρουσαν. Impetum fecerunt.


ωτελάς. Non solū cicatrices, sed etiam vlcera.

ωχέτευτα. Effluxiones & exitus possedit.

F I N I S.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt quaterniones, præter Ii ternionem, & Kk quinternionem.



VENETIIS, APVD HAEREDES
LVCÆANTONII IVNTAE.